



## Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

## Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

## Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Hi 9585



UNIVERSITEITS



9000

Digitized by Google













ACTORUM  
ERUDITORUM,  
*QUÆ*  
LIPSIÆ PUBLICANTUR,  
SUPPLEMENTA.  
TOMUS VII.

*Cum S. Cæsareæ Majestatis & Regis Pol.  
atque Electoris Saxonie Privilegiis.*

---

LIPSIAE,  
Prostant apud JOHAN. GROSSII Hæredes,  
JOH. FRID. GLEDITSCHII B. FIL.  
&  
THOMAM FRITSCHIUM.

---

Type BERNHARDI CHRISTOPH. BREITKOPFIL.  
A. M DCC XXI.



# ACTORUM ERUDITORUM, *Quae sive publicantur,* SUPPLEMENTA. Tom. VII Sect. I.

GALLIA CHRISTIANA IN PROVINCIAS  
Ecclesiasticas distributa, qua series & Historia Archiepi-  
scoporum, Episcoporum & Abbatum Francie, vicinarum-  
que ditionum, ab origine Ecclesiarum ad nostra tempora de-  
ducitur, & probatur ex authenticis instrumentis, ad calcem  
appositis, opera & studio DIONYSII SAMMAR THANI,  
Presbyteri & Monaci ordinis Sandi Benedicti e  
congregatione S. Mauri.

## Tomus I.

Lutet. Parisior. excud. Jo. Baptist. Coignard, Regis & Academiz  
Gallicæ architypographus, 1615, fol. maj.  
Alph. 11 & Tabl. Geogr. 5.

AParvis admodum initiiis ad luculentam molem suc-  
crevit opus, in quo concinnando, poliendoque no-  
bilissima Sammarthanorum gens permultum labo-  
ris atque operæ posuit. Primo omnium rebus Gal-  
lorum Ecclesiasticis aliquid lucis affundere coepit Johannes  
Chenu, Bituricus, qui libro, quem anno 1621 titulo Chronolo-  
gicæ Historiæ Episcoporum Gallæ majoris velut operis prodro-  
num, in quarto ediderat, exasiciatæ quidem historiæ opus moliri  
videbatur, sed intra conatus res tantum substituit, neque fratrum  
Sammarthanorum, quorum consilio & opera egregie adiutus  
fuerat, expectationi satisfecit. Jamque rei melioribus auspi-  
ciis coepit Claudio Robertus, Archidiaconus Cabillonensis, ma-  
nus denuo admoverat, qui majoris operis ambitum adgressus

A

non modo plura Chenuti Historia Chronologica adjecit, sed & novo superinducto ordine non pauca accepit a Sammarthanis, quibus liber subinde cresceret, & anno 1626 Parisiis in fol. edetur. Neque tamen Robertus spatia confidere & metam attingere potuit, quamobrem cum propter iuvenientis senectutis incommoda humeros tanto oneri fuisse impares esse animadverteret, fratres gernellos Sammarthanos Scævolam & Ludovicum literis aliquoties exhortatus est, ut isthanc provinciam in se susciperent, reliquamque laboris partem feliciter exantlarent. Illi vero Cleri Gallicani, qui anno 1646 Lutheræ congregabatur, suffragio & autoritate adducti, protinus operi perficiendo fere accinxerunt, morte tamen abrupti destinata non potuerant exequi, sed quæ prelo subiijere paraveraat, Petru Abelio, & Nicolao Summarthanis, Scævole filius, Ludovici e fratre nepotibus reliquerent coadiuant, qui adjectis iis quæ ex variis scriptoribus suo Marte decerpserant, opus Galliæ Christianæ nomine quartuor Tomis distinctum anno 1656 Parisiis in fol. promulgarunt, cuius primus Tomus Archiepiscoporum, secundus & tertius Episcoporum, quartus denique Abbatum Galliæ seriem exponit. Quamvis autem hoc opus, simulac in lucem prodire cœperat, singularem eruditoru[m] plausum experiri videretur, tempore tamen interjecto res siccus cecidit, cum alii turbatam in eo ordinis rationem, alii multa negligentius omissa, imino haud pauca perperam scripta quererentur. Quibus de causis R. P. Dionysius Sammarthanus in refingendo hoc opere id fibi potissimum negotii datum existimavit, ut rei, quam tractaret, non modo rectionem adhiberet ordinem, sed præterita etiam diligenter adduceret, & quæ minus econsiderate olim posita fuere, omni studio & mendaciter. Neque sic tamen omnes civium suorum p[ro]m[on]t[er]e sum talisse visus est, cum haud multo post operis editionem rumor Parisiis allatus de supprimendo primo Galliæ Christianæ Tomo increbresceret; & Cl. Ephemeridum Trevoltienium Autores mense Augusto anni 1716 quædam libri capita sub examen revocare sustinerent. Quo factum, ut Gerhardus quidam Teleius in epistola Apologetica, quam ab ignoto Autore ad nos transmissam Sect. 8. Tom. VI Supplement. Actor. nostrorum

ex-

exhibuiimus, partes Sammarthani graviter defenderet, ac omnia dilueret, quæcunque a Trevoltianis aliisque Ephemeridum scriptoribus contra eum prolata fuerunt. Ut autem ad rem proprias accedamus, & lectoribus nostris aliqua ex parte faciamus satis, videndum nobis est, quid novæ rei hæc nova Gallia Christianæ editio a Sammarthano acceperit. Igitur post luculentam p̄fationem, quæ instituti rationes edidisset, & primam religionis Christianæ in Gallia originem, rejecta Gregorii Turonensis, & Sulpitii Severis sententia, paullo altius, & quidem ab ipsis divi Pauli discipulis repetit, omnis Gallia in certas quasdam provincias, quæ Ecclesiastice nominantur, satis commode dividitur, quæ ad evitandas prærogativæ controversias literarum, prout semet invicem excipiunt, ordine ponuntur. Atque in ea re a recepto prioris editionis ordine Autor magnopere recedit, quod una eademque serie de metropolitana Ecclesiis, & earum Praefulibus, desingulis Episcopatibus cuique metropoli subjectis, eorumque Antistibus verba faciat, quibus etiam addidit Præpositos, quos dicunt, atque Decanos; tum Abbatias quoque, Abbatum, & Abbatisarum historiam ad singulas diœceses referat, ut uno quasi ac eodem obtutu, quicquid ad perfectam Metropolis historiam pertinet, lectore contemplari queant. Quamobrem & hoc primum Gallie Christianæ volumen propter uberiorem, quæ in eo tractatur, materiæ copiam non nisi quinque provincias Ecclesiasticas cum suis quamlibet diœcesibus, complectitur. Provincia Ecclesiastica Albiensis, quæ olim Tomo II inter Episcopatus exhibebatur, properea quod anno 1676 ad Metropolitanam dignitatem elevata fuit, priorem jam heic locum tenet, & diœceses Albiensem, Castrensem, Mimatensem, Cadurensem, Ruthenensem, & Vabensem ambitu suo comprehendit. Provincia Ecclesiastica Aquensis, quæ sequitur, primo in veteri editione loco posita est, & Diœceses, Aquensem, Aptensem, Regensem, Forojuliensem, Vapincensem & Sistaricensem continet. Hanc Provincia Ecclesiastica Arelatensis sequitur, quæ Arelatenfi, Massiliensi, Tricastinenfi, Telonensi, & Arausicana diœcesi absolvitur. Provincia Ecclesiastica Avenionensis ex Avenionensis, Carpentoractensi, Vaisonensi, & Cabellicensi

dioecesis componitur. Provincia vero Ecclesiastica Auxitana per dioeceses, Auscensem, Aquensem, Lactorensem, Convenensem, Conseranensem, Adurensem, Valatensem, Tarbensem, Olorensem, Lascurrentem, & Bajonensem se diffundit. Singulis hinc provinciis tabula Geographica, a Nolino regii Geographi filio descripta, præmittitur, ex qua civitatis Archiepiscopalis, ac urbium Episcopaliaum provinciarum & præcipuorum locorum fitus facillimo negotio dignosci possunt. Quam larga vero eorum, quæ a Sammarthanò denuo producuntur, seges sit, vel exinde cuilibet patere poterit ad oculum, quod in Ecclesia Albensi a S. Claro, quem primum Albensium Episcopum diptycha sacra faciunt, usque ad Gaspardum de Doillon, dematis tribus Episcopis, quos fratres Sammarthani ex errore in censum Episcoporum Albensium venire jussierant, octoginta & sex Episcopi numerentur, quum prior operis editio sexaginta tantum & octo adducat. Neque contemnendam hujus voluminis partem constituant varia instrumenta & diplomata, a Regibus Galliæ, Pontificibus, Archiepiscopis aliqui personis illustribus promulgata, quæ Autòr propterea ad calcem operis integra, & prout e tabulariis descriperat, collocavit, ut bona ipsum fide in pertexendis historiis egisse, testarentur. Cumque plura vocabula peregrina & corruptæ Latinitatis in iis passim reperiantur, Glossarium adjectit, in quo ea, quæ in Cangiano frustra queruntur, explicare solet. Tabula Chronologica, quæ huic subjungitur, annum a nato Christo, indictionem Romanam, & mensiem, quo Pascha qualibet anno incidit, accurate demonstrat. Præter indicies vero generales & speciales, omnium quoque Pontificum, Imperatorum Romanorum, Galliæ, Germaniæ, Veteris Burgundiæ, & aliqua ex parte Hispaniæ Regum nomina in fine hujus tomis longa serie exhibentur.

## ISTORIA DEL PONTEFICE GREGORIO X.

h. e

*HISTORIA GREGORII X.P.M. AUTORE ANTONIO MARIA BONVCCI, Soc. Jesu.*

Romæ, typis Georgii Placchi, 1711, 4,

Alph. 2 pl. 8<sup>1</sup>. fig. 2n. Tabb. 3.

Jussu

JUSSU Illustrissimi Episcopi Aretini, Benedicti Falconini, Autor opus hoc suscipiens, primo quidem de viribus desperavit, po-  
nea tamen, prout ipse scribit, humano dubium, an divino instin-  
ctu excitatus, & peri arduo seruit accinxit. Tractatio tota in li-  
bros tres dispescitur, quorum prius vitam beatissimi Patris pri-  
vatam delineat. Natus autem est Placentia, A. 1210, ex cele-  
berrima Vice-Comitum familia, quæ an cum Mediolauensi illa  
eadem, an vero ab eadem diversa fuerit, Autor certo pronuncia-  
re non audet: in baptismo Theobaldi nomen consecutus. Ex-  
acta juventute statim bonis literis, præcipue Philosophia, Elo-  
quentia & Jure Canonico eruditus est. Inde multis virtutibus,  
& pudicitia præcipue, clarus, Dominicanorum religionem su-  
sccepit, paulo post ob earundem splendorem Canonicis basilicæ  
D. Antonini, quæ Placentia est, allectus. Post anno ætatis XXV  
inter domesticos Jacobi, Cardinalis Prænestini, susceptus est, a  
quo, quum Legatus per Galliam & Flandriam esset, ad Archi-  
Diaconatum Ecclesiaz Leodiensis promotus est. Cardinalem  
vero suum sequens, in Gallia morbo ingenti corruptus, ipse Car-  
dinalis ad concilium Lateranense perrecturus, a Friderico II Imp.  
captus, & aliquamdiu Neapoli detentus est. Noster autem varia  
molitus est, ut Patronum suum liberaret, & quæ ad Ecclesiaz  
commodum facerent, procuraret. Illo paulo post mortuo  
Theobaldus noster Episcopatum Placentinum modeste recusat,  
in Concilio autem Lugduni in Galliis A. 1245 celebrato, ubi  
cuncta sapienter dispoluit, favorem Ludovici S. Galliarum Re-  
gis consequitur. Postea Leadium reversus, brevi post Parisios  
abiit, ut sub Thoma Aquinate & Bonaventura Theologiaz ope-  
ram strenuam navaret. A Clemente IV, qui ipsum Lugduni co-  
gnoverat, perro cum Legato Pontificio in Angliam missus est, ubi  
turbas religionis & reipublicæ in Concilio Westmonasteriensí  
feliciter composuit. Inde in Syriam abiit, Regibus contra Sa-  
racenos pugnantibus confilio adfuturus, & gentes orationibus  
conversurus, ubi dum commoratur, Honorius IV moritur, ipse-  
que, commendante S. Bonaventura, licet tantum Archidiaconus  
est, A. 1271 Pontifex eligitur. Quam ipsi electionem clerici

p. 1.

c. 1.

c. 2.

3.

4.

5.

6.

7. 8.

9.

10.

II. 12.

duo in Syriam missi significarunt, quo facto in Italiam ad summos in orbe Christiano honores capessendos profectus est.

- c. I. Liber secundus narrat res in ipso Pontificatu gestas, ubi primo cura ipsius occurrit, qua Principes & populos Europæ adhortus est ad terram sanctam manibus incredulorum eripiendam.
2. Quoniam vero sede per biennium vacante multi in Ecclesiam abutus irrepserant, & Græci quoque obedientiam sedi Romanæ iterum negaverant, consultum putavit, Concilium universale Lugduni in Gallia celebrari, ad quod omnes Principes & Episcopos invitavit. Non hic repetitius omnes ceremonias, promotiones, fulmina & censuras Ecclesiasticas, absolutiones, præcipue vero iter Lugdunum versus suscepimus, quæ singula Noster longo verborum syrmatæ profert, sed notabiliora tantum quedam addemus. Prolixior est Autor in defendendo Gregorio, quod Mediolani factioni Turtianorum, quæ tum erat potentissima, Ottoneisque Archiepiscopum ejecerat, tempori inseriendo aliquantum cesserit, quod quidem prudentissimum fuit consilium, si a Pontificis dignitate & officio abstrahas. In eodem itinere, prout Autor noster loquitur, Rudolphum Com. Habsburgicum ad supremam in Imp. Germanico potestatem promovit, quod ipse quidem nimium exaggerat. Quod ergo ad Concilium Lugdunense, A. 1274 celebratum, attinet, in prima ejus sessione nihil nisi ceremoniæ occurrunt, quibus ejusdem inauguratione facta est. Sessione secunda consilia quedam agitata sunt, quæ Autor non revelat: tertia vero praelectæ sunt constitutioes Pontificis, de electione & ordine Clericorum præcipue agentes. Interea milite Rudolphus Habsburgicus Imp. Cancellarium suum ad Pontificem, eique omnem fidelitatem & obedientiam promisit. Græcorum quoque Legati Lugdunum venerunt, inque sinum atque unitatem Ecclesiaz Romanæ recepti sunt. Sessione quarta annihilavit Pontifex literas ad Imperatorem adversus Græcos, quos semet submissuros esse non crediderat, scriptas: Imperatoris vero legatus in animam Domini sui jurat: præleguntur quoque Regis Tartarorum literæ, qui legatos Pontificis ad se invitaverat. Moritur ibidem S. Bonaventura, & afferuntur quedam ex Constitutione de conclavi tunc temporis ecclesia.

fecta. Sessione quinta iterum prælecti sunt canonæ aliquot de dignitatibus & beneficiis ecclesiasticis: sexta eaq; ultima ordines Dominicanorum & Franciscanorum confirmat, de cetero vero prohibet, ne plures in posterum constituantur. Quum autem tria fibi præcipue in eo concilio expedienda proposuisset Pontifex, ut Principes ad recuperandam Terram sanctam instigaret: Ecclesiam Graecam cum Latina uniret; pravosque Christianorum mores emendaret: priora duo equidem consecit, de tertio sufficere sibi ratus, si paternam Prælatis præsentibus admonitionem relinquere. Concilio finito varia suscepit Gregorius, quæ singula tangere non licet: paucis ergo conteati erimus. Legatos ad Tartarorum Regem sive Chanum misit Pontifex, honosifice ab ipso susceptos. Reges porro Hispaniz & Bohemiz a turbis contra Imperatorem recens creatum movendis dehortatus est. Constitutionem contra Alphonsum Portugaliz Regem, bona Ecclesiaz dilacerantem, edidit: eundemque propter adulterium excommunicationis fulmine punivit, Inscribitur quoque integra juramenti formula, qua se Rudolphus Imperator Ecclesiaz Romanaz obstrinxit. Describitar postea reditus in Italiam, ubi A. 1275 Aretii fato suo functus est, ibique sepulcrum inveniat.

18.

20.

21.

22.

c. 1 - 10.

11.

12 - 14.

15.

Liber tertius virtutes hujus Gregorii enarrat, ita ut singulis capitibus fides heroica, spes in Deum collocata, amor erga Deum & homines, prudentia, justitia, temperantia, animi firmitas, humilitas, donum preciam, lacrimarum, ecstaseos, & gratia prophetandi exemplis adductis comprehenatur. Quibus accedunt historicorum probatorum de illis testimonia; itemque miracula; quibus post mortem præcipue inclaruisse dicitur. Sequitur cul-  
tas ipsi post fata exhibitus: primo enim ab Innocentio V succes-  
fore Beatus declaratus est, deinde una cum S: Donato effigies  
ejus altari Aretino ex marmore imposita cernitur, ubi caput  
ejus nimbo circumdatum est: porro lampades ipsi accendun-  
tur, festa iustituta sunt; novenæ martyrologio inscriptum, ipse  
quoque Placentiaz & Leodii colitur &c. Quia propter etiam quidam  
hactenus in eodem laborarunt, ut nonnen illius Sanctis adseri-  
beretur, quod apud Gregorium XV fecerunt Ferdinandus Archi-  
Epi-

duo in Syriam missi significarunt, quo facto in Italiam ad summos in orbe Christiano honores capessendos profectus est.

- c. I. Liber secundus narrat res ipsa Pontificatu gestas, ubi primo cura ipsius occurrit, qua Principes & populos Europæ adhortus est ad terram sanctam manibus incredulorum eripiendam.
52. Quoniam vero sede per biennium vacante multi in Ecclesiam ab usus irrepererant, & Græci quoque obedientiam sedi Romanæ iterum negaverant, consultum putavit, Concilium universale Lugduni in Galliis celebrari, ad quod omnes Principes & Episcopos invitavit. Non hic repetitus omnes ceremonias, promotiones, fulmina & censuras Ecclesiasticas, absolutiones, præcipue vero iter Lugdunum versus suscepimus, quæ singula Noster longo verborum syrmate profert, sed notabiliora tantum quedam addemus. Prolixior est Autor in defendendo Gregorio, quod Mediolani factioni Turtianorum, quæ tum erat potentissima, Ottoneisque Archiepiscopum ejecerat, tempori inseriendo aliquantum cesserit, quod quidein prudentissimum fuit consilium, si a Pontificis dignitate & officio abstrahas. In eodem iste nere, prout Autor noster loquitur, Rudolphum Com. Habsburgicum ad supremam in Imp. Germanico potestatem promovit, quod ipse quidem nimium exaggerat. Quod ergo ad Concilium Lugdunense A. 1274 celebratum, attinet, in prima eius sessione nihil nisi ceremonia occurrit, quibus ejusdem inaugratio facta est. Sessione secunda consilia quedam agitata sunt, quæ Autor non revelat: tertia vero prælectæ sunt constitutio-nes Pontificis, de electione & ordine Clericorum præcipue agentes. Interea misit Rudolphus Habsburgicus Imp. Cancellarium suum ad Pontificem, eique omnem fidelitatem & obedientiam promisit. Græcorum quoque Legati Lugdunum venerunt, inque sinum atque unitatem Ecclesiaz Romanæ recepti sunt. Sessione quarta annihilavit Pontifex literas ad Imperatorem aduersus Græcos, quos semet submissuros esse non crediderat, scriptas: Imperatoris vero legatus in animam Domini sui jurat: præleguntur quoque Regis Tartarorum literæ, qui legatos Pontificis ad se invitaverat. Moritur ibidem S. Bonaventura, & afferuntur quedam ex Constitutione de conclavi tunc temporis ecclæ,

fecta. Sessione quinta iterum prælecti sunt canonæ aliquot de dignitatibus & beneficiis ecclesiasticis; sexta eaq; ultima ordines Dominicanorum & Franciscanorum confirmat, de cetero vero prohibet, ne plures in posterum constituantur. Quum autem tria fibi præcipue in eo concilio expedienda proposuisset Pontifex, ut Principes ad recuperandam Terram sanctam instigaret; Ecclesiam Græcam cum Latina uniret; pravosque Christianorum mores emendaret: priora duo eisdem consecit, de tertio sufficere sibi ratus, si paternam Prælatis presentibus actionem relinqueret. Concilio finito varia suscepit Gregorius, quæ singula tangere non licet: paucis ergo conteati erimus. Legatos ad Tartarorum Regem sive Chanum misit Pontifex, honosifice ab ipso susceptos. Reges porro Hispaniaz & Bohemiaz a turbis contra Imperatorem recens creatum movendis dehortatus est. Constitutionem contra Alphonsum Portugalliaz Regem, bona Ecclesiaz dilacerantem, edidit: eundemque propter adulterium excommunicationis fulmine punivit. Inscribitur quoque integra juramenti formula, qua se Rudolphus Imperator Ecclesiaz Romanaz obstrinxit. Describitur postea reditus in Italiam, ubi A. 1275 Aretii fato suo functus est, ibique sepulcrum invenit.

Liber tertius virtutes hujus Gregorii enarrat, ita ut singulis capitibus fides heroica, spes in Deum collocata, amor erga Deum & homines, prudentia, justitia, temperantia, animi firmitas, humilitas, donum preciam, lacrimerum, ecstaseos, & gratia prophetandi exemplis adductis comprobentur. Quibus accedunt historiorum probatorum de illis testimonia; itemque miracula; 12 — 14. quibus post mortem præcipue inclarusse dicitur. Sequitur cul-  
mus ipsi post fata exhibitus: prius enim ab Innocentio V successore Beatus declaratus est, deinde una cum S. Donato effigies ejus altari Aretino ex marmore imposita cernitur, ubi caput ejus nimbo circumdatum est: porro lampades ipsi accenduntur, festa ieiunata sunt, nomen martyrologio inscriptum, ipse quoque Placentiaz & Leodii colitur &c. Qæ propter etiam quidam hactenus in eo laborarunt, ut nonen illius Sanctis adsereretur, quod apud Gregorium XV fecerunt Ferdinandus Archi-

Episcopus Coloniensis & Capitulum Leodiense, apud Innocentium X vero Odoardus Parinæ ac Placenciae Dux. Et is forte hujus quoque scripti scopus est, quod ex appendice appareat, in quo existat Beati Gregorii Papæ decimi, Placentini, Vita, Virtutum, ac Miraculorum relatio facta sanctissimo Domino nostro Urbano P. P. VIII, per Sacra Rotæ Auditores, Jo. Bapt. Coccinum, Decanum, Phil. Pirovanum, & Clem. Merlinum, ad effigiem Canonizationis ejusdem. Narrantur ibi res gestæ & miracula Gregorii, quibus probationes e Jure Canonico & Doctoribus petitæ adduuntur.

## Abriß der Stadt Königsberg in der Neu-März 2c.

h. e.

*DESCRIPTIO URBIS KOENIGSBERGÆ IN  
Marchia novâ sita; Autore AUGUSTINO KEHR-  
BERGO, Scholæ ibidem Sub-Reddore.*

Francofurti ad Viadrum, apud J. Schrey & J.G. Comradi, 1715, 4.  
Alph. i plag. 18 $\frac{1}{2}$ .

- K**oenigsberga nostra ad fines Pomeraniæ Custrinum inter & Stetinum sita est, cuius descriptionem Autor in partes duas dispescuit. Prior urbem ipsam delineat, quam Author satis dubie A 1255 ab Ottocaro Bohemorum Rege fundatam dicit, & ex insignibus urbis, quæ Regem exhibeant, probare nititur. Nullum autem præterea ex antiquitate testimonium affert, quum certe ex tota hujus urbis historia probabile fit, eam antiquorem esse, licet temporum injuria res quondam gestæ nobis inviderit.
- c. I.** Quæ de situ illius, villis adjacentibus, structura, ædificiis publicis, curia, & aliis narrantur, omittimus, pauca quædam singulæria excerpturi. Portas urbis observamus obducto muro clausas, juxta easdem vero alias per murum aditus habetur, quod factum est in contumeliam noti illius Pseudo-Woldemari, qui, quoniam pistor vel molitor esset, Electorem defunctum se esse tradens p. 25. magnas in Marchia turbas excitavit. In foro conspicua fuit quoq.
- 29.**

quondam lignea Rolandi imago, cuius explicatio eruditis est  
notissima. In curia inter alia antiquitatis documenta binx ad-  
sunt bullæ Concilii Basileensis de A. 1435 & 1440, ad hanc civi-  
tatem datæ. Sequitur succincta Marchiz novæ descriptio,  
quæ primum Ducibus Pomeranæ, postea Poloniæ, Marchionis-  
bus Brandenburgensibus, & Cruciferorum Ordini paruit, tandem  
Serenissimæ domui Brandenburgensi restituta. Hac occasio-  
ne pauca quædam de ordine modo dicto narrantur, in usum ci-  
vium, quæ nos non tangimus. Templum parochiale, quod D.  
Mariz consecratum est, quo anno ædificari coepit sit, incer-  
tum est, hoc tamen ex documentis constat, jus Patronatus A.  
1282 Ottonem & Coaradum, Marchiones Brandenb. in eam  
habuisse, idque post A. 1352 a Ludovico Romanoq; Equitibus Ho-  
spitalariis concessum esse. Unde & hic de Equitibus Templa-  
riis & Hospitalariis, quorum reliquæ hodienum in Marchia su-  
persunt, quædam momentur. Redit Autor ad templum modo  
dictum, magna quondam sacellorum multitudine conspicuum,  
idque secundum formam tum internam tum externam describit.  
Alterum templum a monasterio Augustiniæ nomen ha-  
bet, quod a Jaromiro Camminensis Episcopo circa A. 1290  
exstructum est; monachis vero deficientibus templum aliquo-  
tempore desertum ac vacuum fuit, donec A. 1532 reparatum  
jam concionibus funebribus & festalibus, quibusdam destinatum  
est. Fuerunt, & sunt hodieque, facella quædam, de quibus nihil  
affereamus. Religio civium quondam fuit Pontifica, jam vero Lu-  
therana. Illius temporibus supremum regimen penes Episcopos  
Camminenses fuit, quorum nomina & gesta non negligenter de-  
scribuntur. Non utsi est autem Autor *Historia Episcopatus Cam-*  
*minensis*, quæ in Academia Jenensi A. 1677 praefide Mich. Zu-  
lichio in forma dissertationis publicæ edita est. Lutheranorum  
sacra dirigit Inspector eum duobus Diaconis, quorum nomina,  
gesta ad religionem spectantia, Colloquia, Synodi, nec non  
ceremonia, hinc usitate delineantur. De schola, & quæ huc  
pertinet, & nosocomiis nihil addimus, præter illud quod p. 181.  
obiter memoratur, tria pastorem in agro Königsbergensi, qui  
organæ strafica ex tibiis papyraceis composita conficerit. Post

10 ACTORUM ERUDITORUM

P. 27. 28. variar de conditione & felicitate frumentorum, Judeorum quoque  
hic degentium mentio sit, qui aliquoties licet expulsi tamen vi-  
res subinde refemferunt, aliquibus etiam ipsorum ad religionem  
Christianorum transiuntibus.

29. Pars posterior fortunam urbis capitibus XI delineat, ita ut  
de bello, incendio, peste, & tempestate varia, quae illam vexar-  
runt, narratio instruitur, sed illa jam prolixe commemorare no-  
lumus.

**M. SIMEONIS FRIDERICI HAHNII, HISTO-**  
**rica dissertatione de justis Burgundici novi, vel Arelatenis**  
**regni limitibus, & derelictione ejus, Rudolpho I Habsburgi-**  
**co, Romanorum Regi, perperam adscripta; ex mediis ievi scri-**  
**ptoribus fide dignis, diplomaticis, chartis, documen-**  
**tisque aliis, antiquitatis memoriam adservantibus,**  
**congesta.**

Halle Magd. impensis Jo. Frid. Zeidleri, 1716, 4.

Plag. 10.

**E**odem confilio, quo Carolum IV Schurtzfleischius a dissipa-  
ti regni Arelatenis culpa liberavit; Rudolphum Habsburgi-  
cum a derelicti hujus regni suspicione vindicare constituit Cl.  
Antor, Historiae in Academia Julia Prof. Cardo operis versatur  
in explodeando Chronicorum Monachorum Colmariensium asserto,  
„quod Rudolphum primoribus regni Arelatenis, opeam eius  
„contra Gallias Regem implorantibus, respondisse tradit: se di-  
„misi occupationibus in Germania præpeditum, subsidio iis ve-  
„nire non posse; ipfi rebus suis consulerent: illos vero non ita  
„multum post regnum Gallis tradidisse.“

Primo autem loco fines ejus regni curate sibi computandos  
esse duxit, hic enim tantum non omnes, tam veteris quam re-  
centioris aucti scriptores labi conqueritur. Hos igitur Basilea-  
orsus, Rheno, Rhodano, & Alpibus, ita circumscribit, ut Helve-  
tiam usque ad Ursam fluvium, & Ariae fontem, Pannineum,  
Delphinatum, agri Lugdunensis partem, Ducatum Agri, citatum  
Burgundie comprehendenterint. Alsatiam penitus, Etsal &  
Rhetiam, cum pegis Helvetiz, ad orientem vergentibus, multa-  
cam.

etum differentientibus disputans, regnumque Neustrie & Au-  
strasie terminos eruditis digressione exponens, finibus his exclu-  
dit. Iude alteram dissertationis suæ partem exequitur, & Ru-  
dolphum non tantum nullam harum provinciarum dereliquis-  
se, sed etiam in omnibus iura Majestatis semper exercuisse, figi-  
latum ostendit. Denique Chronicorum Monach. Colmar. quod  
in limine dissertationis una cum affectis notaverat, refutat. Quia  
evincit, etiamsi fides ejus indubitata esset, non tamen ex eo,  
derelictionem a Rudolpho factam esse, demonstrari posse, cum  
ipse Monachus notet, ea conditione Gallis regnum traditum es-  
se, ut Imperatori opportuno tempore illud redderent, vel pace  
de eo convenirent. Cum vero Ducatum Burgundie nosnulli  
regni Arelatenis partem fuisse negent, speciminis loco, argu-  
mentis, quibus id Clar. Autor probare annuitur, exponemus.  
Urget autem præcipue: Conradum II Arelateni regno sibi ac  
Germanis vindicato, præsertim in Burgundie Ducatum, tan-  
quam principale regni membrum jus obtendisse: Episcopatu-  
m & monasteriorum præsules in illo Ducatu jurium suorum  
confirmationem ab Imperatoribus petiisse & impetrasse: Johan-  
nem II & Carolum V, Gallie Reges, Ducatum hunc, non ratione  
corona, sed iure sanguinis Gallis debitum, in diplomatibus fate-  
ri: Fridericum I Imperatorem Burgundie Ducem dilectum &  
Imperio obligatum in literis appellare: & denique Philippum  
Ducem A. 1355 adhuc a Carolo IV statim veniam & apprehen-  
dendae terrarum suarum administrationis potestatem petiisse.  
Deinde pertinent ad eandem stabilendam sententiam mo-  
menta, ex quibus Rudolphum supremum Ducatus Burgundie  
dominum egisse, colligit. Namque coagit Ducem, ut se præsen-  
tem Basiles sisteret: in tebulis investituræ, de Delphinatu eidem  
A. 1284 datis constantiam & erga Imperium fidem laudat,  
omnes Burgundie primores ordinesque, comitia celebraturus,  
Francofurtum vocasse legitur.

## REFLEXIONS CRITIQUES SUR LA Medecine &c.

i. e.

B 2

MEDI-

10. ACTORUM ERUDITORUM

P. 27. 28. variat de conditione & felicitate suocarum, Iudeorum quoque  
hic degentium mentio fit, qui aliquoties licet expulsi tamen vi-  
res subinde restituunt, aliquibus etiam ipsorum ad religionem  
Christianorum transiuntibus.

Pars posterior fortunam urbis capitibus XI delineat, ita ut  
de bello, incendiis, peste, & tempestate varia, quae illam vexar-  
runt, narratio insitetur, sed illa jam prolixè commemorare no-  
lumus.

**M. SIMEONIS FRIDERICI HAHNII, HISTO-**  
*rica dissertatione de justi Burgundici novi, vel Arelatenis*  
*regni limitibus, & derelictione ejus, Rudolpho I Habsburgi-*  
*co, Romanorum Regi, per peram adscripta; ex mediis evi scri-.*  
*ptoribus fide dignis, diplomatisbus, chartis, documen-*  
*tisque aliis, antiquis memoriam adservansi-*  
*bus, congregata.*

Hab. Magd. impensis Jo. Frid. Zeidleri, 1716, 4.

Plag. 10.

**E**odem confilio, que Carolum IV Schurtzfleischins a dissipa-  
ti regni Arelatenis culpa liberavit; Rudolphum Habsburgi-  
cum a derelicti hujus regni suspicione vindicare constituit Cl.  
Antor, Historie in Academia Julia Prof. Cardo operis versatur  
in explodeando Chronicis Monachorum Colmariensium asserto,  
„quod Rudolphum primoribus regni Arelatenis, opena eius  
„contra Gallie Regem implorantibus, respondisse tradit: se di-  
„miis occupationibus in Germania præpeditum, subsidio iis ve-  
„sire non posse; ipfi rebus suis consulerent: illos vero non ita  
„multum post regnum Gallis tradidisse.

Primo autem loco fines ejus regni curate sibi computandos  
esse duxit, hic enim tantum non omnes, tam veteris quam re-  
centioris ævi scriptores labi conqueritur. Hoc igitur Basilea  
orsus, Rheno, Rhodano, & Alpibus, ita circumscribit, ut Helve-  
tiam usque ad Ursam fluvium, & Ariat fontem, Provinciam  
Delphinatum, agri Lugdunensis partem, Ducatum Savoicum  
tum Burgundie comprehendenterint. Alsatiam penitus, Basul &  
Rhætiam, cum pegis Helvetia, ad orientem vergentibus, multa.

cam.

cum differentientibus disputans, regnorumque Neustrie & Au-  
straz terminos arduita digressione exponens, finibus his exclu-  
dit. Inde alteram dissertationis suz partem exequitur, & Ru-  
dolphum non tantum nullam harum provinciarum dereliquis-  
se, sed etiam in omnibus iura Majestatis semper exercuisse, sigil-  
latum ostendit. Denique Chronicor Monach. Colmar. quod in  
limine dissertationis una cum affectis notaverat, refutat. Quin  
evincit, etiamsi fides ejus indubitata esset, non tamen ex eo,  
derelictionem a Rudolpho factam esse, demonstrari posse, cum  
ipse Monachus notet, ea coaditione Gallis regnum traditum es-  
se, ut Imperatori opportuno tempore illud redderent, vel paco  
de eo convenireat. Cum vero Ducatum Burgundie nonnulli  
regni Arelatenis partem fuisse negent, speciminis loco, argu-  
mentis, quibus id Clar. Autor probare annititur, exponemus.  
Urget autem præcipue: Conradum II Arelateni regno sibi ac  
Germanis vindicato, præsertim in Burgundie Ducatum, tan-  
quam principale regni membrum jus obtendisse: Episcopatu-  
m & monasteriorum præsules in illo Ducatu iurium suorum  
confirmationem ab Imperatoribus petiisse & impetrasset: Johan-  
nem II & Carolum V, Galliz Reges, Ducatum hunc, non ratione  
coronæ, sed iure sanguinis Gallis debitum, in diplomatibus fate-  
ri: Fridericum I Imperatorem Burgundie Ducem dilectum &  
Imperio obligatum in literis appellare: & denique Philippum  
Ducem A. 1355 adhuc a Carolo IV ztatis veniam & apprehen-  
denda terrarum suarum administrationis potestatem petiisse.  
Deinde pertinent ad eandem stabilendam sententiam mo-  
menta, ex quibus Rudolphum supremum Ducatus Burgundie  
dominum egisse, colligit. Namque coagit Ducem, ut se presen-  
tem Basiles sisteret: in tebulis investituræ, de Delphinatu eidem  
A. 1284 datis constantiam & erga Imperium fidem laudat,  
omnes Burgundie primores ordinesque, comitia celebraturus,  
Francofurtum vocasse legitur.

## REFLEXIONS CRITIQUES SUR LA Medecine &c.

i. e.

B 2

MEDI-

*MEDITATIONES CRITICÆ DE MEDICINA, ubi in veritatem & falsitatem judiciorum, quæ de hac arte vulgo feruntur, inquiruntur; Autore ALEXANDRO LE FRANÇOIS; Doctore Medicine & Facultatis Medica Parisiensis. Assisse.*

## Tomi II.

Lutetiae Parisiorum; apud Jac. Quillau, 1714 & 1715, 12.

Alph. I. plag. 8.

Quanquam multi hodie sint, qui contemnere Artem Medicam & omnibus modis traducere gestiant; tantum tamen absit, ut Autor Clariss. eodem cavillandi pruritu tentetur, ut potius illam etiam atque etiam commendet, maxima generi humano commoda sanitatem conservando vitamque prolongando praeservantem. Licet enim multa non omni penitus carere fateatur fundamento, quæ in ejus opprobrium allegantur, non sufficere tamen ista existimat, quæ totam prosternant Medicinam absolute, multo minus derogare quicquam cordatis Medicis, qui omnem, quæcumque ab eis exigi potest, operam in illa non minus exercenda quam evehenda adhibent, modo iidem fruantur subsidiis, quibus nullo modo carere possunt. Considerari enim potest Medicina, ad instar omnium rerum, duplice, eoque admodum differenti modo; uno communia, quæ afferit, collaudando, altero defectus, quibus scatet, annotando. Primum recipiamus, artem eam appellare convenient, quæ sui similem non habet; posterius eam, tanquam rem, qua pernitiosior nulla extitit unquam, proclamabit. Medium tenet Autor, Medicinam in se spectatam, tanquam artem celeberrimam deprehendens, ab usum tamen insimul detestans. Non enim negat, in Medicos cadere reprehensiones dignissimas, monstrat tamen insimul aliis earum causas in acceptum esse referendas, falsa non minus de Medicina, quam Medicis iudicia ferentibus. Quemadmodum enim in eo statu ut constituta sit medicina, optandum est, ut, qui eam exerceant, in competit habeant, quicquid salutare in conservanda vel restauranda sanitatem inventum hactenus fuit,

fait, illudque quacunque data occasione adhibere, ei quoque indies plura addere studeant; ita si quid alienum ab hoc statu in Medicina occurrit, non nisi pro abuso id ipsum est habendum, & a falsis judiciis aliorum dependet. Horum enim præjudicia de ægrotis pariter ac de remedis sçpenuerò obstant, quo minus Medicus eis insistat mediis, quæ ad cognoscendam veram methodum medendi sunt necessaria, & cogunt potius eundem, ut ægros juxta pravam hanc opinionem tractet. Et cum a Medicis exigatur, ut naturam & causas morborum recensent, remediiorum relationem ad affectus præternaturales explicit, suamque hypothesin diserte proponant, obstrictos se profitentur Medici, in publicum usum tempùs illud, quod in eruendis morborum causis consumi debebant, ad certum systema excogitandum impendere, cui quo magis in vigilant negotio, eo minus ob rerum varietatem, totque circumstantiarum concursum, in sua scientia redduntur certi. Si vero Medicus, lucri non adeo cupidus, nec ex ægrotorum copia gloriam querens, ea negligat, quæ scopo suo non inserviunt, sufficientem experientiam certe non acquiret, nec omni orbatus cum aliis Medicis consultatione, in sua arte perfectus evadet. Quocunque igitur modo circa cognitionem Artis sua se gerat Medicus, aliis potius adscribendum erit, si, quæ ab eo requiruntur, ex voto præstare minus queat; immo idem in culpa est, quo minus Artem ad altius evehere fastigium valeat. Ad hunc enim scopum Medicus nisi observatorium subsidiis pertingere non potest, quæ quidem ex incuria adstantium, methodum præscriptam non sequentium, admodum sufflaminantur. Maxime tamen accusandus est conteintus, quo Medicina pariter ac ipsi Medici fuerunt excepti ex eo, quod vulgus vera esse, quæ hinc inde fuerunt sparsa, firmiter credat; inde enim, qui ob ingenii felicitatem boni evassissent Medicis, ab hac arte addiscenda fuerunt absterriti, & eam professi non tanto cum zelo ingenii nervos intenderunt, quam si majori in pretio illa fuisset habita. Quid quod fiducia ex hac ratione cessante ægrotum in Medicos, frustra moliuntur hi, quæcunque artis præcepta docent. Niemadmodum igitur notum est, artes reliquias magnum cepisse incrementum, quando præmii affecti fuerant,

qui eas exercere & provehERE studuerunt ; ita nemo mirabitur ab Hippocratis ætate parum incrementi Medicinæ accessisse , si quidem illo tempore Medici Deorum numero fuerunt adscripti , postea vero ludibrio habiti . Quid igitur consilii , ut Arti pristinus restituatur honos & vigor ? Penes alios homines contemtus causa residet , hi igitur suum agnoscant errorem & emendent , necesse est ; quod optandum potius esse quam sperandum quamquam plerique credant , duo tamen sunt argumenta , quæ de bono utique successu melius sperare jubent . Nostrum : primum est , quod singulis hominibus instinctus quidam ad veritatem investigandam a natura sit inditus , si de ea fuerint convicti ; alterum , quod cum de vita & sanitate res agatur , quilibet commodis suis invigilans rationes facile sit admissurus , quibus ad seniorem mentem pervenire queat . Cum igitur argumenta , hominum falsis opinionibus & erroribus opposita , veritatem preseferant , spes est , fore ut assensum sint inventura . Atque hec posquam sapientius secum hactenus penitaverat Autor Clarissimus , rem ægris utilem , ordini Medicorum gratam , suoque officio dignam se peracturum existimavit , si suas Meditationes circa hoc argumentum publici juris ficeret , cum vox viva in conversationibus ob contradicendi studium tantam vim non habeat , ut convincere adversarios sufficienter queat . Quoniam itaq; judicia reliquarum circa Medicinam partim ipsam artem , partim Medicos concerauant , consultum esse duxit Noster , hunc tractatum in duas dispescere partes , quarum prima de iudiciis , quæ de Medicina , altera vero de illis , quæ de Medicis feruuntur , agit . Medicinam quod attinet , neocesse ante omnia fuit , disquirere , (in quo rerum cardo vertitur , ) num Medicina utilis sit , nec ne . Quem in finem allegat non solum argumenta , quæ summam ejus utilitatem ante oculos ponunt , sed & ad objectiones respondet , ab adversariis allegari solitas , causasque adducit , per quas hi fuerint seducti , insimul probana , quantocunque in pretio Petrarchæ , Montani & Molerii nomina apud ipsos sint , non tamen esse , car horum autoritatem in contemnda Medicina sequantur . Hinc in principia inquirere necesse esse duxit , quoniam ea plerorumque animis insidet opinio , destitui Medicinam certis principiis . Dictum etiam fuit

- P. I. cap. I  
 1. 2. 3. 4.
- antes ,

antea, multos Medicos systematibus quibusdam admodum deflectari, adeoque quæ horum sit origo, quis progressus, quam va-  
num periculoseumque sit illis fidere, inculcat Autor. Nec in-  
cognitum est, alios Medicos soli experientia, alios soli ratione  
inniti, quapropter quantum periculi huic consuetudini subfir, &  
qua occasione alterutri vel utrique sit adhærendum, docet. Mul-  
ta insuper præjudicia circa remedia soventur, quæ & sanitati &  
vita multum derogant, hinc regulas proponit Noster, atque cau-  
telas injungit, quæ circa hos errores evitandos sunt tenenda.  
Cum denique scientia Medicinæ ex libris primum fit haurienda,  
quanta præcautione opus sit, ne quis seducatur, fideliter monet.  
Quæ itaque Autor clarissimus circa Medicinam in hac priori  
Parte adduxit, regule instar sunt eorum, quæ in altera de Me-  
dicis consideranda restant; ubi requisita boni Medicis inculcat, P. II. c. I.  
medis proponit, quibus ad veram scientiam pervenire liceat, in  
signa inquirit, quibus genuini a Pseudo-Medicis distinguantur;  
Circumforaneos depingit, eosque commemorat, quireremus me-  
dicarum minus periti consilia & grise communicare non erube-  
scunt; quis selectus Medicorum faciens sit, commonet, op-  
probria allegat, quæ Medicis communiter objiciuntur, & de re-  
ligione Medicorum quædam insinuat. Quemadmodum au-  
tem non sufficit, abusus Medicinæ allegasse, eorumque causas  
detexisse, sed & media proponens necesse est, quibus illis obve-  
nire liceat, id operæ pariter in se suscepit Autor Oleriss. & emen-  
dationes Medicinæ super principiis in hoc opere jacta funda-  
tam in alio tractatu cum orbe literato communicavit, quem  
in Adversaria A. 1718 M. Mart. p. 125 s. recensuimus.

6.

7.

8.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

*EUSTACHII MANFREDII EPHEMERIDES  
Mortuum cœlestium ex Anno 1715 in annum 1725, e Caspianis  
Tubulis ad Meridianum Bononie supputatae, ad usum  
Bononiensis Scientiarum instituti.*

*Tomi II.*

Bononiz, typis Constanti Pisorii, 1715, 4.

Alph. 3 plaq. 20 Tabb. 20. 15.

cl.

**C**L. Autor in dedicatione ad *Clementem XI*, Pontificem maximum, fatetur, se tales Ephemerides proferre studuisse, quæ practicæ Astronomiæ, hoc est cælorum motibus rite observandis inservirent. Tabulæ, ex quibus eas supputatas esse in titulo habetur, nondum in publicum prostant; sed eas ab Autore suo, Celeberrimo Astronomo, *Johanne Dominico Cassino*, harum supputationum gratia communicatas Noster accepit, observationum annorum sexaginta & amplius fructum. Gratam multis operam præstabit Autor, ubi ipsas Tabulas sequentibus Tomis adjiciet, aut sigillatum edere dignatus fuerit, luce publica dignissimas. Ceterum Pontificis summi in promovendo Astronomiæ studio curam commendat, quam abunde demonstravit, tam quod in usum observationum astronomicarum Meridianum Gnomonem ad *Diocletiani* thermas sub directione illustris viri Francisci Bianchini A. 1701 erigi ac magnificissime exornari jusserit, tum quod autoritate sua perfecerit, ut Bononiæ super Scientiarum Academia institueretur, in qua cum omnis Naturæ contemplatio congruis experimentis, tum præsertim cœlestium rerum cogitatio observationibus (quæ Nostro demandata pars est) excolatur.

Tomus primus continet introductionem in Ephemerides, duobus libris constantem. Eorum prior sicut præcepta 56 pro ephemeridum usu; posterior, vero Astronomiæ practicæ methodum, ubi, observationum Astronomicarum instituendarum ratio vigintio octo problematisbus fusiori, discursu illustratis accuratius exponitur, quam alibi non reperies. Horologia oscillatoria ad medianam diei longitudinem expendere docens monet, experientia constare, quod etiam absque cycloide tempora accuratissime distinguant, modo vibrationes monisi in exiguo arcus excurrant, ne arcus circuli a centro gravitatis penduli descriptus ad sensum discrepet ab arcu cycloidis. Novum describit instrumenti genus ad siderum omnium transitum per meridianum observandum, cuius cum *Victorio Francisco Stancario* aliquando periculum non sine successu fecit, quod tamen, illo mortuo, ab observationibus Astronomicis ad alia studia abductus perficere non potuit. Si quis telescopio ad observationes siderum

rum diurnas uti voluerit, ei suadet, ut vitrum oculare obtusius adhibeat, quam pro nocturnis observationibus, ac omne extranum lumen a teloscopio prohibeat. Potiorem micrometri usum prædicat, ut inter duo quævis puncta cœlestia, quorum parallelæ modice distent, parallelorū ipsorum seu declinationum differentia & rectæ etiam ascensionis discriminem elicatur. Introductioni succedunt Tabulae astronomicae in usum ephemeridum ac observationum cœlestium bene multæ, veluti æquationum temporis, differentia dierum Solarium verorum a mediis in annis singulis a 1715 usque ad 1725, accelerationis fixarum supra medium Solis motum, longitudinum & latitudinum locorum quorundam insigniorum, &c. una cum tabula sexagenaria ad partes proportionales expedire inveniendas & Catalogo fixarum insigniorum, earum præfertim, quæ in Europæis climatis a Luna obtegi possunt, ex observationibus Jacobi Philippi Maraldi in Regio Parisiensi observatorio habitis ad annum 1700 ineuntem. In eo stellarum 263 non modo longitudo & latitudo, verum etiam ascensio recta: tum in temporibus primi mobilis, tum in temporibus mediis, tum in partibus circuiti, atque declinatio, una cum incremento ascensionis rectæ & differentia declinationis pro annis 60 post epocham exhibetur. Motum fixarum annuum in longitudinem facit scrupulorum secundorum 51; distantiam stellæ polaris a polo ad annum 1718 ineuntem 2° 12' 39".

Tomus secundus ipsæ ephemerides ab A. 1715 usque ad A. 1725 complectitur, quarum unaquæque exhibit 1 ingressum Solis in quatuor puncta cardinalia tempore medio una cum numeris cyclaribus, quatuor temporibus ac festis mobilibus, & eclipses luniarium, 3 appulsus Lunæ ad sidera insigniora, 4 Adspectus Lunæ cum planetis & planetarum primiorum inter se, 5 eclipses intimi Satellitis Jovis ab umbra, 6 Solis longitudinem, ascensionem rectam & declinationem, & Lunæ longitudinem, latitudinem, transitum per Meridianum atque declinationem ad singulos anni dies, itemque planetarum reliquorum situs cœdem, una cum siderum congressibus ac Lunæ phasibus. Ceterum quo constet, ubi & quo tempore, quæve magnitudine eclipsis

psis Solis videnda sit, singulis solaribus deliquis in Europa conspicuis Tabulam Geographicam adjicit, quæ per curvas quasdam lineas in ea ductas Eclipsis phæs tota tellure describit ac Terrarum orbis obumbrationem monstrat: cuius methodi primam inventionem *Keplero*, perfectionem *Cassio* tribuit, „In ea, „inquit, Tellus consideratur tanquam e Solis centro visa, tempore vero conjunctionis, ejusque projectio in lunarem sphæram transferitur. In hac projectione, cuius Semidiameter differtentia parallaxium Solis ac Lunæ aequalis est, Meridiana, „Æquator, circulus latitudinis Lunæ ac Paralleli debita Perspectiva lege describuntur; tum lunaris Semita ad iustum pro Luna æ latitudine intervallum congruansque cum circulo latitudinis inclinationem apparentem ducitur, eoque pro motu horario Lunæ a Sole in horas ac minutas distinguitur, initio facto ex punto ejus Semite, quod tempore vero conjunctionis Luna occupat. Ex hac figura convenienti magnitudine descripta, solius circini adminiculo, tum pro locis singulis Eclipsis imminentibus, finis, quantitas colligitur, tum universæ Telluris obscuratio, et limites; ac pro locis singulis obscurationis quantitates deducuntur, unde loca omnia, quæ eandem phasim cernunt, in Geographicam deinde Tabulam referantur. Eodem consilio apud nos Vir Cl. J. M. *Hafsius*, Augustanus, Facultatis Philosophicae in Academia nostra Assessoribus propediem adscribendus, typum phasium eclipsis Telluris A. 1715, exhibuit; quemadmodum mox apertius dicemus:

### KURZE UND SUCCINCTE RELATION &c.

M. C.

*BREVIS ET SUCCINCTA EXPLICATIO DUC-  
TAM TABULARUM ECLIPSIS SOLIS QUE A. 1715 DIE 3 MAJI ACCIDIT;  
ILLUSTRANTUM, &c. AUTORE F. A. H. MATTIA.*

*HASIO, A. V. PHIL. MAG.*

Eclipsi, literis videtur Fleischerianæ, prostat apud Theophil.

Georgi, 1716, 4.

Blag. a<sup>1</sup><sub>2</sub>. Tab. xii. 2.

No.

**P**ropositum est Cl. Autori, editis compluribus schematibus in duas Tabulas relatis non doctis solum, sed & iis, qui rudiores rerum Astronomicarum essent, inservire, eorumque menti & oculis quam distinctissime omnia, que in hujusmodi Eclipsiis, quatenus spectantur ut obumbrationes ipsius telluris, contingant, exponere. Proptereaque non uno solam modo phasēs Eclipsiis præterit 1715 anni ita ipsius terræ corpore apparentes proque diverso positu insipientis oculi variantes exhibet, sed tribus possimum.

Quorū prius oculus ponitur in Sole constitutus in discum telluris, spectatum tanquam partem plani ad eclipticam normalis, despicere, viamque & transitum ipsum umbræ penumbræque lunaris per eundem contemplari. Adque estimandam motus hujus velocitatem secunda umbra & centri lunaris in horas earumque partes opere scalæ adjectæ dividitur. Est autem hic modus idem cum projectione orthographica terrestris sphære, cuius pro casu eclipsium constructionem præter inventorem Keplerum & Cassinum modo laudatum, etiam Flamstedius & Hureus (e quo torus hujus eclipsios calculus petitas) in Tabulis Astronomicis docuerunt. Et speciationem quidem in ea Autor illata phasia expressit, qualia eo tempore fuerat, cum centrum umbræ discum telluris ingrediebatur.

Sed cum precedente Eclipsi & umbra lunari, etiam phasēs regionum telluris propter revolutionem ejus circa axem perpetuo mutari contingat, ad designandas earum præcipuas, cum orthographica projectio minus commoda videretur, ob extrema in illa representatione admodum angusta, stereographice tum illam tum alias tres succedentes projecit, oculo usq; in Solis centro vel regione constituto. Inque illis projectionibus tum diversam magnitudinem eclipsiationis & divisione penumbræ in binos quoque digitos estimandam, tum tempora meridiani Augustani per circulos horarios peculiares distinctissime repræsentavit.

Quo vero generalem quandam conspectum totius Ecliplos omniumque regionum ab Eclipsi utcunque affectarum daret, typum adjunxit; hinc projectionem aliam stereographiam, (que est modus secundus) in qua similiter ac in Manfredi-

psis Solis videnda sit, singulis solaribus deliquiis in Europa conspicuis Tabulam Geographicam adjicit, quæ per curvas quasdam lineas in ea ductas Eclipsis phases tota tellure describit ac Terrarum orbis obumbrationem monstrat: cuius methodi primam inventionem *Keplero*, perfectionem *Cassino* tribuit, „In ea, „inquit, Tellus consideratur tanquam e Solis centro visa, tempore vero conjunctionis, ejusque projectio in lunarem spharam transfertur. In hac projectione, cuius Semidiameter differtentia parallelium Solis ac Lunæ etiamnis est, Meridianus, Equator, circulus latitudinis Lunæ ac Paralleli debita Perspectivæ lege describuntur; tum lunaris Semita ad justum pro Luna latitudine intervallum congruantque cum circulo latitudinis inclinationem apparentem ducitur, eoque proximo loco hora Luna a Sole in horas ac minutas distinguitur, initio facto ex puncto ejus Semitis, quod tempore vero conjunctionis Luna occupat. Ex hac figura convenienti magnitudine descripta, solius circini adminiculo, tum pro locis singulis Eclipsis initium, finis, quantitas colligitur, tum universæ Telluris obscurationes limites; ac pro locis singulis obscurationis quantitates deducuntur, unde loca omnibus, quæ eandem phasim cernunt, geographicam deinde Tabulam referuntur. Eodem confilio apud nos Vir Cl. J. M. *Hafsius*, Augustanus, Facultatis Philosophice in Academia nostra Alesseoribus propediem adscribendus, typum phasium eclipsis Telluris A. 1715, exhibuit: quemadmodum mox apertius dicemus:

### URGE UND SUCCINCTE RELATION &c.

N. C.

**BREVIS ET SUCCINCTA EXPLICATIO DUA:**  
rum Tabularum Eclipsi Solis quæ A. 1715 die 3 Maii accidit;  
illustrantium, &c. Autore JAH. MATTHIA.

HASIO, A. V. Phil. Mag.

Eclipsi, litteris vidua Fleischerianæ, prostat apud Theophil. Georgi, 1716, 4.

Plag. 2<sup>1</sup>; Tab. 2n. 2.

No-

**P**ropositum est Cl. Autori, editis compluribus schematibus in duas Tabulas relatis non doctis solum, sed & iis, qui radios rerum Astronomicarum essent, inservire, eorumque menti & oculis quam distinctissime omnia, quæ in hujusmodi Eclipsiis, quatenus spectantur ut obnumbrationes ipsius telluris, contingant, exponere. Propterea que non uno solam modo phasæ Eclipsis præterit 1715 anni in ipsius terræ corpore apparentes proque diverso positi insipientis oculi variantes exhibet, sed tribus possimum.

Quorū primo oculus ponitur in Sole constitutus in discum telluris, spectatum tanquam partem plani ad eclipticam normalis, de spicere, viamque & transitum ipsum umbræ penumbræque lunaris per eundem contemplari. Adque estimandam motus hujus velocitatem semita umbræ & centri lunaris in horas earumque partes, quæ scilicet adiectæ dividuntur. Est autem hic modus idem casu projectione orthographica terræstriae sphære, cuius pro casu eclipsium constructionem præter inventorem Keplerum & Cassinum modo laudatum, etiam Flamstedius & Hircus (e quo totus hujus eclipsiæ calculus petitus) in Tabulis Astronomicis docuerunt. Et speciam quidem in ea Autor illa pars phasæ expressit, qualis eo tempore fuerat, cum centrum umbræ discum telluris ingrediebatur.

Sed cum precedente Eclipsi & umbra lunari, etiam phasæ regionum telluris propter revolutionem ejus circa axem perpetuo mutari contingat, ad designandas earum præcipuas, cum orthographica projectio minus commoda videretur, ob extrema in illa representatione admodum angusta, stereographice tum illam tum alias tres succedentes projectit, oculo usq; in Solis centro vel regione constituto. Inque illis projectionibus tum diversam magnitudinem eclipsiationis & divisione penumbræ in binos quosque digitos estimandam, tum tempora meridiani Augustani per circulos horarios peculiares distinctissime repræsentavit.

Quo vero generalem quendam conspectum totius Eclipsiæ omniumque regionum ab Eclipsi utcunque affectarum dare, typum adjunxit; sive projectionem aliam stereographiam, (quæ est modus secundus) in qua similiter ac in Manfredi-

una occultus ponitur verticaliter polo arctico immensus, hoc autem potissimum a Manfrediano differentem, quod non limites saltus locorum quibus aliquo modo Eclipsis visibilis fuerat, & viam centri umbras exhibeat, sed circumferentiam penumbræ lunaris totius pro quavis phasæ separatis describat, locumque præterea cui Sol quolibet tempore verticalis, & circuli illuminationis in terra his respondentis portiosem. Ex quorum ad eo continua processione, & penumbræ umbram cingentis progressu admodum perspicue oculis se ingerente, non solum quam distinctissimum successionis phasium formare licet conceptum, sed & limites portionis telluris ab Eclipsi uterunque affectæ facile deducantur. Horas iterum exhibet secundum loci, ubi tum ficerat Aator, Augustæ meridianum, quarum ope ex ipsa tabula patescere potest, quo tempore secundum meridianum Augustanum numerato qualibet phasæ Eclipsis cuivis loco acciderit, in proclivi etiam est cognoscere, quam horam quivis illorum locorum proportione sui meridiani habuerit, reliqua item omnia quæcumque in tali Eclipsi in considerationem veniunt. Tertius & ultimus modis repræsentandi hanc Eclipsin est prospektus ejusdem a latere accidentali, & quasi quedam sectio orthographica vel profilius ejusdem, in qua corpora telluris & luna in distantia & magnitudine proportionali & figura coni umbrosi in superficiem terrellæ incidentis delineatur, qualis eadem futura fuisset in ipso novilunio..

Ceterum in fine Autor promittit explicationem ubi forent omnium, quæ ad Typos ejusmodi eclipsium, ipsaque Eclipses, præsertim notabiliores A. 1716 cognoscendas pertinent, quam simul cum integro tractatu de projectionibus sphærarum & constructione mapparum se editurum, nuper admodum in sciographia ejusdem tractatus, in modum dissertationis Academicæ exarata, confirmavit.

## ESSAYS UPON SEVERAL SUBJECTS &amp;c.

h. e.

TEN.

**TENTAMINA DE DIVERSIS ARGUMEN-**  
**TISS, Autore RICHARDO BLACKMORE, Equite, Medic:**  
**Dōctore, & Collegio Coram Londinensis Socio:**

Vol. I.

Londini, ap. E. Curll &amp; J. Pemberton, 1716, 8.

Alph. I plāg. 7.

Quem semel iterāmque in his Actis latidavimus, Nobilissimus  
 Vir, Richardus Blackmore, eam, quam cu[m] pluribus Ma-  
 gnoz-Britanniz Medicis communem, inter paucos Poetas singu-  
 larem habet laudem pietatis cum ingenio & eruditione conjun-  
 ctz, his quidem tentaminibus non minus, quam operibus olim a  
 nobis A. MDCXCVI p. 224 & A. MDCC, p. 298 cum laude re-  
 censitis, publice tuetur. Estque Præfatio universo op[er]i præfixa  
 in hoc ipso occupata, ut, quæ ipsi hoc nomine a Libertinis scri-  
 pri fuerat, dicam vindicet, tothusque scriptionis rationem red-  
 dat. Tentamina ait se scribere necessaria ad seculi genium ac-  
 commodatione, quo fiat, ut plerique Lectores a prolixa & sys-  
 tematica ratione ita abhorreant, ut, qui scripto cuiquam nunc pro-  
 desse velit, eum vel invitum eam viam oporteat tenere, quæ non  
 prima statim fronte animos Lectorum ab opusculo reddat alic-  
 uos. Quare & ipse, et si probe persufus, plerosque in hoc lite-  
 rario fastidio non aliam nisi per fragmenta veluti hinc inde de-  
 ciptam colligere eruditio[n]em, a solida ac cohærente rerum co-  
 gnitione multum diversam, eam fibi scribendi rationem dele-  
 tam esse ait, ne prorsus, si quid possint ad publicam utilitatem  
 conferre lucubrationes suæ, eas hoc qualicunque fructu defrau-  
 daret. Neque tamen eadem illi fuit mens circa eum seculi no-  
 strigenium, qui omnia pietatis religionisque vestigia in scriptis,  
 quæ a Theologo non proficeantur, aut Theologici non sint  
 arguementi, adeo aversetur, ut & prioribus Viri doctissimi operi-  
 bus id portissimum critici datum fuerit, quod nimium subinde-  
 ad suggestus severitatem accessisse videretur, intempestivaque,  
 quam vocant, concionandi consuetudine Lectores ingeniosos  
 fatigaverit. Pietatem sane Poemata Epica antiqua spirare pu-  
 tatae talorū scilicet, qualis in eos scriptores cadebat, ut tanto magis

mirum sit, Christiano Poetæ id vitio verti, quando & ejusdem, quam profitetur, religionis vestigia ingenii sui operibus existere patitur, cum in paganis id  & laudeatur. Addit, adeo perditam esse inorum imprimis in patria sua perniciem, ut ea pessima quæque minetur, nisi certatim non Theologi modo, sed quisquis is sit, publice ei obviam procedat, videaturque tempore suo strenue abuti, qui ea tempestate, qua debebant redargui vixia, delectare, non prodesse querat scriptione sua. Nec sane carere magno fructu scripta hominis professione non Theologi pietatem spirantia, magis subinde in animum profatorum hominum penetratura, quod suspicione studii partium proprieque commodi carerant. Itaque non paenitere se profitetur, quod identidem in præcedentibus scriptis majore, quam ad delicatum libertinorum palatum sit, rigore atque calore sacra immiscuerit. Longe enim se abesse a non neminis, ejusque, quod mireris, Clerici sententia, qui inurbanum id in Oratore facio censuerit, si in suggestu auditoribus horrificis damnationis, inferni, ac ceterorum, que ad terrorem in sacris composta sunt, non minibus gravis esse velit: tam altas quippe radices ait egisse impietatem in hominum animis, ut, qui frigidis persuasionibus mortalibus, ingeniosis satyris, comediusque virtutis risui exponentibus, eam volit expugnare, ab iis autem abstinere, quibus calescunt animi, is videatur rupem sibilo, hostem gladiis micantibus quidem sed acie carentibus velle oppugnare. Hæc talia præfatus, de singulariis Teptaminibus hoc Volsiniae contentis singularia monet, rectius ipsa illorum recensione sigillata nobis quoque referenda. Primum illorum *de Natura & Constitutione Poëtos Epicæ* agit, studii apud Britanos, quod Autor in Præfatione observat, ante hos XL annos fere ignoti, cuius progressum ipse Cl. Blackmore Epico Poemate sub *Artburi* nomine edito promovit, quodque eodem fere tempore in Britannia amatores plures reperit, quo & Musica Britanorum a leviori ad sublimius genus sonorum elevata est, utroque studio æqualibus fere passibus incrementa capiente. Est vero *Epicum Poema*, secundum Autorem, non soli Aristotelis autoritati, sed sanis atque evidenter principiis rem omnem superstructum, *Historia probabilis*,

lis, miraculosa & figmentis ornata, operis magni momenti aut magna calamitatis a persona illustri vel suscepti vel tolerata, recitata Carmine, stylo sublimi scripto, ad delectandum & ad instruendum. Regnat vero in omni Poesi Heroica idonea imitatio veritatis historicæ, quanquam non necessarium sit, ut omnia in Epica Poeti gaudent historicæ certitudine, ut potius, si vel Livii vel Thucydidis Historiæ excellentissimo carmine & dictione maxime splendida in metrum transrenderentur, ex non magis Epico Poemati similia sint futuræ, quam si quis novellas Historicas relationes carmine Heroico conscriberet. Tanto magis vero ad Epicum Poemam constitwendum necessaria est resum carmine recitarum probabilitas, qua illud longe recedat a temeraria, quæ in Milesiis & Romanenibus fabulis olim & hodie usu venit, gustumque omnem veræ & cum ratione conjunctæ fictionis corrupit, quidlibet sine omni probabilitate audendi singulique licentia. Neque tamen exulare potest ab hac scriptione rō *Quæsitor*, vel divina operatione, vel insolita rerum a creatris genitaram novitatem animum veluti percellens & occupans, Epicum certe carmen mirum in modum ornans & a reliqua scriptione Poetica discernens, quo spectat ingeniola fictio, secundum ingenium Poeta, diversum vel Poetico calore, vel iudicosa elegantia magis excellens, ex quibus ille in Homero, hæc in Virgilio secundum Cl. autorem maxime est conspicua, introque tamen non acquisita, sed naturali ingenii temperiei debita. Neque alienum est a carmine Epico, ut præter allegoriorum dicendi genue, quod in universum sibi deposita hæc Poeta, ipse ille Vir illustris, cujas honori paagitur Pœma, typum ac personam referat moderni herois, cuius laudes hoc veluti sub velo adumbret Poeta, quo modo certum est Virgilium sub Aenea suo Augusti elegia cecinisse, & quo modo ipsum Cl. Blackmore in *Arbuto* suo Herorum Britannicæ modernorum virtutes in antiquis representasse, in his ipsis Actis observatum est A. 1696 p. 225. Quia tamen in re Noster libere Virgilium castigat, in exprimendis singularibus Augusti characteribus parum diligenter, & in representata Aeneæ adversus Didonem perfidia param laudis Heroi suo conciliarem. Ita quamvis Poeta ad alios simili

simil alludere possit, ipsum tamen Poema non nisi unam actionem, coherentibus reliquis circumstantiis apte exornatam, representare oportet, quo nomine posteriores duos Iliados libros pro superfluis habet, ad precipuum Operis argumentum non spectantibus. Neque tamen actionem heroicam tantum, sed & calamitatem quandam insignem personas illustris idoneum Epicis Poematis argumentum esse, quod in Praefatione ad paraphrasin Jobi poeticam Autor asseruerat, hic quoque defendit, contrariam persuacionem cœcerum Criticorum solis Iliados & Aeneidos exemplis hærentium, superstitioni acceptam referens. Sed insigne tamen aliquod & quod momentum habeat, Epicis Poematis competere argumentum, idque Episodiis apte inter se coherentibus nec facile a toto corpore Poematis divellendis, Disgressionibus non tamen illis mensuram excedentibus apte distinguendum, denique non mutilem, sed ad finem usque producendum, qui si deficiat, opus ipsum mutilem habendum esse, demonstrat Autor. Metricam porro dictio nem, necessariam, temporis exactam rationem minus necessariam judicat, mox & num bene, in carmine Epico Deus voluti ex machina in auxilium Herois veniens introducatur, disquirit, id omnino apte fieri censens, siquidem nihil aliud nisi celestis providentia circa totam rem occupatæ præsentissimus inflatus allegorica ratione pingatur, minus bene, si ipsa numina id, quod homines agere debebant, in se suscipere fingantur, qua occasione adversus Boilavium & Guilielnum Temple defendit, non peccari adversus maiestatem religionis Christianæ, si a Poeta Christiano Epico ex ipso, quibus ille imbutus est, rerum sacrarum notiones exornando quoque Carmini Epico, ut par est, adhibeantur. Certe omne Poema Epicum plenum esse vult Noster sanctioris morum doctrinæ, non interspersis tantum subinde gnomis ad morum regimen spectantibus, sed divino quasi quodam spiritu per totum opus regnante, ut nihil non Lectoribus sublimiores ideas, generosos affectus, servidos virtutum metus in animum inspiret, totaque adeo Fabula insignem quandam universo ambitu suo loquatur ad mores spectantem doctrinam. His omnibus addita comparatione carminis Epici cum Tragœdia, illiusque præ hac

hic demonstrata præstantia, ad Sectionem alteram progreditur, stylum Carminis Epici in ea delineaturus, ad quem sublimes conceptus, selectum verborum circa puritatem, proprietatem, masculam & a scemine luxuria prorsus alienam castitatem ac sublimitatem eorundem occupatum, egregium verborum ordinem, verbum spontaneum veluti ac per se fluentem seriem, medium inter inertem negligentiam ac scrupulosam anxianque solicitudinem in tota dictione, in figuris, in Metaphoris viam, quo neq; nimis puritatis affectatione stylus velut exsiccus & exsanguis reddatur, nec in Metaphoris nimis temeritas & ingenui petulantia luxurietur, denique eximium ciendorum affectuum artificium Cl. Autor non in elegantibus observationibus ubique sparsis requirit, quæ tamen nos servandas brevitatis memores hic præterimus. Appendix loco Nobilissimus Blaumore arbitrum sese in magna Criticorum, hinc pro antiquorum Poetarum, cum primis Homeri, illuc pro modernorum præstantia magna contentione decertantium, controversia offert, non immerito a modernis superstiosam Homeri venerationem in arte Poetica sub rationis examen vocatam esse, parvoerte jure, quo Philosophia Aristotelis Regina quondam mundi solio, quod dudum usurpaverat, deturbata est, sed ab utraque tamen parte studio τῆς ὑπόθεσεως præjudicatisque opinionibus nimium datum esse, eleganter ostendens. Sed videamus, quas tantas componere lites gñarus Focialis Pacis leges proponat. Patroni, jubet, modernæ Poeseos sine præiudiciis examinent Iliadem, nec, dum alii omnia in ea mirantur, & supplices velut deosculantur, plane studia in contraria currant. Antiquitatis Patroni, quæ defendi in Homero non possunt, ne defendunto : defectus in compositione fabulæ, propositione, Episodiis, a Rapino & aliis demonstratos, indecoram ac impiam Deorum representationem, αναπολόγητæ esse agnoscentio : frequentes repetitiones frigida cum stylo Scripturæ S. comparatione non excusant: characterum neglectum in Homero obvium, conciones equorum fluviorumque in Homero, ceteraque credulitatem omnem superantia non pro virtutibus Homeri venditanto : vicissim moderni Iliadi admirandam ingenii fertilitatem, vivacitatem, styliq;

sublimitatem ne deneganto: Homero honorem Epicis Poematis ab ipsis incunabulis statim ad eum gradum perfectionis, ad quem post eum nondum quisquam pervenit, perducti ne dubium reddunto: recentiorum opera, imprimis *Fenoloniis Telemaeobum*, opus, ut Cl. Autor monstrat, longe ab Epicis Poematis ratione diversum, multisque navis scatens, Iliadi ne præferuntur: sit Homerus non sine maculis & erroribus, maneat tamen Pater Epicæ Poeseos, ea felicitate in ea versatus, ut nemo ei hactenus præcelluerit, nemo deinceps in ea magnum operæ pretium facetus videatur, si ab ipsis exemplo nimium deviaverit, multo minus, si ab eo penitus secesserit. Eamvero procedendum est ad alterum tentamen hoc volumine contentum, *Essay upon Wit*, h. c. *Totamen de Ingenio*, sive ea mentis argutia, a qua ingeniosi vel faceti dicimur. Eam moderno seculo voluptatibus immergo adeo arridere vidit Autor, ut operæ pretiuin ipsis visuam sit in ejus naturam; usum atque abusum penitus inquirere. Est vero ingenium Autori nostro mentis nostra facultas aut aptitudo, qua frigidas alioquis sententias planasque ac simplices enunciationes eleganti ac inexpectata proponendi ratione velut exaltet & vivacitate donat: quam quidem animi facultatem eleganter comparat coquor, vulgares cibos condimento insolito gustui velut persuadenti, & artifici picto opere telz vel panno simplici inusitatum decus sceneranti, inque eo potissimum versari ostendit, quod cogitationem oratoris vel scriptoris, peregrino sed jucundo habitu induitam, novam Auditori apparere faciat & admirandam, et si ceteroquin ipsi non peregrinam. Originem ea debet imaginationi fertili, servide ac vivaci, magnus affluxu animalium spirituum instructe, quorum vigore ac celeritate imaginatio utens magna facilitate ingentem serum varietatem simul considerare & ex harum subito conspectu inter se facta comparatioe novum velut invenire ac componere habitum valet, quo vel notissima res magno Auditoris delectamento nova profus ac insolita videtur. Quod ipsum statim doceat, raro fertilitatem ingenii cum judicij exactitudine in una sede morari, hominesque ingeniosissimos fere semper eximia cogitare & loqui, longe alia videre, splendidis ingenui documentis

tis admirandos, miserandos prudentia practice insignibus defectibus. Mox & illud inde deducit, ingeniosissimos quoque ea ipsa cogitationum velocitate & imaginationis vivacitate facile dissolutissimos levissimosque fieri, affectibus actos & que fervidis, ac phantasie representationibus, a ratione non tatis instructos ad domandum affectus, ingenio tamen nimis pollentes quam ut eos impunes censere possint, plenisque velis adeo ad ingeniosam tendentes impietatem. Sphaeram ingenii & facetiarum inde eleganter describit Noster, nempe ubi legislatoris severitas finitur circa ea, quae vulgari adagio Praetor non curat, ibi genitam comicum fines imperii ordiri, inferioribus vite actionibus moribusque datum censorem, in vasto humanarum stoliditatem & minorum errorum campo late dominantem, circa incivilitatem morum, decori ac prudentia neglectum juri dicundae vacantem, & magnifico visitatoris officio in regionibus disciplinas severioris expertibus defungentem. Unde bene monetur, ingenuis & illas argutias facetiasque longe ab Epici Carninus, operis & Historici gravitate, longius a pulpiti & fuggetus sacri eloquentia divinore & remotas & removendas esse. Ceterum non plane nullas esse ingeniosae dictionis partes in corrigendis moribus humanis, Dialogo Eachardi adversus Th. Hobbesium, notissimo Michaelis de Cervantes libro, qui Don Quixote appellatur, recentissimisque in Britannia a summo ingeniosae argutiae magistro Richardo Steele hebdomadatim editis Satyricis scriptis, *Tatler* & *Spectator*, in exemplum productis evincit. Tum vero ad abusum faceti ingentii progreditur, quo illud ad Scepticatum in Sacris, ad obscenas Veneris libidines, ad levem in omnes societas hominum sese iungerendi pruritum adhibetur, cuius generis homines, quantumcunque inter alios videantur magna pollere gratia, non altiore tamen re vera sint loco, quam Musici, Comici, Saltatores, idque genus alii, soli delectationi nulli fructui aliorum servientes. Imprimis vero Theatralem licentiam severissime castigat, in Britannia ad eam impudentiana progressam, ut, nisi ab omnibus oppugnetur certatim, cum omnis honestatis ac virtutis interitu videatur conjuncta esse, ad quam proinde eliminandam consilia nonnulla suppeditat.

Clar. Autor. Sequitur vero hanc tractationem tertium hujus Voluminis Tentamen: *An Essay upon false Virtue*, h.e. *Tentamen de Virtute ficta*, sive spectris virtutum, quæ vulgo dicimus. Nempe, cum connata hominibus sit pravitas, neq; minus tamen naturalis ipsi sit conscientia pravitatis vindicem Deum sistentis terror, ut ab hoc se praeflarent liberos, neque tamen vim facerent infitæ malitiae suæ; duas fere invenere vias homines, alteram, qua externorum quorsundam rituum ceremoniarumque religione iratum numen placarent, alteram, que, qui ritus externos non sufficere intelligebant, specie quadam virtutum vestiti sibi ipsis oceloque imponere gestirent. Horum spuriæ virtutes non rectius quisquam detexerit, nisi, qui fines illarum perspectas habuerit, cum certum sit, in actionibus moralibus finem ac intentionem operantis utramque facere paginam, rectoque fine destitutas actiones, quantumvis optima specie blandientes, virtutum nomine prorsus esse indignas. Itaque Cl. Autor in exempla se- se diffundit: fucatarum virtutum, per plerasque humanarum actionum species eando, & quomodo soleat bonum in illis malo szepe fine eligi, commonistrando.. Præcipue famæ gloriæque desiderium, ceu primarium virtutum fictarum apud paganos, etiam apud complures Christianos, principium examinat, utque hic quidem affectus similes virtutibus producat effectus, quam longe tamen hi ipsi a veræ virtutis ratione sint remoti, ostendit. Tum vero, ut appareat unicuique fucus, non quales cunque virtutes, quibus forte aliquis superbiat, testium idoneorum loco habendas esse, quibus constet, virtuti nos esse deditos, sed explorato apud quemque vitio, quo potissimum trahatur, de opposito huic virtuti imprimis disquireandum esse, num hæc potius quam illud in vita hominis regnet, bene obseruat. Certum enim atque exploratum esse, id quod potissimum menti nostræ obversetur, quod frequentissime cogitemus, quod nos delectet maxime ac juvet, pro principio actionum nostrarum habendum esse, quod sine monitore in ea, quæ cunque agimus, influat, bona futura; si bonum eligamus, malum, si malum nobis sit usu receptissimum. Tandem Clar. Autor disquirit, num & ex virtutis operationes, quæ urgente imprimis pe-

poenit timore suscipiuntur, factis virtutibus sint accensendz, idque negat, siquidem ipsa gratia divina in nobis emendandis occupata, argumenta ad timorem excitandum composita soleat premittere, donec habitu pietatis pluribus actibus confirmato, actus boni non tanta amplius debeantur timori mali, quam amori & complacentiz boni, ut profecto timor Domini hac quoque ratione strictissime appellari queat initium sapientiz. Quartum Tentamen de immortalitate *Anima* agit, re in hac brevitate vitz præsenis considerata ita necessaria, ut, qui ejus deminuerit, vel temere eam negaverit, æterni nec reparandi dispendii hoc ipso periculum sciens incurrat. Neque vero in hoc Cl. Autoris discursu singulare aut novum quidquam deprehendimus. Demonstratur ea animæ nostræ a morte immunitas partim naturalibus argumentis a spirituali animæ natura, a delectationibus, quas ea ex rebus capit incorporeis, a communis consensu hominum in hanc sententiam naturali quadam προάρνησε pronorum, ab immortalitatis desiderio spud homines universali, idoneo proinde sensus naturalis argumento, cui non magis obstat exiguis contrarium vel sentientium vel desiderantium numerus, quam paucorum monstrorum visu, auditu, gustu vel aliis sensibus privatorum nativitas demonstrat, eos homini non esse naturales. Succedunt moralia argumenta a summa Bonitate, Sapientia, Justitia & Veritate Dëi petita, objectionesque eorum, qui animæ immortalitatem negant, breviter expendantur & refelluantur. Sed his, quæ vulgaria sunt, prætermis, accedamus nunc ad quintum Tentamen, quod est de Legibus Nature. Vedit enim Nobilissimus Autor, plerosque ex iis, qui fidei Christianæ nuncium remittunt, splendidoque Deistastum nomine le ornant, non alia id fecisse causa, quam quod excesso Christianismi jugo major videretur ipsis libertas affulgere scelerum, minorque obligatio incumbere pie recteque vivendi. Id vero cum pugnet cum ipso naturæ sensu, cumque religio Christiana nova quidem credenda, sed non nova agenda homini præscribat, adeo ut observante Cl. Autore Scriptura S. in commendanda easilitate, temperantia, justitia, misericordie, nunquam defiaitiones harum virtutum suppeditet, sed, quali-

Clar. Autor. Sequitur vero haec tractationem tertium hujus Voluminis Tentamen : *An Essay upon false Virtue, h.e. Tentamen de Virtute ficta, sive spectris virtutum, quæ vulgo dicimus.* Nempe, cum connata hominibus sit prævitas, neq; minus tamen naturalis ipsi sit conscientia prævitatis vindicem Deum fistentis terror, ut ab hoc se præstarent liberos, neque tamen vim facerent infitæ malitiæ suæ; duas fere invenere vias homines, alteram, qua externorum quorundam rituum ceremoniarumque religione iratum numen placarent, alteram, qua, qui ritus externos non sufficere intelligebant, specie quadam virtutum vestiti sibi ipsis cœloque imponere gestarent. Horum spuriæ virtutes non rectius quisquam detexerit, nisi, qui fines illarum perspectas habuerit, cum certum sit, in actionibus moralibus finem ac intentionem operantis utramque facere paginam, rectoque fine destitutas actiones, quantumvis optima specie blandientes, virtutum nomine prorsus esse indignas. Itaque Cl. Autor in exempla se se diffundit: fucatarum virtutum, per plerasque humanarum actionum species eando, & quomodo soleat bonum in illis malo szepe fine eligi, commonstrando. Præcipue famæ gloriæque desiderium, ceu primarium virtutum fictarum apud paganos, etiam apud complures Christianos, principium examinat, utque hic quidem affectus similes virtutibus producat effectus, quam longe tamen hi ipsi a veræ virtutis ratione sint remoti, ostendit. Tum vero, ut appareat unicuique fucus, non quales cunque virtutes, quibus forte aliquis superbiat, testium idoneorum loco habendas esse, quibus consistet, virtuti nos esse deditos, sed explorato apud quemque vitio, quo potissimum trahatur, de opposito huic virtuti imprimis disquirendum esse, num hæc potius quam illud in vita hominis regnet, bene obseruat. Certum enim atque exploratum esse, id quod potissimum menti nostræ obversetur, quod frequentissime cogitemus, quod nos delectet maxime ac juvet, pro principio actionum nostrarum habendum esse, quod sine monitore in ea, quæ cunque agimus, inflat, bona fatura; si bonum oligamus, mala, si malum nobis sit usu receptissimum. Tandem Clar. Autor disquirit, nam & ex virtutis operationes, quæ urgente imprimis pec-

poenit timore suscipiuntur, factis virtutibus sint accensendæ, id-  
que negat, siquidem ipsa gratia divina in nobis emendandis oc-  
cupata, argumenta ad timorem excitandum composita soleat  
præmittere, donec habitu pietatis pluribus actibus confirmato,  
actus boni non tana amplius debeantur timori mali, quam  
amori & complacentie boni, ut profecto timor Domini hac  
quoque ratione stricissime appellari queat initium sapientie.  
Quatum Tentamen de immortalitate Anima agit, re in hac bre-  
vitate vitæ præsentis considerata ita necessaria, ut, qui ejus de-  
meminerit, vel temere eam negaverit, æterni nec reparandi di-  
spendii hoc ipso periculum sciens incurrat. Neque vero in hoc  
Cl. Autoris discursu singulare aut novum quidquam deprehen-  
dimus. Démonstratur ea animæ nostræ a morte immunitas  
partim naturalibus argumentis a spirituali animæ natura, a de-  
lectionibus, quas ea ex rebus capit incorporeis, a communi  
consensu hominum in hanc sententiam naturali quadam προ-  
λήψει pronorum, ab immortalitatis desiderio apud homines uni-  
versali, idoneo proinde sensus naturalis argumento, cui non  
magis obstat exiguis contrarium vel sentientium vel desideran-  
tium numerus, quam paucorum monstrorum visu, auditu, gu-  
stu vel aliis sensibus privatorum nativitas demonstret, eos homi-  
ni non esse naturales. Succedunt moralia argumenta a summa  
Bonitate, Sapientia, Justitia & Veritate Dëi petita, objectiones  
que eorum, qui animæ immortalitatem negant, breviter expen-  
duntur & refelluntur. Sed his, quæ vulgaria sunt, prætermi-  
ssis, accedamus nunc ad quintum Tentamen, quod est de Legi-  
bus Naturæ. Vedit enim Nobilissimus Autor, plerosque ex iis,  
qui fidei Christianæ nuncium remittunt, splendidoque Deista-  
rum nomine se ornant, non alta id fecisse causa, quam, quod ex-  
cuso Christianilani jugo major videretur ipsis libertas affulgere  
scelerum, minorque obligatio incumbere pie recteque vivendi.  
Id vero cum pugnet cum ipso naturæ sensu, cumque religio  
Christianæ nova quidem credenda, sed non nova agenda homi-  
ni præscribat, adeo ut observante Cl. Autore Scriptura S. in  
commendanda castitate, temperantia, justitia, misericordia,  
nunquam definitiones harum virtutum suppeditet, sed, quasi

tas a natura cognitas a nominasse sufficeret, solum in eo laboraverit, ut eas hominibus persuaderet, inde nata est Viro docto hæc de legibus Naturæ Dissertatio. Dari vero ejusmodi Naturæ leges antecedentes ante omnes Leges humanas, docet ipse animæ nostræ sensus, in quibusdam lege humana nulla vel mandatis vel vetitis, illis quidem internata delectationem, his internam accusationem terroresq; nobis proponens, quod in iis etiam fiat, quæ sub humani judicis examen non cadunt, secretissimis nempe cogitationibus nostris. Hæc vero a summo Legislatore non possunt non deduci, a cuius Lege & beneplacito solo actionum moralem vel bonitatem vel pravitatem petendam esse, Vir doctus existimat, intrinsecam illam, quæ vocatur moralitatem concipere se non posse professus. Obligatio Legum istarum a supremo Dei in nos dominii jure penderit, promulgatio non alia ratione, nisi per ipsam hominis rationem facta est, quæ ex contemplatione diversarum, quibus homo ad Deum, ad semet ipsum & ad alios homines certam ~~ex~~<sup>o</sup> fidei habet, relationum, officiorum suorum cum illis nexum evidentem percipit, detegit, sentit. Hoc igitur modo officia erga Deum naturali nexu ex conceptu creationis nostræ deducit, quæ quidem hominem convincit, creaturem factori suo benignissimo debere verum de eo sensum, rectum ejusdem cultum, animum omnia ad ejus gloriam referentem. Eadem res fundamentum est omnium adversus nosmet ipsos officiorum, qui creati sumus a Deo hocque ipso obligati tam benigni erga nos numinis voluntate, ad desideranda & prosequenda omnia, quæ nostræ naturæ fiat convenientia, ei-que valeant conducere, quæque suo ordine, qui summum bonum in Deo positum, primo collocabit loco, tum cetera, quæ vel ad animi culturam, vel conscientie quietem, vel corporis conservationem spectant, succenturiabit. Sed & nostra erga alios officia ex eadem Dei Creatoris erga nos pariter atque illos bonitate fluunt, quæ quidem nos certo convincit, eum, qui omnibus bene velit, non alios etiam homines velle, nisi, qui & ipsi sibi invicem bene cupiant ac alterius bonum promovere audeant, quæ est omnium, quæ aliis debemus, summa. Tandem ad extremum progredimur Tentamen, quod est de Origine

*et civili. Post scriptum.* Eam acceptam refert Autor noster Legi naturali non scriptae, quæ hominem, *ζων πολιτων*, ad obtinendam felicitatem, quam singuli querentibus, sociates civiles in ire jussit, iisque regendis civilem potestatem necessariam reddidit eis ejusdem administranda rationem, vel Monarchicam, vel Aristocraticam, vel Democraticam, liberam reliquit, ex quibus semel electa forma hac illave, hæc ipsa Lex divina, quæ homines in Societas jubet coire, omnes certæ illi societati addictos necessario obliget ad prestandam illi, qui sceptra seu potestatem civilem tenet, obedientiam. Neque ergo a patriarchali autoritate, neque a populo, singulorum ius defensionis sui in unum conserente, defucendam eam esse existimat, sed, cum in universo orbis non alius sit summus Regnator, nisi Deus, omnem in hujus Regni diversis regionibus regnandi potestatem a nomine alio, nisi a Deo accipi posse commonistrat. Cui rei non obstat, quod a civibus quandoque elegantur illi, qui magistratum gerunt, qui non aliiud hic agunt quidquam, nisi quod persona denominetur, *ius illud non a populo*, sed a summo Deo acceptum administratione, cuius juris veluti instrumentum ac magna charta sit ille ipse naturæ ad constituentes Societas civiles, siquidem felicitas publica sit obtinenda, constans impulsus vim habens Legis divinit. Inde ergo & potestatum supremarum, quæ perpetuo recordari debeant, non nisi delegatum a Deo se tenere Imperium, & civium erga *rebus in ipsis* officia, quibus divinis Imperii vicibus, quas gerunt, venerari competit, bene & accurate ab Autore demonstrantur.. De altero Volumine dicimus proxime in Actis.

### A DISCOURSE OF DRINKING HEALTH &c.

i. e.

**DISSERTATIO DE MORE BIBENDI IN SANCTUM ALBERTUS; quo & magis inalescentis illius consuetudinis detrimentum offenditur, & obligatio, qua omnes boni Christiani renemur, ut illum, quantum possint, supprimant & cobibant;** Autore PETRO Episcopo Corcagiensi & Roffensi in Hibernia.

Tom.

Londini, apud H. Clements, 1716, 8.

## Plag. 14.

**P**lerique hactenus, qui Theologiz morum præcepta explicarent, morem bibendi in salutem aliorum certis limitibus circumscriptum non improbarunt. Nec quisquam fere e nostratis qui eum impugnaverit, succurrat præter J Ctum illum, cuius mentionem facit B. Spenerus Respons. Theol. P. II p. 483. Sed eandem fere cum hoc sententiam Noster anplexus esse videtur. Enimvero, quod ad hujus libelli autorem somme Rev. Petrum Browne attinet, is non tantum (quod ægredere crederetur, tot pocula in memoriam Wilhelmi Regis absorberi) acriter in hunc morem pro concione invehebatur A. 1713, qui sermo prodit Londini 1715 hoc titulo: *Of Drinking in remembrance of the Dead, being a Substance of a Discourse deliver'd to the Clergy of the Diocese of Cork on the 4 of Nov. 1713, verum & cum adversarios illo sermone provocasset, scatentiam tueri eodem anno 1715 annifus est, editis paucis plagulis sub tit. A second part of Drinking in remembrance of the Dead, wherein the most material Objections made against the first Part are answered.* At cuin nihil magis eo apud prudentiores proficeret, omnem bibendi in alterius sanitatem ritum impugnare hoc, quod exhibemus, opusculo instituit. Remotis in Præfatione præjudiciis, quæ tractationi de hac materia adversa videri poterant, Discursum suum in duas partes dividit; quarum priori disquirit, an in ipsa natura moris illius aliquid malum vel peccati sit, posteriori, an, si concedatur, quod natura sua ille plane sit indifferens, non tamen nihilominus omnibus bonis Christianis, & præcipue Clero incumbat, ut non solum ipsi illo abstineant, sed etiam aliis eundem dissuadeant, & e medio plane tollant. Ut vero eo clarius atque distinctius in parte priori procedat, principio quidem variis casus, quibus poculum sanitatis propinetur in Anglia, considerat. Primum nempe, quando quis in salutem alterius, vel felicem rei successum bibens, sibi met ipsi mala imprecetur, si non siucre cogitet, quod loquatur; secundo, cum in exsecurationem aliorum bibit; tertio cum copotatio sit in memoriam & honorem amicorum absentium; quarto cum aliis salutem, vel rebus bonum successum appreti-

cya-

eyathos exhaustiorint; quinto cum bibitur in signum sinceræ erga aliquem voluntatis, vel approbationis rei cuiusdam; sexto cum quis bibendo fidelitatem suam erga Regem vel magistratum declarat. His vero omnibus casibus poculum sanitatis illicitum esse, singulis simul capitibus probare conatur. Nos saltem, ne fines nostros transeamus, quæ circa tertium & quartum animadvertisit, recensebimus. Compostationem ergo, quæ fit in honorem absentium, ex eo dinnat, quod ad sacrae Cœnæ ritum quoadammodo accedat, qua bibatur in memoriam Christi absentis, & in cœlo viventis, atque adeo simul sacramentum illud more isto profanetur, quemadmodum in V. T. is, qui compositionem sacri olei & suffitus imitatus, & extra templum illa usus fuerit, præceptum divinum violaverit. Atque inde etiam rejicit consuetudinem, qua in gloriosam & immortalem Regis vel Principis demortui memoriam pocula hanxiuntur. Ino utramque etiam ex eo repudiat, quod a gentilibus ortum trahat. Hos enim pro honore & memoria tam Deorum & heroum, quam amicorum absentium bibisse, a Stucki Antiqu. Conviv. Ursino de Tricliniis Vet. Pitisci Lex. Antiqu. aliisque probat. Quod vero institutio sacrae Cœnæ abusus illos gentilium, ad impietatem & idololatriam facientes, aboleverit, & ad cultum veri Dei restrinxerit, plane existimat. Præterea in universum de more illo bibendi in salutem sive presentiam, sive absentium, ut & in felicem rerum successum, probare nititur, eum, quemadmodum apud gentiles in usu fuerit (a quibus illum ad Christianos derivatum eoque a Patribus aliquaque viris bonis damnatum fuisse putata) preces quoque involvere, hasq; adeo simul etiam profanari. Cap. VII & VIII objectionibus quibusdam, e poculo charitatis sive gratiarum actionis, & sacrae Cœnæ peritis, satisfacere annuntiatur. Parte posteriori Cap. I ostendit, quod non nisi actio mere naturalis sit indifferens. Cap. II exponit peccata, quibus consuetudo illa ortum & occasionem præbuerit, eoque inter alia refert formulam, qua in Anglia aliquando nonnulli plagam, pestem & famem, bellum, cædem & mortem subitam omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Sacerdotibus atque Diaconis, eorumque cotibus, si in gloriosam Wilhelmi Regis memoriam bibere

abnuerent, in compotationibus suis imprecati sunt, quam propinandirationem *Litanie Health* appellarunt. Cap. III inculcat, morem illum ebrietatem parere, soque nonnullos etiam praeter opinionem ad intemperantiam duci; qui, licet ab ebrietate absint, attramen nec Deo probari, nec probi virtutis notam tueri possint. Cap. IV & V objectionibus e Rom. IV, 15, *Ubi non est lex, ibi nulla transgressio*; & i Cor. X, 29, *Cum libertas judicatur ab alia conscientia?* & Cap. VI denique oeteris objectionibus respondet.

**DISSERTATIO DE DEA SALUTE, IN QUA ILlus Symbola, Templa, Statua, Numi, Inscriptiones, exhibentur, illustrantur; Autore GUIL HELMO MUSGRAVE, G. F. e Collegio Exonienſi.**

Oxonii, impensis Phil. Yeo, Bibliopolæ Exon. 1716, 4.

Pl. g. 6.

**E**anno est seculi nostri felicitas, ut quicquid tenebris & vetustatis & qualore obsitum & sepultum olim fuit, nunc ornetur, hinc exponatur, inque publicum protrahetur. Nihil sane antiquitas adeo abscondidit, quia eruditissimorum hominum diligentia pervestigetur & excutiatur clarissime. Sed igitur laude clarissimus hujus opusculi Autor fruatur, qui ex intimis Graecæ & Romanæ antiquitatis intestinis Salutis memoriam repetit & renovavit. Cum enim Febris, Pedagras, aliorumque morborum, quos divinis superstitione affecit honoribus, memoria doctorum hominum scriptis fuerit celebrata; iniquum sane duxit, Salutem, quam tot precibus & votis homines fibi exoptant, dum a mortalibus esse neglectam & quasi Deorum Dearumque numero exclusam & doctorum hominum memoriae exceptam. pp. 2 & seq. Posteaquam igitur doctissimus Vir veterum Graecorum & Laci norum scriptorum verba recensuit, quibus Salutem laudare & extollere consueverunt, docet, cuiusvis Deorum Dearumque ordini Salus fuerit adscripta, eamque Medioxamuis suffit animum ratem pronunciat. Salus igitur aut Sanitas, quam Graci uies vel uies appellaverunt, Escalapū ex Epione, Suida teste, filia, anguem, boni felicisque augurii symbolum, ideoque omnium sere.

fere Deorum comitem, præcipue autem Aesculapio sacrum, accepit symbolum, quia *angues*, Chartario teste, apud vetores Santi-tatis signa erant, nam sicut *angues* veteris positis exuviis innovansur, ita & homines sanitati recuperata restaurari quodammodo videntur. Inter Romanos publice & præcipue Salutem cultam esse, Livius testatur, dum Aedem Salutis a C. Junio Bubulco Cen-sore locatam esse commemorat. Aedem vero haec in regione urbis Romæ ferta, in colle videlicet Quirinali ejusque colle par-ticulari, qui a Salutis æde dictus fuerit salutaris, constitutam fuisse, ex Plinio aliisque Antiquarius noster doctissimus abunde comprobavit. Nec Romæ haec substituit religio, sed in Græcia quoque Salutis Deæ divinos honores fuisse decretos, constat. Si enim modo soli, sub nomine Hygiæ, aut Minervæ, aut Miner-væ Medicæ, modo una cum patre suo, Aesculapio, quia Qæc οὐαβώνει ipsos credebat antiquitas, statuas Athénæ, Megaræ, Corinthi, erectos fuisse, ex Paulania, Plutarcho & aliis Cl. Autqr exposuit. Nec numos Hygiæ nomine inscriptos Vir eruditissimus sua investigatione intactos reliquit, sed eos duobus ordinibus, quorum alter numos Deæ effigiem exprimentes, alter eosdem sub aliquo signo sive symbolo Deæ cultum indicantes continet, studiose collectos sollicite & pro ingenii felicitate dexterrime explicat, tandemque inscriptionibus quibusdam in Deæ Salutis honorem confectis, quas Reinesius & Gruterus ipsi suppedita-runt, expositis opusculum concludit.

**DISSERTATIO SATYRICA, PHYSICO-ME-dico-Moralis, de Picanafi, sive Tabaci Sternutatorii moder-no abusu & noxa; Autore JOANNE HENRICO COHAUSEN, Hildesieni, M. D.**

Amstelodami, apud Joannem Oesterwyk, 1716, 8.

Plag. 13.

**D**ica depravatum in schola Medica, imo aliquando brutalem appetitum denotat, cum quis insigni voluptate & desiderio in res & p. absurdissimas fertur, sub quo & gustus & odoratus, semper tamen phantasia afficitur & laborat, cui raro etiam

E 2

pessimum id est sub specie boni, jucundi aut utilis repräsentantur. Non inepte igitur perpetuum illum pulveris Tabaci sternutatorii appetitum Picam nasi appellari, existimat Autor clarissimus, cuius *Novum Lumen Phosphoris accensum* Mense Februario hujus anni 1718 p. 60 relatum dedimus. De hac in præsenti

- P.L. §. I. Dissertatione agens modernum Tabaci sternutatorii abusum & noxas duabus delineat Partibus, illumque definit, quod sit inordinata citra necessitatem & nulla habita temporis aut loci ratione sub vario saxe prætextu tabaci sternutatorii naribus ingredi cupiditas, utriusque sexui hodie communis, & difficulter, 2. ubi semel invaluerit, curabilis, Antequam Nicotianam orbis Europæus conspexerat, nostrates herbe cephalicæ aciores pulveribus ptarmicis materiali præbebant, quæ subtili & volatili sale & ductus narum aperirent, & impacti muci coagula resolvebant, suaque acrimonia fibras irritantes violentum sternutationis motum ad remoras istas excutiendas concitarent. Invento autem a Columbus novo Orbe, forsitan nautæ & milites & assidens verna tremibus casu experti sunt, Nicotianæ foliorum in navi reconditorum exspirantem pulvisculum naribus exceptum excitare sternutationes, quibus & mucosa adduceretur illuvies & sub humidiori frigidiorique aura caput levaretur. Hocque experimentum ad Hispanos, Anglos, Batavos, denum & ad Italos, Gallos & Germanos, aliasque Nationes provolavit sat celeri cursu, in usum prius utilem, mox in supervacuum, tandem etiam in voluptuosum abiens. Ita nempe jam tum inoluit mos ille novus nasales prensandi pulveres, ut hodie apud innumeros illo nihil sit antiquius, quos tamen nec invitat utilitas, nec cogit necessitas, solius nempe consuetudinis imperio obsecundantes.
5. Ejus usus per omnes hodie status passim obvius & familiaris est; circumferunt istum Principes non minus & Politici, sapientizque studiofi, ac rustici, & infimæ plebis homines in capsulis & pyxidibus variaz formæ variisque pretijs ita ut hæc affectatæ novitatis vanitas etiam ad foeminas transferit. Nec vero desunt cauæ, quæ Pica nasi infatuati prætendere solent. Sunt enim, qui pulvere illo atras cerebelli fuligines dissipari, melancholizæ nebulas difflari, & capiti serenitatem conciliari putant. Alii ad-
- de-

depellendos ex encephalo catarrhos, quos ex vapore debilioris stomachi sursum elato genitos in pectus depluere & phthiseos metum sibi incutere conqueruntur, eundem adhibent. Alii oculorum aciem isto acuere, spiritus excitare alii, corporisque languorem profligare volunt. Juvenes sub civilitatis praetextu pyxidem manibus continuo versant; Medici Tabaci pulvrae nares defrictant, ne fetida ægrorum anima eas oppugnet; Feminæ non abhorrent ab isto, ne seculi moderni genium moresque negligere videantur. Et quando pilule clysteresque septis repetiti materiam catarrhofacient evacuare nesciunt, per breviores has vias eandem excernere allaborant quidam. Non autem immoderatus solum sed & intempestivus Tabaci usus saturatur. Nullum enim diei aut noctis, neque etiam ullum anni tempus excusat a sumptione Tabaci; nasum enim & æstuantes farciunt & algentem. Non satis est in lecto, in templo, in foro & plateis, inter pocula indulgere narium appetitui, etiam in menla, dum os & dentes & œsophagus & stomachus laborant, & primæ digestionis muneri vacant, pyxis locatur tabecaria, ejusque pulvisculus, velut condimentum & belliorum omnium longe maximum, non semel capit. Ut immensa pulveris tabacini dispendia taceamus, multæ ejusdantur species. Postquam enim quibusdam perspecta fuerat Tabaci Hispanici levissimi noxa, feriari tamen nares renuerunt, de ejusdem correctoribus & mangoniis cogitare coepit, variaque praxi que sunt gratis, tum pro lenocinio narium, tum pro numerorum aucupio. Lusitanæ ex Nicotianæ nigre optimæ foliis mittit pulverem coloris ex citrino viridescentis, Hispanico nonnihil correctiore, quod aqua rostatum facta maceratio detrahens scribaniz. Inter Hispanicos tamen pro optimo habetur, quem mittit Havana & Sevilia. Hispani Dala Vana appellant, quo censuavisissimo maxime delectantur. Quo minus autem levitate atque tenuitate sua isti pulveres molestiam creent, Tridenti, Bononiz atque Venetiis in miniora granulis compinguntur, quæ porro ad majorem gratiam oleo de Cedro, Jalmino, & quod Pergamotte vocant, inficitur, ut naturalis herbas fæctor occultetur. Qui in Galliæ de S. Dominique audit, etiam

§. 7.

8.

9.

lotus & granulatus multorum nasis blanditur. Augusta Taurinorum aurantiorum & rosmarini flores Nicotianæ jungit grato coniubio. Helveti ex variarum radicum herbarumque miscela pulvorem construunt naribus stillantibus phlegmagogum. Colonia Agrippina offert ex Domo, ceu vocant, rubra Nicotiana sternutatoriam oleo lavendulæ non ingrato imbutam. Scaphifia Comitis Maximiliani pulvrem nasalem ex peto Virgineo paratum, & ob majoranæ, lavendulæ & rosmarini flores, ut & lignum rhodium iresque Florentinæ radicem admixta ad modum suavem, ceteris præfert. Gallia suam jactat Tabac de Jasmin, Tabac musqué, &c. Ex his elige, quem velis, omnes abuso sunt noxiæ. Pergendum enim nunc ad noxæ est, que ab-

- P. N.S. 1. usum sequuntur. Odoratus potissimum in mukis valde immittitur, in pluribus tollitur. Tubuli namque nervi narium, ab ejus acrimonia perpetim vellicati, corrugati & crispati, tandem penitus obstruuntur, lympha naturaliter blanda ex narium glandulis exstillans membranamque internam humectans odoratumque facilitans exsiccatur, atque succelu temporis sensibilis membrana omnino occalloscit, unde, nisi odoratus tantum non penitus omnis aboleatur, specifica saltem vis Tabaci amatores fugit. Ad hæc vocis gratia inde perit, Tabaco nimis sternutatorio nigrum adiusti plerumque nares ad radicem adstrictas habent, aut saltem se habere imaginantur, unde impositam sibi putant pulveris hujus sumandi perpetuan necessitatem, que ille divellat repagula. Rara tamen inde fit solatio, quam non major. constrictio breviter sequatur, pulviculo impræmis ibi restringante, maxime si intra cerebrum acrior materia slabuletur; hinc de nare loqui coguntur. Id interim beneficij Tabacophili reportant, quod, cum alias nasiæ ne quidem minimam Nicotianæ portionem tolerare queat absque motu convulsivo, noxio, periculoso, imo sape lethali, hi vicissim ejus abusu illum continuo irritatum, copiosioris lymphæ affluxu rigatum, & corrugatum imo callo abductum obtineant, quem jam impune quæcumque Tabaci acrimonia possit laceſſere. Oculi nibil omniās multum patiuntur a Nicotiana, quæ viscosum humorem ad nervos opticos prolicit. Nec immunes sunt aures, quod irritatis a Tabaco
- nec.

nervæ narium tunice fibris spiritus animales in nervos paris  
 quinti explosi non tantum diaphragma & thoracis musculos ad-  
 crebras validasque sternutaciones contrahant, sed & violentius  
 in nervum acusticum illapfi aerem auris interiorem ita com-  
 moveant, ut tympanum nimis dilatatum flaccidumque reddi-  
 tum auditum plane aboleat. Esto autem, non omnibus, imo  
 vix paucis inde hebescere vel oculos, vel aures, sufficit, magna  
 & longe nobiliora sunt viscera, quibus virulentiam suam afficeret  
 Nicotiana. Cerebro enim quod subjacet, scribriforine spon-  
 giosum, atque cartilago narium summa pulveris sternutatoris  
 usu nimio aliquando vitiatur, conficiturque adeo, ut nafo  
 injectus pulvis recto tramite in cerebri membranam queat pe-  
 netrare; ex quo quæ pericula valeant imminent, nemo non vi-  
 det. Et continuata ejus attractio impetuosior seri ad fauces &  
 pectus fluxum in iis, qui delicato sunt thidrace, concitat magis  
 quam avertit. Subtilissimus imprimis Tabaci Hispanici, eo  
 casu nocentissimi, pulvis fugacitate sua ad larynxem penetrat,  
 ibique adhaerens insitum loci Archeum custodem corruptit, &  
 uberiorem laticis colliquationem ac exundationem ciet. Mole-  
 riis equidem summis evenit laudibus Tabaco utendi coniunctu-  
 dinem; sed notum est, nil adeo male aut bene agi, quod Archimidis non fiat Comœdia argumentum, ut novitate quadam sus-  
 pendant & delectent spectatores. Caveant potius adolescentes, imprimis studiosi, ne hoc fermento corruptantur, quod se-  
 mel adminissum vix pellitur. Caveant corporis aridioris senes  
 abeo, nisi magis exsiccare cupiant corpus, atque paralyfin, me-  
 moriam debilem, cerebri exsiccationem majorem, obtusionem  
 oculorum, auditus hebetationem, symptomata huic etati familiaria,  
 accersere vel augere velint. Qui tamen frigidioris sunt  
 naturæ, pituitosaque sanguinis constitutione gaudent senes, a  
 moderatione Tabaci usu male se nos habebunt. Sexeti vero  
 feminino inutilis & probrosa est pulvereum sternutatorium su-  
 mendi consuetudo, utpote quo perdat, qua estimatur, pulcritudo.  
 Multo minus feminas fumum Tabaci per fistulam ore-  
 baurire decet, quia hic dentium candorem corruptit, animam  
 reddit fastidem & oculorum lacrymas prorit. Permiti ta-

men hoc ipsum eis potest ad furorem uterum compescendum, & ut relaxatis suino oris repagulis irrequia lingua saltem eo tempore stringatur. Fumet foemina, quæcunque mobilior ventis est, sed simul capiat aptum voluptati symbolum, Tabaci fumum. Fumet, quæcunque assidue speculo adstat formæ sue arbitro, & in suuo cernat mortalitatis imaginem.

**TRACTATUS HISTORICO-GEOGRAPHICUS, QUO  
Ulyssem & Ouitinum unum eundemque esse ostenditur. & ex  
collatis inter se Odysea Homeri, & Edda Islandica Home-  
rizonte Ouitini, fraudes deteguntur, ac detracita larva  
in lucem protrahitur Ulysses ; Autore  
JONA RAMO.**

Hafniæ, apud Jo. Christ. Rothium, 1716, 8.

Plag. II.

**Q**uem heic producimus librum, is primum A. 1701 editus, & mole quidem sua admodum exiguis est, multum ta- men rei abstruse & recondite antiquitatis complectitur. Nam duo vetustissima historiarum monumenta, Græcorum scilicet Odysea ab Homero descripta, & Islandorum Edda, quam a Sæ- mundo Frode collectam Sturlæsonius promulgavit, a Cl. Au- tore diligentius evolvuntur, & Græcorum Ulyssem cum Arcto- gentis Ouitio unum ac eundem suisse, perquam ingeniose os- duntur. Initio & Capite statim I Cl. Autor contra eos, qui Ho- merum fabularum inventorem clamitant, & mendaciorum pa- trem appellant, gravissime disputat, eaufamque hujus rei ad in- terpretum vulgus antiquitatis haud satis peritum devolvit, qui, pro suo quilibet ingenio, in varias Homeri oracula distracterint partes, & quod nec ipse unquam Homerus carminibus suis attri- buerit, ex iisdem vanissimo conatu elicere aggressi sint. Propter- ea immane quantum ab Homericis narrationibus abire ipsi vi- dentur, qui Ulyssis errores, quos Homerus carmine descripsit, ad Italiam, Siciliam, & nescio quas aliæ Maris mediterraneæ in- sulas referunt, cum potius certiora longinquæ hujus peregrina- tiois vestigia in locis ab Ulyssis patria remotioribus Strabonis,

Soli-

Selini & Taciti exemplo querere fas sit. Atque ea in ultimis Septentrionis regionibus, quas Ouitus pervagatus est, Cl. Autor se invenisse existimat, qui etiam, ut vulgarem, & ab omnibus fere receptam de Ulyssis itineribus opinionem eo fortius impugnat, varia ~~ασύνταγμα~~ ~~άποτα~~ ex eorum sententia deducit, qui Cyclopum terram, Thrinaciam, & Læstrigones Siciliæ, Mæolian Insulis Vulcaniis, Circen-Cimmeriis, & Sirenes Italiz, Scyllam & Charybdim freto Siculo, Ogygiam Mari mediterraneo, & Phœacum terram Corcyrais adscribunt. Cap. II Ulyssem se in sua peregrinatione Ouitus appellasse, ex Homero demonstratur, quærent enim de ipsis nomine Polyphemus respondet:

*Ouitis εἷμοργ' ὄνομα εἴθι, Οὐτιν δὲ με κακλήσκει*

*Μῆτης ήδε πατέρης, οὐδὲ αὖτος πάντος ἔταιρος.*

In quo Giphanius, aliique interpres Autoris judicio egregie falluntur, qui ita vertunt: *Nemo mibi nomen est, neminem enim vocari mater, atque pater, atque omnes socii.* Si enim *ἔτις* reddi deberet nemo, Ulysses utique in accusativo *ἔτινα*, non *ἔτιν* dicere debuisset. Et quamvis Giphanio favere videatur, quod Polyphemus paulo post coram vicinis suis conqueritur:

*Ω φίλοι, οὐτις με κτείνει δώλω, οὐ δὲ βούφη,*

quod ita interpretatur Giphanius: *Amici! nemo me interfecit dole, neque viribus; attamen utrobique & in voce οὐτις, & δὲ insignis iterum error committitur.* Non enim scribendum hic *δὲ* neque, sed duabus vocibus separatis positis *δὲ* non vero, ut sensus sit: *Ouitis me affixit dolo, non vero viribus.* Quæ interpretatio cum reliquis, quæ hæc circumstant, omnium optime convenire videtur, quoniam prorsus nullam causam, quamobrem Polyphemus ita conqueritur, comminisci possumus, si a nemine neque dolo, neque vi læsus fuerit. Quod vero Ulysses id nominis sibi nequaquam finxerit, ex Ptolemaeo Hephaestione apud Photium discimus, qui scribit: *Οὐτισ διότι ὡτα μεγάλα εἶχεν Οὐτις περότερον ἐκάλεστο.* Tertē δὲ, Φησι, γνομένες μὴ ταῦτα γένοντα τὴν μητέρα εὔκυον θύσαν, κατὰ τὴν ἑδὸν τεκέν, καὶ τούτου Οὐτισ δὲ τέτο οὐτως ὀνομαθεῖναν. Quod vero Græcorum Ouitus a Latinis Ulysses nominetur, exinde forte fieri potuit, quod primis temporibus Ulyssis nomen majusculis Græcorum literis scriberetur, cum vero Græcorum Δ & Λ non multum inter se discrepat.

rent, facillime *Oduorōēos* nomen in Ulyssis potuit permutari. Hunc itaque Oatin seu Ulyssem confecto ad Trojam bello cum sociis quibusdam ex urbe Asgardar Aſiz civitate (quo nomine Trojam Edda vocat) in Septentrionem transmigrasse, imo Oatin pro Priamo haberi voluisse, & uxorem Phrygiam, quam secum adduxerat, Friggam faſſe appellatam, ex Edda Islandica ~~est~~ doceatur. Cap. III Ulyssis itinera, prælucente Homeri Odyſſea, accuratius persequitur, ubi terra quidem Lotophagorum apud Æthiopes Occidentales, Cyclopum vero regio, quam in *Uzepēs* Ulysses collocat, apud Hiberos s. Celtiberos reponitur, quoniam id non solam similitudinem nominis suadet, sed etiam, ut Strabo affirmat, plura in erroris Ulyssis vestigia in ultimis Hispaniæ oris inveniuntur, ipsi vero Celtiberi a Celto Polypheimi filio genusducere credantur. Cap. IV Æolia confertur cum Albione, quo nomine Aristoteles, Plinius, & Ptolemæus Britanniam vocaverunt, ita quam Solino teste, Ulysses cum sociis delatus est. Græcos vero in ea insula aliquandiu commoratos, præter alia & Brutus iste Trojanus comprobare videtur, qui post Trojæ excidiū in Britanniam venisse, & huic insulæ nomen dedit esse dicatur. Non tamen Trojanum, sed Græcum quendam *þerōē* ex Ulyssis sociis huic de Bruto narrationi occasionem suppeditasse, Cl. Autor sibi persuadet. Cap. V de Læstrigonia, quæ, si nominis rationem sequeris, prædonum domicilium fuit, multum & copiose differitur. Ea autem vel in littore Gallico, vel Germanico, ubi Asciburgum, ut Tacitus refert, ab Ulyssè conditum est, queritur. Cum qua sententia etiam Edda Islandica convenit quæ Oatin in Germania sedem habuisse commemorat. Cap. VI Insulam Circes Ææ ad orientem, & speciatim Daniam reponit, quo & Outinum pervenisse Edda tradit, & plurimæ Græcarum vocum reliquæ, quæ hodie adhuc in lingua Danica supersunt, testantur, quantumvis Bodini sententia, qua Danos a Danais derivat, parum roboris habere videatur. Hanc Insulam Homerus quidem *Aſāīny* vocat, sed sine dubio non intellexit vocem peregrinam, & nomen proprium insulæ esse arbitratus est, cum tamen omnes insulæ, voce paulisper immutata, septentrionalibus populis hoc nomine appelleatur. *Kløy* vero cum *venefica* Hirokin pluribus conferri potest, quæ, ut Edda testatur, haut fecus ac Circe e Iötumheimar h. e. Scythia provolavit. Cap. VII

Cimmeriorum populus, eorumque civitas rufus in septentrio-  
ne investigatur. Intelligit vero Autor per Κυμέγιας Gomeræ-  
os, quoniam quo Cimmerios in septentrione protani scriptores  
collocant, eosdem alio nomine Gomeræos dictos scripto-  
res sacri in eodem loco reponunt. Neque adeo difficilis est  
Κυμέγιον nominis a Gomer derivatio, literas enim γ & κ apud  
Græcos inter se λαπίου permutari, vel ex γράσις & κράσις, quod  
utrumque gramen significat, oppido liquet. In literatura quo-  
que Runica G & K una eademque forma gaudent, ut adeo  
facilius negotio pro Gomer dici scribique. Gomer potuerit. In  
lingua præterea Danica quædam voces literam O nominativi in  
obliquis in I mutant, sic a Gomer plurale Kimri, sive Κυμέγοι, &  
successu temporis κύμης fieri potuerunt. Et ad hos νητὰς  
μαῖδες ἐγμῆνης Outinus penetravit, qui etiam, ut Ulysses, mor-  
tuos ibi consuluit, ut futuri itineris fata ex iisdem cognosceret.  
Cap. VIII, quænam Sirenum insula fuerit, exponitur, quæ vero  
de Scylla & Charybdi Homerus scribit, ea ex Autoris sententia  
melius ad maximum totius orbis Euripum Norvegorum Moſke-  
strom, quam fretum Siculum accommodantur. Cap. IX Insula  
Thrinacia, ad quam Ulysses appulit, cum Insula Norvegica  
Eæn sive Tranogħ confertur, & ut Ulysses socius Eurylocus  
contra Tiresiae & Circes præceptum ob victus penuriam Solis  
ibi boves mactavit, sic eadem fere historia de Outino ejusque so-  
cio Loko narratur, & prolixa comparatio inter Eurylocum &  
Lokum instituitur. Cap. X Ogygiam, quo post naufragium ad  
Charybdi. Ulysses nave lacera profectus est, describit, quam  
insulam in Holgelandia, quæ Saxoni Halogia est, olim vero Ha-  
logalandia dicebatur, & XX fere milliaribus Norvegicis boreana-  
versus ab urbe Nidrosensi distat, se invenisse Cl. Autor putat,  
quod ipsi, præter alias, quas adducit rationes, multa imprimis  
vocabula Græca, quorum luculentam seriem affert, in lingua  
Norvegica hodie adhuc obvia clarissimæ demonstrare videntur.  
Cap. XI per Phæaces, ad quos Ulysses a Calypso dimissus dela-  
tus est, Hibernos intelligi posse suspicatur, non solum quod ex  
Hiberia, cuius supra mentionem fecimus, colonia in Hiberniam  
deducta sit, sed quoniam & Phæaces se Πολυκλύσω ἐν πόντῳ  
ἰοχάται, & aliis accolis plane desitutos dicunt. Præterea tem-  
pus, quo Ulysses a Phæacibus in Ithacam revertitus est, congrue-

re videtur, cum eo, quo Outinus a septeatrione diutius absuit, capessentibus interea sociis Bee & Wul. imperium, quorum posterior pro Polite Ulyssis socio habetur. Cap. XII de Outino secundo & tertio, qui apud Septentrionales celebrantur, quædam differit, de quorum altero conjecturam ex Antonii Diogenis libro, cuius fragmenta apud Photium extant, afferit, alterum vero in eorum, qui pro confictis habentur, numerum reponere videtur.

*ANTIQUITATES MARCHIONATUS, UT ET ORIGINES Landgraviatus Thuringici; Hermanno I & II et siemmatice Comitum Vincburgicorum, ante tempora Ludvici III Landgravii Thuringiae assertæ a JO. GEORGIO REINHARDO.*

Dresden, apud Jo. Christophi. Zimmermannum, 1713, 4.

Plag. 12.

¶. 1. **T**huringorum res gestas multi Thurogorum & Thyrigetae runi, alii Tugrorum & Verinorum nomine memorie prodiderunt. Verinos quidem, quibus a Verra fluvio nomen contigit, a Thuringis distinctos quidam mallingit; sed illud nationis; hoc gentis nomen fuisse videtur. Florentissima hæc Thuringorum gens suis regibus paruit, ad seculi usq; sexti initium; quo a Francis, quibus paulo ante tributa pendere coacta erat, Saxonum auxilio eversum Regnum, utrique victori præde fuit. Sed devictis postea a Carolo M. Saxonibus, ademta iis septentrionalis pars, & eodem modo quo Saxonia & Thuringia reliqua, abolitis ex Authoris opinione, Ducibus, demandata est Comitibus. Hoc tempore Thuringiæ Palatinatum, qui deinde sensim exspiravit, originem habuisse putat, Alstedæ palatio Saxorum Palatinis relicto. Haud ita multo post. Slavorum & aliorum Barbarorum rapinae Ducibus iterum constitutis causam præbebant, quorum primus Tachulfus, successores habuit Rathulfum, Popponeum, Conradum & Burchardum. Burchardo in prælio adversus Hungaros oeciso, præfecti iterum regij consituti sunt, quibus armorum vi ejectis, Henricus Saxonias Dux utramq; Thuringiam sibi subjecit, ac consentiente tandem Rege Conrado, (quem in regno Germanico sequutus est) retinuit. Non tamen inde pro Saxonie Ducatus accessione habenda Thuringia, cum diversa semper utriusq; populi manserit ratio. Henrico vero postea Rege, ut & sub initia

Otto-

Ottonis I, quorum administrationi relicta fuerit Thuringia, non satis confiat. Nostro quidem eorum artider sententia, qui concilium aliquod provinciale ex flore Nobilitatis constitutum putant, cui caput eligendū jus fuerit, quanquam de hortum Principum serie nihil nisi conjecturis asseri possit. Sub finem regni Ottonis I Marchionum nomen abdiri cœperit, quorum originem & praestanda officia prolixè recenset § 9, 10, 11. Primus inter eos nominatur Guntherus, quem Marchionatu tandem ejectum, & in exilio mortuum, ex loco aliquo Dittmari conjectare licet. Successorem is habuit Eccardus I filium, quem cum hereditario jure hac dignitate non uterentur Marchiones, consentientes ob insignem virtutem populo, ea donavit Otto III, qui tamen postea ambitione & rerum novandarum studiis præcepit datus, noctu ad Solethum A. 1002 a Sigfrido, Comitis Northeimii filio, & sociis occisus est. Post Eccardi factaque Thuringia Marchio præfuerit, valde dissentiunt autores. Cui Autor eos sequitur, qui Wilhelnum, Wilhelmi Vinariensis Comitis filium, substituant, qui A. 1056 prælio contra Luiticos Slavos magno Henrici III dolore occubauit. Hujus tempore Conradus II Comiti Ludovico Barbaro prædiū in Thuringia australi dono dedit, quod licet jurisdictioni Marchionis eximeretur, summa tamen rerum in reliqua Thuringia penes Wilhelminum Marchionem manisit. Excepit hunc Otto, sive Udo I, quem cum fratre Wilhelmi eiusdem nominis perperam quidam confundunt. Hunc enim A. 1057 turbas Henrico IV Imperatori, simul & Ottoni nostro de Marchionatu moventem, mors una cum inimico Brutone incertamine oppressit: ille quadriennio post vitam cum morte commutavit. Tum vero Marchionatum adeptus est Wilhelmus II, Wilhelmi I filius. Cui mortuo Henrico IV Imperator fratrem Ottонem succedere jussit, qui de Comitatu, quem possidebat, Orlamundano Marchio nonnunquam de Orlamunda dicitur. Decimas hic ex prædiis suis Episcopo Moguntino pendit, non tamen ut Domino Thuringiae, ut communis est sententia, sed ut facilius seuda quædam Mogontinæ obtineret. Successit 1067 Egbertus I, Henrici IV sobrinus, licet ex familia Ottonis heredes superessent, cuius fides in Imperatorem, & in commodis Ecclesiarum promovendis pietas ab omnibus laudatur. Ultimus in Marchionum serie est filius Egbertus II, quem superstitio

9.

12.

13.

15.

16.

18.

19.

20.

21.

22.

ACTORUM ERUDITORUM

ad huc parente, Marchionatus heredem constituerat Henricus  
IV. Idem Imperator Moguntino Archi-Episcopo, divortii a con-  
juge impetrandi causa, redditum Thuringie, decimas prouise-  
rat, quas cum recusaret Egbertus adhucdum impubes, solvere  
armis ab Henrico coactus est. Quæ res infinitis turbis ansam de-  
dit, quæ sepe compositæ, semper recruduerunt, in dissertatione  
hac erudita late expositæ. Jussu tandem Imperatoris in mo-  
leantino, juxta aquam, quæ dicitur Salicha A. 1090 iinterfectus est,  
**23.** & Marchionatus in Landgraviatum commutatus. Ubi Cl. Autor,  
expensis dissentientium sententijs, Hermannum Dietrii Comi-  
tis Viszenburgici filium, diplomatum fide, primum Landgravi-  
um laudat, eique filium Hermannum II successorem substituit,  
& utriusque familiam, sata & ceteras, quas tenuerunt, dignitateq,  
magnō studio collegit.

**GEORGII SCHUBARTI, POLYHISTORIS**  
olim Jenensis, Epistole & Praefationes studiose collectæ, di-  
seque in tres Fasciculos. Accedens Programma Funebre  
& Justi Eulogii Epistola ad Schubartum.

Jenæ, apud Ern. Claud. Baillar., 1717, 8.

Plag. I.I.

**D**E publica literarum elegantiorum salute bene merentur,  
qui hominum doctrina meritisque excellentium scripta vel  
ob temporis æstatem vel ob argumenti brevitatem publicæ luci  
jamdudum subducta restituere inque literarum orbem denup  
producere allaborant. Quare merito grates debentur Cl. Ackero,  
sepius nobis commendato, qui *Georgii Schubarti Epistolas &*  
**Fasc. I p.7.** *Praefationes studiose & diligenter collegit*, inque tres fasciculos  
divisas heic exhibuit. Præmittitur his Programma funebre &  
*Justi Eulogii* gratulatio Schubarto summosia Philosophia hono-  
res capessenti anno 1675 scripta, cuius utriusque Jo. Philippas  
**5.** Sleevogtius autor & parens suisse judicatur. Digna est Viri me-  
moria, quae heic rehouetur breviterque & strictius recensatur.  
**10.** Natus erat Heldburgi in Franconia, parentibus Nicolao, civi &  
œnopolia oppidi istius honestissimo, & Dorothæa, pariter Schubar-  
tina gentis, primisque & pietatis & literarum præceptis in pa-  
trio ludo inebitus, Norimbergam alegabatur, ubi a Theologo  
summa dignitatis, Jo. Michaelo Dillherro, liberali hospitio &  
convictu exceptus, Adamo Zannero, Sebaldino Scholtz mode-  
rator

ratori atque Christophoro Arnoldo formandus committebatur.  
 Quod cum per sex annos stadium percurrisset Schubartus, animum ad altiora applicuit. Salanis igitur munis novus hic hospes traditus Roflinckii, Schenckii, Frischmuthii, Jo. Guil. Bayeri, Velthemi & praeceps J. A. Bösi scholis frequenter interfuit, quorum ultimo cum familiariter admodum uteretur, negotio Josephi edendi fuit adhibitus, donec Gotham ad regendos nobilissimi cuiusdam viri filios abiret, unde, elapsis duobus annis, Jenam reversus sub Jo. Schilteri. Jeti Clarissima, auspiciis jurisprudentiae tyrociniam posuit, simulque laurea Philosophica fuit ornatus, quam paulo post eloquentia & poesis publicæ docendæ munus atque summi in utroque jure honores conseqeabantur, quibus postea quoque historiaz enarrandæ munus accessit, quæ omnia splendidissima officia ita ornavit, ut andientes ingenti numero ad scholas ipsius publicas domesticasque frequentandas coaßuereat, licet non sine stomacho, ut erat in iraui natura proclivior, sed multo tale sapientia juventili licentia perversisq; hominibus moribus illuderet. Tori sociam sibi elegetat Marsiam Christinam, V.C. M. Martini Ringleri, senatoriz Jenensis scholæ moderatoris, filiam superstitem unicam, quæcum felicem admodum vitam vixit, cujus tamen beate transigendæ gaudium aliqua ex parte interrupit immatura unice prolis mors. Ceterum doctrina sua-frequenter, tum hominum sectulæ etiuditissimis literarum commercio adeo inclarerat Schubartus, ut aliquoties in exteris quoque ac remotioribus terris ipsi honestissima splendidissimaque offerrentur officia, quæ tamen omnia reculare, Jeneas in Academiam perpetuo ornaturus. Natura enim, nequid habuerat, large affatimque in Schubartum contulisse videbatur; ingenium excellens & perspicax, judicium plane censoriuum; memoriaque ipsi acris erat & reddendis, quæ acciperat, etiam minutissimis, parata. Corpus vero erat procerum & tenue, vultus sere adductior gravitatem, pedumque incessus meditabundus speciem præferebat; deprecta vox & sedator, blandidissimæque suavitatis. At quod excelsis illustribusque artinis frequens est fereque proprium tenue corporis rebur minusque firma valetudo, quacum potissimum ingravescente aetate conflictatus est. Quare cum exente menœ Julio morborum malum adeo adolevisset, ut exhaustis continua vomitione virtibus, ultimum spiritum trahere videretur, animo constanti &

p. 12.

p. 14.

p. 15.

p. 16.

48 ACTA ERUD. SUPPLEMENTA. Tom. VII Sec. I.

- p.19. intrepido mortem expectans in sola æternitatis meditatione d.  
18 Aug. A. 1701 fato suo fuit defunctus. Quod *Eulogis* gratulationem attinet, faceto ille adinodum; lepido scribendi genere & deasciata styli elegantia febriculoso seculi sui Philosopheros exagitat & perstringit, qui, ut loquitur, *præter contortulas acuta delirationis conclusiunculas*, nihil norunt, quiq; *&* alios pariter sequi ipsos deridendo propinare in præmio victoria *&* argumento ingenii sibi ducunt, aut qui ad pulpita, *&* suggestus, ad curiam, ad forum, ad decumbentium aureas pollicitationes totis viis properant. Nunc se Schubarti epistolis quedam restant commemoranda. Omnium primi fasciculi prolixissima est octava, qua se contra quosdam male sentientes defendit. Scilicet Redtvizius quidam, nobilis *Fiancus*, *Lothartii Francisci*, eminentissimi per Imperium Archi-Cancellarii & Electoris Moguntiani diem, quo ecclesiæ Bambergensis electus fuerat Episcopus, publico quodam sermone in Academia celebraverat, quo typis postea exscripto sumnum ecclesiæ Romanae sacerdotem caput ecclesiæ Christianæ dixisse Redtvizius & cum ipso Schubartus verbahæc non improbens perhibebatur. Quam igitur columniam ut a se declinaret Schubartus, epistola hac prolixe in vocum harum usum & significationem inquirit, earumq; incubabula & origines doctissime exponit. Romanam igitur putat ecclesiam dici posse Christianam in sensu particulari eoque, quo Carolus IV in proœmio Aureæ Bullæ Imperium nostrum vocavit Christianum, aut quo Francicum dictum fuit Christianissimum, non ex titulo, quo Gallorum Reges utuntur, sed per liberum ac solenne elogium. Eodem angustiori significatu clerici in ec-
- Fasc. II p.33. clesia prisca dicti sunt Christiani; nec votum Christianæ fidei est professio fidei ac religionis Christianæ, sed conversatio & professio clericalis. Alterum epistolarum fasciculum prefatio quedam claudit, qua *Conradi Peusingeri* Augustani, non possumen renascentium in Germania literarum restauratoris, vitam & meritam ubertim exponit. Nec minori lane & rerum & verborum elegantia conceptæ sunt literæ, quibus ad Petrum Mullen Juris, quod a civitate nomen habet, necessitatem explicat & utilitatem.

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quæ Lipsie publicantur.*  
**SUPPLEMENTA.**

*Tom. VII Sect. II.*

---

**REFLEXIONS SUR LES REGLES ET SUR L'**  
*usage de la Critique,*

*hoc est,*

**MEDITATIONES DE REGULIS ET USU**  
*artis Critice, Auctore R. P. HONORIO DE SANCTA*  
*MARIA, Carmelita.*

*Tomus II.*

Parisis, apud Joannem de Nully, 1717, 4.

Alph. 3 plag. 17.

ARE critica & Philosophia cum sint disciplinæ, quæ Theologiaz minus solidis superstructæ fundamentis maximam valent afferre perniciem, illius professoribus omnino providendum est, ne detrimentum capiat res ipsorum publica, entitendumque, ut hostes illas prostrerant ac viribus suis exuant. Cum vero hodie, dispersa nimis istarum disciplinarum luce, violentis eas opprimendi rationibus locus non sit amplius, maxime in Gallia, regione acutorum ingeniorum feracissima, piis quibusdam dolis utendum esse videtur cum aliis, tun etiam Carmelitæ nostro. Is igitur non rejicit artem criticam, (hoc enim pacto lectores doctiores statim a se fuisset abalienatus,) sed magnopere laudat & commendat. In progressu autem operis hujus omnis ejus opera in eo versatur, ut ostendat, artis criticæ regulæ

G

lis nos niti tuto non posse, imo ejus artis cultores præstantissimos in gravissimos errores ac hæreses delapsos esse. Studet itaque, uti Philosophiam, sic & Criticam artem redigere sub obsequium Theologiz, eamque ita tractari jubet, ut nunquam Theologiz ejusque antistitibus contradicat, sed potius se præbeat ipsius ancillam maxime morigeram. Ex Autoris proinde nostri sententia Criticus nefas ducere debet, impugnare fabulas sive traditiones ab universo Theologorum populo receptas, idque operam dabit potius, ut vetulis historiis probabiles circumdet rationes, nec quicquam reliqui faciat ad eas quovis modo constabiliendas. Videamus hinc, et si senatores Reip. Criticæ toti sint in opprimendis fabulis, nunquam tamen plebis before suos tribunos, qui eas ornent ac propugnent: ut adeo, quod de Mathematico studio dixit (*Hist. I, 22, 2*) Tacitus, id in omnes vulgi errores quadret: *hoc genus in civitate nostræ (literaria) & vtabitur sive refutabitur semper, & retinebitur semper.*

Ceterum iam A. 1714 pag. 145 recensuimus primum Tomum nostri Hypercritici. Secundus, quem nunc perlustrari sumus, quartus sectus est in libros: quorum primo de diversis methodis discernendi veras traditiones a spurioris agitur. Ac dissertatione quidem *prima* de traditionibus in universum disputat Autor, factaque earum divisione in divisas, (e. g. quod sint septem Sacraenta,) apostolicas, (e. g. de sacrificio Missæ,) & ecclesiasticas, de postremo duntaxat genere se hoc opere acturum profitetur. Observat hic, Criticos, dum nimium severe examinent has traditiones, primum pectare in reverentiam antiquitati & Patribus Ecclesie debitam; deinde valde imperfectam reddere historiam ecclesiasticam, cui egregia suppeditet supplementa traditio. Docet etiam, quam studiose semper caverit Ecclesia, ne spuriorum traditiones invehementur pro veris, & quibus usâ sit rationibus ad extermi- mandos credulæ plebis errores.

Dissertatione *secunda* regulas exhibet, quas viri eruditæ præscriperunt ad verum a falso discernendum circa Acta martyrum & vitas sanctorum. Hic queritur de Criticis quibusdam

busdam, ut Tillemontio, Bailleto, Fleurio, qui falçem suam criticam nimis inclementer immiserint in messena traditione, populoque Catholico non leve præbuerint scandalum. Primo igitur loco damnat eorum canonem, vi cuius nulla historia sit pro vera recipienda, nisi quæ nütatur testimoniis scriptorum *curxpōwv*. Ostendit, hoc pacto suspectum reddi, quicquid de tempore Veteris Testamenti narratur, nec tamen in sacro codice relatum legitur, e. g. quæ refert Epiphanius de vita Prophetarum: item quæ de Apostolis eorumque æqualibus traduntur, nec tamen in Novi Testamenti libris reperiuntur, e. g. de vita Mariæ Deipara. Non minus rejicit argumenta Criticorum a silentio S. Scripturæ desumptum. Ita enim pro fabulis habendas esse narrationes e. g. de genealogia virginis Mariæ, de miraculis in Ægypto patratis a Jesu puer exule, de symbolo ab Apostolis composito, de resurrectione Mariæ. Notat porro impudentiam Criticorum, exigentium a traditionum patronis, ut earum originem demonstrent, earumque veritatem ac sinceritatem evidenter probent. Comparat eorum audaciam cum iniustitia eorum, quæ a bonæ fidei possessore postulant, ut suum demonstret dominum. Urget igitur Noster ius præscriptoris etiam in traditionibus. Hinc Natalem Alexandrum reprehendit, quod historiam de baptismo Constantini M. facto a Sylvestro rejecerit, causatus, Acta Liberii, quorum autoritate nititur ista narratio, *non esse certa & inconclusa veritatis*. Idem peccatum objicit Tillemontio ac Bailleto, & speciatim Fleurio Abbatii. Ad hæc exاردescit in Criticos, quod autoritatem detrahant scriptoribus ecclesiasticis antiquis, dictitantes, nixos eos fuisse libris suppositiis, nimirum fuisse credulos, & multas scriptis suis inseruisse fabulas. Nec probat Noster verba Lau-  
boji: *Eruditorum, inquietis, nemo est, qui memoratos autores indiligentie vitiis laborasse, judicii acrimonia non valuisse, multa ex libris apocryphis desumisse, & omnia promiscue & sine illo, vel certe parvo, delectu in suos fecisse commentarios, ignorat.* Præfato modestiam Melchioris Cani, ita scribentis: *si nescire est, in alterutram peccare partem, omnia eorum probari legentibus, quam multa reprobari, malo.* Maguopere quo-

que dolet, Criticos Catholicos ausos esse labefactare fidem Martyrologiorum & Breviarii Romani, ut Tillemontium, Bailletum, Natalem Alexandrum, Dupinium, Launojum, Simonium, Laminum, Thierfum. Ad prævertenda talia secundala Dissertatione *tertia* exhibet genuinas seilicet regulas discernendi veras traditiones ecclesiasticas a vulgi fabulis. Ex novem, quas proponit, regulis tantum priores quatuor adducemus pro specimine. *Prima* igitur hæc est regula: nulla Traditione recipi pro vera debet sine probatione faltam probabili. *Altera*: Traditione nil debet continere, quod sit fabulosum, ridiculum, impossibile, superstitionem. Hinc rejicit traditionem de undecimi milibus virginum. *Tertia*: supponi debet, Ecclesiam & Episcopos, qui primi receperunt aliquam traditionem, id non fecisse sine iusta causa, et si nobis incognita. *Quarta*: Traditiones non debent rejici, nisi earum falsitas evidenter ac certo possit demonstrari.

*Libro secundo* disputatur de oraculis, que præcessisse nativitatem Christi feruntur. Hic Dissertatione *prima* expenditur quæstio, an oracula Ethnicorum dæmones habeant autos. Monachus noster id affirmat, sequens traditionem Patrum Ecclesiaz, quam confirmat (1) iis locis S. Scripturaz, ubi, qui sacrificant idolis, sacrificare dicuntur dæmonibus: (2) ex eo, quod nativitas Christi silentium imposuerit oraculis ethniciis: (3) ex eo, quod primi Christiani in Christi nomine ejecerint dæmones ex idolis: (4) ex eo, quod Philosophi & Historici ethnici non crediderint, sacerdotes esse autores oraculorum. Hinc Fontenellum, quem *Academicum* appellat, quod Antonium Dalium secutus oracula retulit ad illusiones sacerdotum, acriter refellit, eique exprobrat irreverentiam erga Patres Ecclesiaz maxime reverendos. Dissertatione *secunda* de Sibyllinis oraculis agit. Non hic movetur judicio Hueti, cuius hæc existare ait verba in *demonstratione Evangelica*: post operam ad scriptiorum illarum futilitatem demonstrandam utiliter a Blondello positam, de longiori hujus argumenti tractatione labor mihi ingratus, lectori inutilis ponetur, sed tamen suscipit vulgi opinionem, nixus autoritate Patrum Ecclesiaz.

into universæ Ecclesiæ, in Missa mortuorum canentis: *Dies ista, dies illa, solvet seclum in favilla, refe David cum Sibylla.* Responder hinc ad argumenta Criticorum, illa oracula statuentium esse subdititia. Dissertatione *tertia* impetravit a se Autor, ut pro fabulis rejiceret, quæ vulgo narrantur de oraculis regi Thuli & Imp. Augusto edentibus nativitatem Filii DEI.

*Libro III Diff. prima* de die & mense agitur, quo Christus fuit in utero conceptus, item de domo Lauretanæ. Docet Noster, Christum omnino fuisse conceptum d. 25 Martii, idque probat tum veterum testimonis, tum inde, quod iam olim Ecclesia illud festum eo die celebravit. Lauretanam autem illam domum omnino esse illam, quæ revera natum DEI filium experit, probat & testimoniis & miraculis. *Secunda* Dissertatione contendit, Christum d. 25 Decembr. natum fuisse. Agit hic quoque de præsepi, in quo jacevit Iesus, ac defendit traditionem illam, quod ei adstiterint bos & asinus. Dissertatione *tertia* de circumcisione Christi, d. 1 Januarii facta, differit: & *quarta* de Magis, qui ad Christum recens natum venterunt, agit. Statuit, eos omnino fuisse Reges. Copiose etiam contendit contra Rich. Simonium, Magos illos Christum puerum adorasse ut Deum: idque pro articulo fidei venditare non erubescit. Dissertatione *quinta* longam exhibet disputationem de festo Purificationis ejusque origine: hinc duce traditione ecclesiastica docet, Simeonem, qui Iesum brachiis exceptit suis, omnino fuisse sacerdotem: & Christo puerò in Ægypto exulante multa si evenisse miracula.

Libri *quarti* Dissertatione *prima* traditiones Noster exhibet de baptismo Christi, & de nuptiis Canæ celebratis. *Seconda* epistolæ Christi & Abgari pro genuinis defendit, & arguments a Nat. Alexandro & Dupinio in contrarium allata repellere studet. Hinc differit de veris imaginibus Christi, quarum alteram ipse Christus ad Abgarum Regem misit; altera est statua Christi erecta Cæsarez. Utramque traditionem Criticus noster defendit: priorem quidem adversus Bailletum, Tillemontum, & Casaubonum; posteriorem contra Basnagium & Reiskium, quem perperam *Reischium* nominat. Dissertatione

*tione tertia* traditionem sequens disputat, Christum comeditione ultimum pascha die Jovis, Lamiique diversam opinionem copiosissime refutat. *Diss. quarta & quinta* de usu azymorum agit, & illa quidem in Latina Ecclesia inde ab Apostolorum usum azymorum viguisse, contendit; hac docet, Græcam quoque Ecclesiam azymis usam fuisse a tempore Apostolorum usque ad seculum septimum. *Sexta* dissertatione usum vestium sacrarum in administratione Sacraentorum contemplatur, & ex traditione probat, Apostolica jam etate eum exortum esse. *Septima* dissertatione de hymno agit, quem Christus post institutionem S. Cœnæ cantasse legitur. Persuadet sibi Noster, hymnum illum Christi contineri capite decimo septimo Evangelii Joannis. *Dissertatione octava* agit de illa imagine Christi, cui nomen *Veronica*, quæ adhuc servatur Romæ, impressaque a Christo creditur sudario cuiuspiam fœminæ. Sed & hanc historiam omnino veram esse, pugnat Noster, fretus autoritatis traditionis ecclesiasticæ. Extremo loco una cum responsione sua exhibet Jesuitæ Tourneminii Epistolam de Christi celebrazione Paschatis ultima, qua Lamii sententia defenditur & corroboratur.

*C. A. H. SPECIMEN ARTIS CRITICÆ, NO-  
VÆ editioni Q. CURTII RUFI præmissum.*

**C**URTII, scriptoris & nitidissimi & longo mihi usū familiariissimi, novam adornare editionem cum constituerim, eamque ita comparatam, ut Autor ille, quam plurimis, quibus adhuc deturpatus existat, maculis absterritis, in lucem prodeat incorruptus; non vereor, ne ingratum sit futuram Philologis atque Criticis, si prius aliquot gravissima *Curtii* vulnera demonstrem, eademque a me curata, ut certa inde fieri possit conjectura de ceteris meis medicamentis criticis. Evidem jam in *Parergis Criticis* non pauca *Curtii* loca suæ restitui integrati: ut jam inde appareat, et si *Freinshemius*, ut ipse met *Commentarii in Curtium* pagina prima scribit, *ad summam diligenciam nibil fecerit reliqui*, ut hic auctor, quantum posset, emendatus atque nativa

*nativa puritate splendidus prodiret; tamen permulta superesse in Curtio haudquaquam sanā, adeoque emendationis indiga. Ceterum rogatos volo lectores Criticæ artis péritos, ut, si quā emendationum harum mearum minus feliciter suscep̄tam rationibus rite subductis iudicent, benevole me corrigan, latisque de meo edendi Curtii proposito sinceris sententiis vel acuant industriam meam vel obtundant. En itaque complura Curtii loca prius ut in merito jacent, deinde ut a me sunt sanata! Ut crebra eorundem verborum repetitione possim supersedere, præfixa litera V vulgatam indicabit scripturam, E meam signabit emendationem.*

Lib. III cap. 3 n. 25: V. *Propinquorum amicorumque conjuges huic agminī proxime; lixarumque & calonum greges vebabantur. Ultimi erant cum suis quisque ducibus, &c.*

E. *Propinquorum amicorumque conjuges huic agminī proxima vebabantur. Lixarum & calonum greges ultimi erant, &c.*

Lib. III cap. 6 n. 11: V. *Servatus a me vitam mihi dederis, oro queſoque, amissōque metu patere medicamentum concipit venis.*

E. *Seruatus a me vitam mihi dederis. Oro queſoque, omisſo metu &c.*

Lib. IV cap. 14 n. 10: V. *Hic dies imperium, quo nullum amplius vidit atas, aut constituet aut finiet.*

E. *Hic dies imperium, quo nulla amplius vidit atas, &c.*

Lib. V cap. 1 n. 7: V. *Jam Susa, jam cetera ornamenta regni, causamque belli victorem occupaturum.*

E. *Jam Susa, jam cetera ornamenta regni, causam belli, victorem occupaturum.*

Lib. V cap. 2 n. 7: V. *Perticam—statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum, observabatur ignis noctu, sumus interdiu.*

E. *Perticam—statuit, ex qua signum pariter omnibus conspicuum observabatur, ignis noctu, sumus interdiu.*

Lib. V cap. 3 n. 14: V. *Literis Alexandrum ita deprecata est, ut ipsum excusat, quod deprecaretur: petere se, ut illis quoque, si minus, sibi ignoscet: pro necessario ac propinque*

quo suo, jam non hoste, sed supplice tantum vitam precari.

E. Literis — deprecata est, id ipsum excusaret, — ignoraret, pro — vitam preceari.

Lib. VI cap. 4 n. 15 : V. Et gens bellicosa, & natura fatus difficilis aditu, curam regis intenderat.

E. Gens & bellicosa, &c.

Lib. VI cap. 11 n. 20 : V. Tumultus cognito, legem se supplicio conjunctis fontium remittere, edixit.

E. Tumultus cognito, legem se propinquis fontium remittere, edixit.

Lib. VII cap. 1 n. 23 : V. Parentes liberis si occurrant, & ingratiti & invisi sunt. Cum donis honor amer, cum premiis onusli revertimur, quis ferre non potest? quis illam alacritatem animorum continere?

E. Parentes, liberi, si occurrant, — quis (nolstrum) ferre potest? &c.

Lib. VII cap. 1 n. 36 : V. Huc enim malorum ventum est, ut verba mea eodem tempore & Alexandro excusem & Antiphonam. At hercule mater de nobis inimicis tuis scripta. Utinam prudentius esset sollicita pro filio, & non inane quoque species anxio animo figuraret. Quare enim non adscribit metus sui causam? Denique non ostendit autorem, quo facto dicto nostro mota tam trepidas tibi literas scripsit.

E. Huccine malorum ventum est, ut verba mea eodem tempore & Alexandro excusem & Antiphonam? At hercule mater de nobis scripta. Utinam prudentius esset sollicita pro filio, non inane quoque species anxio animo figuraret! Quare enim non adscribit metus sui causam, neque ostendit autorem? quo facto dicto nostro mota tam trepidas tibi literas scripsit? O misera conditionem meam, &c.

Lib. VII cap. 2 n. 24 : V. Polydamas — mutuaque gratulatione functi, Polydamas epistolam ab rege scriptam ei tradidit.

E. Polydamas — mutuaque gratulatione facta, epistolam ab rege scriptam ei tradidit.

Lib. VII cap. 5 n. 7 : V. Ergo quicquid vini elsique erat, boni-  
nibus ingerebatur.

E. Ergo

- E. Ergo — erat, avidius ingerebatur.
- Lib. VII cap. 5 n. 20: V. quia nihil ulli nefas in Bessum interfectorem Regis sui videbatur.
- E. quia nihil ulli nefas jam in Bessum &c.
- Lib. VII cap. 7 n. 28: V. Sibi enim alia ad gloriam concedere deos.
- E. Sibi animalia ad gloriam &c.
- Lib. VII cap. 8 n. 9: V. magnitudine corporis animum estimans modicus haudquaquam fama par videbatur.
- E magnitudine — estimantibus haudquaquam &c.
- Lib. VII cap. 9 n. 1: V. Contra rex fortuna sua & consiliis suorum se usurum esse respondet. Nam & fortunam, cui confidat, & consilium suadentium, ne quid temere & audacter faciat, securum.
- E. Hec verba: nam & — securum, deleo, manifestum quippe glossina, continens priorum verborum paraphrasin satis jejunam, frigidam, ineptam.
- Lib. VII cap. 11 n. 15: V. cum cuneos inter saxa defigerent, queis gradus subinde insisterent.
- E. cum cuneos — queis subinde insisterent.
- Lib. VIII cap. 8 n. 19: V. ut coram his probra, que modo in me jecisti, modo audisti, illius quoque ore referantur.
- E. Ut coram his — jecisti, illius quoque &c.
- Lib. VII cap. 10 n. 30: V. alii magnarum arborum stipites cum multis ac moles saxonum in cavernas dejiciebant.
- E. alii — stipites ac moles &c.
- Lib. IX cap. 1 n. 30: V. ut hostes acciperet.
- E. ut hostes acciperet.
- Lib. IX cap. 4 n. 27: V. vates monere cum ceperit, ne committeret, aut certe differret obfisionem.
- E. vates monere cum ceperit, omittaret, aut certe differret obfisionem.
- Lib. X cap. 2 n. 3: V. a quibus interceptum & trucidatum a quodam &c.
- E. a quibus non receptum, sed trucidatum &c.
- Lib. X cap. 3 n. 4: V. ut nihil omiserint, quod singuli magis

*obedienter ac pie facerent.*

E. *ut nihilominus singuli omnia obedienter ac pie facerent.*

Lib. X cap. 8 n. 9: *V secretas cogitationes intra se quoque volventes, &c.*

E. *secretas cogitationes intra se quisque volventes.*

Lib. X cap. 9 n. 3: *V. populus Rom. salutem se Principi suo debere profitetur, cui noctis, quam pene supremam habuimus, novum fidus illuxit.*

E. *populus — profitetur, qui nocti, — illuxit.*

Sufficiant hæc pro specimine. Adjungere poteram fundamenata, quibus singulæ istæ emendationes nituntur. Sed quoniam breve hujus loci spatum id non permittit, atque adeo ipsi meo in *Curtium* commentario illa reservare me jubet, unij duntaxat pari earum, quas modo produxi, emendationum nunc tantum assandam lumenis, ut nulli amplius dubitationi pateat aditus. Alter locus esto, qui lib. V cap. 1 n. 7 ita a me correctus est: *Jam Susa, jam cetera ornamenta regni, causam bellis, victorum occupaturum.* Scilicet per appositionem. quam vocant grammatici, duo illæ voces, *causam belli*, prioribus adjunctæ sunt, ac recte *Cellarius* ita id interpretatur, ut opulentæ Persidis urbes fuerint causa & incitamentum, cur Macedones hoc bellum suscepérint. Pari modo Tacitus in *Agricola* VII, 1, *prædia ipsa*, inquit, *& magnam patrimonii partem dñripuit, QUÆ CAUSA CÆDIS FUERAT.* Idem libelli ejusdem cap. XII, 8 famili plane usus appositione: *fert Britannia aurum & argentum & alia metalla, PREMIUM VICTORIÆ.* Rursus cap. XV, 7: *sibi patriam, coniuges, parentes; illis avaritiam & luxuriam CAUSAS BELLÌ esse.* Sed audiamus suum ipsius interpretem *Curtium* VI, II, 32: *Timuisse (se) respondit, ne pater — interim extingueretur, ipsique, spoliato tantis viribus, occidendi regis CAUSA non esset: felinasse ergo se, dum PRÆMIUM haboret in manibus, &c.*

Alter locus *Curtii* esto lib. III cap. 6 n. 11, hunc in modum a me refectus:

*Servatus a me vitam mibi dederis. Oro que soque, omiso metu &c.*

Scilicet *Philippus medicus*, cuius ista verba sunt, in *suspicio-*  
*neum*

neim venerat accepte a Dario in perniciem Alexandri pecuniae. Nunc igitur, inquit ad Regem, mea salus cum tua est conjunctissima. Si mori te contingat, ego tanquam parricida trucidabor. Sin sanitatem recuperaveris, mea quoque vita in tuto erit: adeoque nunc vere tuo ore meus quoque trahitur spiritus. Age igitur, depone metum, & patere medicamentum viribus uti fuis. Similiter in hac oratione inest argumentum, quo Philippus eximere Regi suspicionem annititur. Non est, inquit, verissime, tua vis a infideli, cum nemini, quam mibi, tua mors damnsior sit. Prorsus geminum locum reperi in sexta Ciceronis ad Brutum epistola, quem attexam integrum: Glycena, medicum Panse, audimus venisse in suspicionem Torquato de morte Panse, custodirique ut parricidam. Nihil minus credendum est: **QUIS ENIM MAJOREM CAUZAM AMITATEM MORTE PANSE ACCEPIT?** Ceterum quod Curtius pro dabis posuit dederis, singularis elegantiae est. Plane eadem elegantia Plautus utitur in Amphitruone I, 1, 157: SERVAVERIS, id est, servabis me, id si feceris. Sie & Cicero, lib. XI ad Famil. epist. 27: his literis nisi credideris, me omnis offici & humanitatis expertem JUDICARIS. Et Orat. IV in Casil. cap. 6 ineunti: five hoc statueritis, DEDERITIS (pro dabis) mihi comitem &c. five illam Silani sententiam sequi malueritis, facile me — DEFENDETIS. Ovidius Fast. I, 17:

Da mihi te placidum, DEDERIS in carmina vires.

Porro omittere metum dixit hic loci Curtius, ut alibi (IV, 1, 90, & III, 2, 1,) omittere spem. Non secus Terentius Heaut. I, 2, 3. Sollicitudinem istam, qua te excruciat, omittas. Et Adelph. II, 4, 3: omittre tristitiam tuam. Cicero in Somnio Scipionis: ades animo, & omittre timorem. Seneca in Troade v. 452: omittre fleus. Atque hæc hactenus.

## HISTOIRE DE FRANCE SOUS LE REGNE de Louis XIV.

h. c.

**HISTORIA RERUM IN GALLIA GESTARUM;**  
*regnante Ludovico XIV, Autore DE LARREY.*

H 2

Tomus

Roterodami, apud Mich. Boehm & Socios, 1718, 12 maj.  
Alph. 2.

**P**ostquam de instituto Cl. Autoris diximus in Actis Annī 1719 Mens. Febr. p. 61 seq. quo loco primum & secundum Historię hujus Tomuin recentissimus, nunc promissi memores reliquos duos, qui hactenus comparuere, recensebimus, sériemque adeo rerum gestarum, prout cœpimus, pertexemus.

Cum in obliudione Dunquercana Rex ipse præfens esset, in auxilium adventante classe Anglica, magnifica legatione Cromwellii tum ipse tum Cardinalis salutatur. Ab utroque Cromwellii legatis, suminis viris, vices redditæ. Obsidionis exitus fuit, ut Hispanorum copiis, quæ auxilium ferre debebant, virtute potissimum Anglorum, devictis urbs in potestate Regis veniret, qui eam Cromwellio ex pacto possidendam tradit. Post hæc prospere gesta Ludovicus in morbum incidit, qui eum in extrellum periculum adduxit; in desperatis rebus ad extraordinaria reñedia decursum, medicusque quidam Abbavillensis acitus, qui Regem propinato emetico vino, cuius tum temporis usus non satis cognitus fuisse prohibetur, in sanitatem restituit.

Hispanos & prælio illo ad Dunquerca fractos, & ab Anglis pressos, serio tandem de pace cogitare cœpisse Autor memorat, nec alienos fuisse a filia Regis sui Ludovico elocanda, quod interea ipsi filius natus esset. Quo vero magis moverentur, æmulationem eis injecisse Cardinalem, ducto Lugdunum Rege, ubi Sabaudia Ducis filias viderit concupiveritque unam earum ducere, nisi a Cardinale prohibitus fuisset. Missum adeo confessim ab Hispanis Pimentelium cum Mazarino de præliminari hac pacis conditione, matrimonio scilicet Ludovici cum Anna Hispanie ineundo, transegisse.

Ab ipsa hæc pacificatione, quæ a loco ubi congressus legatorum celebrabatur, insula Phasianorum ad Pyrenæorum montium radices sita, Pyrenæa dicitur, exordium Autor facit tertiaz periodi. Constat conditionem, quam a Gallis vicini exigebant Hispani, fuisse præcipuam, renunciationem

enarratura

ominium iurium in successionem Hispanicorum regnum ex hoc matrimonio derivandorum. Innuit vero Autor latius aperte, hanc renunciationem legibus Galliz fuisse ipso facto nullam, quod cum Mazarinus probe sciverit, ideo eum judicat operæ pretium non duxisse verbis de re manifesta disceptare; nec Hispanis hoc ignoratum fuisse, ut ex sermone Ludovici de Haro legati Hispanicj colligatur, qui nunquam sperandum pronunciaverit, quantumvis optandum, ut Galliz Reges serio his renunciationibus iurium se teneri credant. Secunda ex primariis conditionibus pacis erat conciliatio Hispanorum cum Lusitaniz Rege, quam cum Hispani plane refugerent, obtulisse Cardinalem, ut Lusitaniz Regi Sardinia saltē cederetur, ea enim contentum fore; nec tamen quicquam profecisse Autor refert, ut adeo desistendum fuerit ab hoc postulato; e contrario circa tertiam conditionem, restitutionem Condzi in integrum, quam Hispani urgebant, adeo difficilem se præbuisse Cardinalem, ut nonnisi cessione Avennenis urbis & præmissione facta de restituendo Neoburgicis Ducibus Juliaco permoveretur. Cum adfissent huic congressui, duo legati Anglici, unus a Carolo Regis sed exule, alter a Cromwello missus: prioris colloquium fugiisse Mazarinum, professum insuper, mortuo inter huc Cromwellem, rebusque Anglicis in incerto jam constitutis, se legatum partis ejus, quæ superior futura esset, ceu devotissimum futurorum eventuum servum, admissurum. Consummatione matrimonii in proximum ver dilata, Rex provinciis visitandis medium tempus impendit. Massiliam, cuius cives paulo inquietiores viri, cum militibus ingressus, muros ejus ex parte diruit, castellum redificavit, crucibusque variis locis erectis maxime noceantes supplicio affecit. Hugenotas contra Septimaniz, et si tanquam cupidi novarum rerum accusati erant, innocentia eorum detecta, a Rege & Cardinali gratosissime habitos, sedulo monet Autor. Arausione urbem iisdem temporibus suam Rex fecit, animo, ut ait Autor, eandem Principi suo tum minorenni restituendi. Omnibus deinde quæ ad solennitatem nuptialem pertinerent paratis, unicam rem parvi momenti maximam difficultatem attulisse refertur, disceptatione nem

pe suscitata de exiguo terræ angulo in agro Urgelitano, quem Hispani & Galli sibi vendicabant, eaque re non unam saltem per hebdomadem agitata, ac tandem, Hispanis Mazarinum ipsum arbitrum eligentibus, ita composita, ut ager ille Hispanis adjudaretur. Magnificentissimum Regis in Lutetiam ingressum post celebratas nuptias cum refert Autor, Ludovicum ob egregiam regendi equi scientiam laudans, in hac solennitate similem eundem fuisse judicat Alexandro, qui Bucephalo domito universæ Macedonizæ admirationi fuerit.

Anno mox sequente Cardinalis moritur, atque ipse Ludovicus solus regni habenas moderari incipit. Ubi Autor occasionem arripit animi bona & virtutes ejus depraedicandi. Duos vero etiam in eo fontes vitiorum observat, ambitionem & amorem. Odium & violentiam, qua usus est erga Protestantes, religionis in qua educatus est indoli & principiis, & Cleri artibus, qui ei veritatem occultabant, & non erubelcebant Protestantes tanquam oppressores Catholicorum criminari, adscribit. Justitiae studuisse ex eo apparet, quod ipse aliquot hebdomadis dies audiendis supplicationibus & precibus etiam infunorum destinaverit, efficeritque adeo, ut populi animor non solum in Parlamentum sed & Regem ipsum ferretur. Ceterum amorem Regis in Valieriam etiam primis matrimonii annis incauississe narrat, creditque Autor illum erga sc̄emianam singularis ingenii miraque in ipsam Ludovicā personam affectionis amorem non indecentem haberi potuisse, nisi severitas Christianæ religionis eidem adversaretur. Neque etiam conjugii, quamvis recens inita, vincula continuuisse Ludovicum, quo minus injuriam legato suo destinato (ut circumstantie loquuntur) consilio ab Hispanico legato Londini illatam bello ulcisci in animum induceret. Ceterum Regem Hispanizæ ad minaces literas & nuncios respondisse: facere Ludovicum more juvenis & bellicosi Principis, se autem patrem se gerere æquum esse, & pacificum, proque æquitate in legatum suum animadversurum. Misso etiam legato publice id factum excusasse. Quod cum in publica solennitate factum esset, adjuncto promulso, numeri quanti

quam legatum Hispanticum primi ordinis cum Gallico ejusdem dignitatis eodem loco simul futurum, Ludovicum sermone ad præsentes converso ita interpretatum esse, quod prærogativa & primo loco sibi Rex Hispaniæ cesserit. Nato Delphino Ludovicum Turenno confirmasse, nihil magis in votis se habiturum esse, quam ut ipsius ductu ad res maximas formaretur atque educaretur, nisi religio, quam tum adhuc profitebatur, obstatet. Cororum factum, quo legati ipsius domum Romæ militari more obsederant & violaverant, Ludovicus Papæ ejusque agnatis, ita contentum, quo legatus eos despiciebat, ulturis imputans, gravem iram concepit, nec conquievit donec ad durissimas conditiones Papa descenderet, missis deprecatum quibusdam agnatorum suorum.

Lotharingiz interim Ducatum, ejus Principe varii & nunquam constantis ingenii & consiliorum, persuasionibus inducto, & ultro cedente, (mox facti pœnitentia ducto,) in perpetuum Galliz vindicavit, documentisque hanc cessionem publicis inscri jussit. Dunquercam ab Anglis quinque millionum pretio emit, & mox Batavos induxit, ut hujus citionis ratihabitionem in se susciperent. Lusitaniz Regem copiis submissis juvare & re sua esse dicens, quamvis ea res contra pacta Pyrenæa pace inita pugnaret, excusatione usus est, quod paritor Ferdinandus Imperator, et si Westphalicz pacis conditionibus ad nulla auxilia contra Gallos ferenda teneretur, tamen contra Anglos cum Gallis militantes eadem mittere non injustum censuerit, præterea Turennum saltem Regi cognitione sibi juncto eadem subministrare pretexuit. Mox Lotharingiz Duce, quædam loca retinere cupiebat, nec usu fructu saltem ditionum suarum sibi ad dies vitz relicto contentum, ipse eo profectus Marsaliuum sibi dedere cogit. Eo jam tempore Batavos de securitate sua sollicitos meditatos esse efficere, ut quædam provinciæ media inter ipsos & Gallicas ditiones existerent, Autor testatur; Regem adeo ipsa spem fecisse, se consensurum, ut Belgium Hispanticum in modum reipublicæ sui juris existentis gubernaretur, quod tamen consilium (licet magnum negotium vel consilium a Ludovico vocari sueisset) effectu destitutum, quod va-

riis conditionibus idem circumscribere vellet, ipse met scilicet jam tum possessioni earum regionum inhians. Scientiarum & artium tutelam fundata Academia Scientiarum & Pictorum in se suscepisse, navigationis in exteris regiones & rei maritimarum in universum curam gessisse, & piratas Africanos diversis temporibus repressisse Ludovicum, memoratur. Versalarum etiam magnificentum opus anno 1664 inchoatum, eodemque anno & aqueductum duo maria conjungentem cœptum, notatur; huncque a Riqueto Biterrensi, auxiliis regii opus agresso, anno 1680 esse perfectum, anno 1681 experimentum ejus primo factum. Quieta scilicet omnia in regno erant, vacabatque Regi his curis incumbere, & auxilia Imperatori contra Turcas submittere, quorum virtutem in prælio ad Gothardum Autor deprehendit.

Paulatim deinde bellorum continua series propullulavit, decadente Philippo Hispaniarum' Rege, quem secuta est mox mater Regis Anna Austriaca. Præcessit tamen bellum inter Anglos & Batavos, quod Ludovicum legatione in Angliam missa prohibere voluisse, cumque id non posset, ipsum Anglis bellum indixisse, perhibetur. Ceterum auxilia ejus contra Monasteriensem Episcopum missa Batavis ex hac parte securitatē præstiterunt, sed naves Batavis ex feedere submittendae cum classe eorum nunquam conjunctæ. Bona fide hac in re, non tergiversationibus, usos Gallos judicat Autor, & saltem fato cuidam tribuendam rem eam esse. Cum vero jam tum vulgus Batavorum amoris in Arausioensem Principem, et si juvenem admodum, signa ederet non levia, Ludovicum veritum, ne si ipsi a populo aliquando suprema potestas tradita esset, Anglorum imagis quam suas partes sequeretur, omnibus artibus annis, ut eum ab omni spe lantiori remotum teneret. Interim finem harum turbarum pax Bredæ inita fecit, quam excepit magis bellum ab ipso Ludovico excitatum in Belgio, instinctu, ut retur Autor, Louvoisii. Ejus prætextum fuisset devolutionis, quo Brabantia Ducatus cum totius fere Belgii provinciis usus sit, vi cuius liberi ex primis nuptiis orti liberis secundarum nuptiarum in successione terrarum anteferantur.

Nec

Nec tamen ut in ovile lupum, sic Ludovicum in has provincias irruisse Autor contendit, tun controversiam illam scriptis statim post mortem Philippi agitatam, imo matrem etiam Ludovici morti proximam, accito legato Hispanico, hortatam esse Hispanos, ut filii sui desideriis ex æquitate satisfacerent. Primo impetu Ludovicus magnam copiam urbium Belgicarum in suam potestatem redigit; moxque velut contentus esset præda parta, pacis conditiones offert; quæ cum Hispanis non essent ad palatum, ut eos vi ad illas accipiendas compelleret, Burgundiz etiam Comitatum ipfis eripit, & quamvis hi successus fidem non ficerent eum promissis staturim, Batavique jam milites colligerent, de securitate sua timentes, tamen iisdem fere conditionibus, quas primo proposuerat, pacem Aquisgrani facit, restituto Hispanis Burgundia Comitatu. Circa quod tempus etiam pax inter Lusitanos & Hispanos coauisit.

Ceterum quo Aquisgranensis pax esset durabilior, vel potius quo contra potentiam Gallicam indies increscente in Belgium Hispanticum defenderetur, faciliusq; a finibus Fœderati Belgii Galli arcerentur, triplex fœdus inter Batavos, Suecos & Anglos percussum; quam dissidentiam Batavorum Regi admundum dispuicuisse, sed tum dissimulatum odium suisse Autor ait, breveque post majori bello poenam de iis sumtam.

Interea Venetis ultimo auxilia (nam & antea suppeditata attingere non licuit) in Candiam submissa, quæ cum infelici eventu ob temeritatem ducujs contra Turcas pugnassent, secuta est deditio totius Insulæ & urbis Turcis facta. Jo. Casimirus Poloniæ Rex abdicato imperio in Galliam se confert.

Ceterum non solum alienatorum a se Batavorum signa, sed & satyricos eorumdem libellos & monetas permovisse Ludovicum resertar, ut configare eosdem constituerit. Primo itaque, ut consilia eorum irrita redderet, triplex illud fœdus dissociasse, in partes suas pertractio Anglia Rege per sororem ejus Ducem Aurelianensem, & Episcopos Monasteriensem & Colonensem contra eosdem concitasse & conduxisse. Batavos ingruentem tempestatem prævidentes, cum legatione missa flectere Ludovicum non possent, Arauionensem Principem ad Anglia Regem

gem bellum deprecatum misisse, sed frustra. Auxiliis itaq; undiq; accitis, & factione Principis Arausisionensis jam prævalente, quæ favore plebis fulta ortu& fundationem Reipublicæ huius familiæ auspiciis deberi contendebat, ipse, quamvis vix 22 annos natus, bello terrestri præficitur, hivitis quidem Wittoris. Primi Angli nondum indicte bello classem Batavicam Smirna reduntem invadunt: Ludovicus post bellum promulgatum, cuius causam solam ingratitudinem prætexebat, rapidissima felicitate ingentem numerum urbium Batavicarum expugnat, ad Ultrajectum usque accedens. Rhenum in hac expeditione transmissum nullo ponte facto, inter memorabiles & mirandas actiones Regis referri solitum, etiam Autor prædicat. Nardenum jam tenentibus Gallis, jam in eo res erat, ut idem Muda occupata cataractas, quibus Amstelodamensis urbs anunitur, in potestatem redigerent. At fortuitus hunc successum casus inhibuit. Nam turmae equitum Gallorum nullo certo consilio Mudæ appropinqui, quanti magistratus urbis obviam processerat claves traditurus; mox vero errore cognito claves ex eorum manibus repetierat, urbemque, accendentibus mox auxiliis, quibus hostiles insultus arceri poterant, tutam clauserat. Rebus adeo desperatis populus nullam aliam salutis rationem credens Arausisioni Principi imperium universum vel vicariatum desert, securaque est statim cedes Wittiorum fratrum, plebe furibunda omniem malorum causam ipsis imputante. Prælio navali gravissimo inter Anglos, quibus & Galli accesserant, & Batavos coimmissis utraq; pars æquo Marte pugnavit, utraq; saltem triumphum cecinit. Elector Brandenburgicus ad opem Batavis ferendam primus accurrerat, sed Imperatoris copiis, quæ subsidio venire debuerant, tardius adventantibus, ad pacis conditiones descendere cogitur, neutrarum partium se toto bello futurum promittens. Media hyeme Luxemburgius dux tentata in inferiora Hollandie irruptione, cum tempestate prohiberetur, in loca quæ tenuerat omnis generis crudelitatem militibus indulget, quam injuriam, ut dignum, atro cultulo Autor notat.

Insecutaestate cum jam exercitus Imperatoris, indicte Gallis scilicet & ab Imperatore & Hispanis bello, Bonnai cepisset,

episset, jamq; videtur Galli, qui in ulterioribus Bataviæ erant, seditu excludendi, Ludovicus præsidia sua e captis urbibus deducit; qua in re moderationem Regis paucis heroibus familiarem admiratur Autor. Iisdemque temporibus classes iterum tribus continuis præliis certant, victoria in neutram partem inclinante. Sequentे vero anno Angliae Rex pacem facere a Parlamento suo cogitur, & Monasteriensis ac Colonensis præsules ad pacem cum Batavis & Imperio colendam adacti. Galli igitur desituti Comitatum quidem Burgundie, ad temeritatem, ut Noster ait, Hispanorum pacem Aquensem violantium puniendam, ductu Regis in potestate suam redigunt. In Germaniam vero mox maxima vis belli translata. In prælio ad Sinzheimium Gallici peditatus virtute equitatus servatus, Germanici equitatus fortitudo peditatui salutem atulit. Turennius aucto exercitu Palatinatum Rhenensem misere depopulabatur. Nec minus acriter in Flandria certatum. Galli inferiores numero vallis se teneant, duce Condæo, Fœderati oppugnationem eorum & re sua non censentes, exercitum in alia abducunt, postremum agmen aggreditur Condæus, unde atrox pugna vel potius tritia prælia eadem die exorta, ad auxilium suorum totum Fœderatorum exercitu converso. Nox pugnam direxit, ambo exercitus locum in quo pugnaverant tenuerunt, sequenti vero die Fœderati alium commodiorem locum occuparunt. In Catalonia Galli prælio vici, & Grava ab Arausiaco sub finem æstatis iis erpta, concedente hoc Ludovico precibus Angliae Regis, ut ait Autor, quo Principis hujus gesu decus aliquod accederet.

Sequenti anno Turennius, qui circa prioris anni finem Germanos binis vicibus Rhenum transgreditos ultra illum fluvium rejecerat, eorum exercitum in angustum adeo locum sibi conjectisse videbatur, ut sine magna clade effugere non posse videretur, eoque de victoria adeo persuasi erat, ut præter solitum confidentius ad Regem scriberet; mox vero globo tormentario ictus perit: unde exercitus ejus in maximum terrorem conjectus eis Rhenum se recipit. Mortuum & Rex & exercitus acerbo luctu prosecutus est, ille autem regis familiae tumulis eundem

inferri iussit. Crequius, qui ad Trevirim obsidione liberandam accesserat, justo prælio victus; & jam Sueci Gallorum sœcii, quæ Electoris Brandenburgici, novo foedere Cesareis juncti, terras intraverant, in Pomeraniam rejecti. Tandem bellum maiorum cum omnes tandem, de pace agi iterum cœptum, postquam negotiations, ante biennium Coloniz instituta, ob abductum Imperatoris jussu Furstenbergium, Gallis contra patriam operam navantem, irritæ fuisse. Rex Angliae mediatoris munus in se suscepit. Neomagnum locus conventui opportunitus habitus: nec tamen interea ab armis cessatum. In mari quod Siciliam attulit, in qua insula bellum ob Messanensium seditionem ortum, tribus præhis acerrime certatum, e primo & quo fere Marte discessum, in secundo egregium Batavorum navarchum Ruyterum cecidisse dubia etiamnum victoria, in tertio sine dubio superiores fuisse Gallos. Autor refert, eorumque virtutem deprædicat. Sequenti etiam anno bellum continutum, tergiversationes in pacis negotio inachinantibus Gallis varias; moræ tamen ejus causam in Imperatorem & Hispanos conjicit Autor. Valentianam in Belgio initio anni ejus expeditionis primo impetu, nitro atque militum suorum, Rex ipse caput; Cameracum expugnat, Fanum Audomari Aurelianensis virtute recipit, Arausiaco Principe liberationem obsecrata urbis frustra tentante. Germanicus exercitus, ad Campaniæ fines accedens, a Crequio ulterius progrederi prohibetur, quin eum se recipierent Crequius fecutus ultra Rhentum, Friburgum expugnat. Postremo belli anno stratagemate Rex usus Metim progreditur, tanquam in Germaniam impetuim facturus, mox in Belgium conversus Gandavum & Ypras capit nullo negotio. Domum reversus pacis conditiones offert, non quidem Federatis gratias, interim tamen de armisstio conventionem: Ludovicus copias ex Sicilia deducit. Cum tandem Federatis res suas separatiim curantibus die plenisq; & cum plenisq; transactum esset, dubium ortum, quod Ludovicus sex loca, quæ se redditurum stipulatus erat, retinere vellet, donec sœcio suo Sueciæ Regi sua essent redditæ. Anglia ergo Rex cum Batavis foedus imit, ut eum compellat, quod ab hac fidelitate discedat. Vecum ut hæc difficultas sine

sine jactura existimationis Gallice solvi posset, Legatum Suecæ vinculo promissi Ludovicum publice solvere placuit. Quo facto primum Batavi peculiarem pacem inceunt: quamvis Gallis interea Montes Hannoverianos clausos tenentibus, eadem die, qua nuncius pacis expectabatur, Arausioensis eorum castra graviter oppugnaret, prælio nonniſi nocte diremto. Deſtitutus ergo a Sociis Elector Brandenburgicus, a Gallis facile ad accipiendas conditiones, & restituenda Suecis omnia, quæ iis antea ademerat, adigebatur. Hæc de primaria in hoc libro expositis eventibus dicenda nobis videbantur. Ceterum Autor alia etiam non parum curiosa suis locis & temporibus convenientia insperfit, veluti relationem de ortu controversiarum Janseisticaum, variisque in hac causa publicatis regiis edictis, aliisque ad compescendum furorem duellorum, a Regina matre propositis; de codice item Ludoviciano non parem autoritatem cum Justiniano consecuto, ob eam rationem, ut credit Autor, quod non Tribonianus aliquis ad eum componendum adhibitus fuisset; quæ tamen ornaia brevitatis studio a nobis sunt prætermittenda.

## DELLA POESIA DE SANTI PADRI GRECI E

Latini,

h. c.

*DISSESSATIO DE POESI SS. PATRUM  
Græcorum & Latinorum, Autore SEBASTIANO  
PAVLI, Clerico Regulari Matris Dei.*

Neapoli, ex officina Bern. Michael. Raillard, 1714, 8.

Plag. 18.

Cum abusus Poetices hodie maximus sit, præcipue in iis, qui gentilium Numina versibus nascunt, & ad amores suos exprimendos eadem utantur, Autor usum ab abusu distinguitur, ne in ipsam Poesin culpa transmittatur, hanc sibi de Poesi primorum Patrum materiam tractandam sumit. Ostendit autem primo quidem exemplis multorum Patrum, culturam literarum humaniorum cum religione Christiana minime pu-

p. 2.

4.

6.

I. 3.

gnare.

- p. 18. gnare. Inter alia D. Pauli quoque mentionem facit, locumque Roman. XII, 2, *Qui resistit potestati Dei, ordinationi divine resistit*; ex Callimacho desumptum esse dicit, quod quidem a nemine virorum doctorum hactenus observatum esse meminimus. Fines autem Poeseos Patrum binos constituit, alterum, quod eandem excoluerint ad gloriam nominis divini, quam rem, licet per se pateat, multis tamen exemplis Noster adstruit: alterum, ut historiam sacram, moresque homine Christiano dignos eleganti dictio[n]is genere exponerent. Neque tamen prorsus excludit delectationem, quam sacerd[ic]a quoque coloribus suis depicta cum voluptate legantur.
21. 28. 67, 8. 80. 84. 98. 100. 133. 141. 145. 148. 153.
- His absolutis ad inventionem & elocutionem Poetarum Christianorum considerandam se accingit. Prioris, quae in fictione poetica consistit, genera tria facit, quorum prima est, quando res prossus novæ singuntur, quod tamen a Poeti Christianorum Patrum prossus alienum putat Autor. Observat enim plurimos a commenoriandis gentilium numinibus prossus abstinuisse, ex quo etiam fonte Carmen de Propheticæ Lactantio abjudicat, quod nomina deastrorum in eodem nimis frequentia legantur. Fuere tamen, quod non diffitetur, quidam, qui ea in carminibus suis commemorarent. Alterum fictionis poetica genus est, quando historiz, quae ceteroquin vera est, circumstantiz quædam adtexuntur, ad conciliandam carminis elegantiam. In qua quidem genere pauci reprehendendi sunt, in quibus Cl. Marius Victor, qui *Genesim* suam ejusmodi ineptarum additionum fugo deformavit potius, quam exornavit. Sequitur tertium fictionis genus, quando illam sententiaz cuidam vel philosophicæ vel Theologicæ superstruunt, ita tamen ut deinde ex ipso Poetæ cerebro quædam addantur. Hoc vero Poetas Christianos decere probat, his rationibus adductus, 1 quod Philosophos, qui tum temporis majorem & pejorem Paganismi partem constituebant, imitari viderentur; 2 quod Philosophi, ut ait Tertullianus, essent hereticorum Patriarchæ: adeoque verendum erat, ne per usum Philosophicæ nova vocabula & dogmata in orbem Christianum introducerentur; 3 quod Christiani verbo Dei potius, quam aliorum traditis fidem habere debeant. Tom

tam hanc rem duobus exemplis, Juvenci, qui *barabrum morte Platonicorum pro inferno posuit*, & Paullini Nolani, qui *via letæ in carinibus suis mentionem facit*, prolixè confirmat. Alios deinde profert, qui singulares in quibusdam rebus opiniones assūserunt, sed inde non sequi putat, eos extrasse. Sic Prudentius credidit, ea nocte, qua Christus surrexit, quotannis dolores damnatorum aliqua ex parte leniri. &c.

p. 159.

173.

175.

188.

Tandem Autor objectionem illam sibi proponit, quod si omne illud fictionum genus a Poesi sacra abesse debeat, non esse Poesin, quippe quæ non versetur in describenda veritate, sed potius in eadem variis coloribus depingenda & expolienda. Hic prolixus est Autor in stabiliendis Poeseos sacræ, & Hebreæ cumpromis laudibus, quippe quæ etiam pulchritudinem hanc habeat. Distinguit enim inter *verum in abstracto & in concreto*; sive ut appellat Muratorius, *universale*, quod est in potentia, & *particularē*, quod re ipsa sit. Hic ergo negari non potest, Poetas sacros aliquando talibus uti pigmentis, quæ nec sunt, nec facta sunt, fieri tamen poterant, nec Deo vel naturæ sunt impossibilia. Adeoque, ut Noster exemplis comprobat, sunt etiam Veneres Poetis Christianis, qui fictiones hujusmodi satis feliciter adhibuerunt, sine tamen alteratione veritatis. His exemplis vero reliqua pars totius operis clauditur. Insunt huic libro digressiones quædam, & aliquanto longiores, e. c. de origine Poeseos, quam Autor hanc esse statuit, quod anima nostra gestit laudere Deum, p. 21: porro p. 47 f. prolixè deducit, Poesin medianam esse Historiam inter & Rhetoricam, item filiam Philosophiæ moralis; & alia hujuscemodi, quæ prætermittimus.

202.

**JOSEPHI PASINI, SAC. THEOL. DOCT.**  
**Colleg. & in Seminario Patavino Linguarum Orientium**  
**Acad. Dissertatio Polemica de Præcipuis SS.**  
**Bibliorum Linguis & Versionibus.**

Patavii, typis Seminarii, 1716, 8.

Plag. 12.

Orig.

**O**riginem lingue a Deo esse peteадam statuit Autor, cum Adamus ipse Dei in horto ambulantis vocem intellexerit, de natura vero conflet, quod, licet rationem homini largiatur, sermonem eidem non praebeat, exemplo Pfammetici Regis Egyptiorum id probante, qui infantes, quos ab omni societate remotos in sylvis enutrirī jussit, invenit antitos. Neque tamen negat, aliquam linguam ab hominibus excogitari posse, cum ope rationis ex varia vocum modulatione, diverso motu literas distinguere, dictiones longo usū & imitatione componere quis queat. Eodem modo iuxta Autorem nostrum *confusio linguarum* Deum habet autorem, ex qua postea ceteræ lingue propulsularunt. De quarum linguarum literis & characteribus singuli dispersi cogitare coepérunt, Noacho, penes quem lingua fuit prima & veri Dei religio, characteribus linguæ primæ Samariticis scilicet ab Adamo usque aut Setho inventis, remanentibus. Lingua Ebreæ nominatur ab *transitu Abraham*, ejusque literæ tales olim fuisse videntur Autori nostro, quales nunc a Samaritanis adhibentur, qui cum nulla puncta huc usque agnoscant, illorum quoque opinionem minus probabilem ipsi reddiunt, qui vel consonis coæva, vel a Mose, aut Esra aut viris Synagogæ Magnæ adjecta ea statuunt. Transiit itaque ad Masorethas, circa annum 600 post Nat. Christi vocalium accentuumque notas hodiernas excogitantes, sacro-que textui apponentes, ut constans ubique locorum Scripturæ esset lectio, frēnumque audacibus hominibus injiceretur. Ad quod addere potuisset ingentem ruditatem & ignorantiā interarum sacrarum, quæ ex defectu scholarum, populo in exilio ab uno in alterum locum migrante, vitæque sustentandæ alimenta petente, oriebatur, quæ sine ullo dubio haud parum contulit ad Misoretharum propositum maturandum. Probat autem suam sententiam ex Christianorum Judæorumque silentio, cum Hieronymus ipse nullam vocalium punctum curvum mentionem faciat, & Talmudistæ de germana vocum lectione sèpius disputerent. Neque tamen existimandum esse ait, Masorethas pro lubita sacram orationem punctis apicibus que distinxisse, sed ita tradidisse, ut a majoribus ad ipsos pervenit,

qua

qua propter ab eorum distinctione temere haud esse recedendum concludit. Libros Tobiz, Judith, Esther, Baruch, Sap. Ecclesiastici, & Machabiorum, ab Ecclesiastica in canonem esse receptos, negat Noster. Progreditur ad ~~תְּנִינָהָה~~  
~~תְּנִינָהָה~~ correctionem scribarum existimatque, eam vel ad Esram ex variis codicibus lectionibus eam feligentem, vel ad Rabbinorum figura cum Bellarmino & Sixto Senensi esse referendam. Videtur autem ista originem suam nacta post tempora Hillelis ultimi, cuius codex pro autographo est habitus, ita ut illa, quae in ceteris codicibus emendanda reperirentur, ex illo fuerint correcta atque servato textu ex timidiuscula prudentia margini adscripta. Post pergit ad *Masoram*, *Keri Chetib*, *Talmud* & *Cabbalam*, enarratisque partibus operis Talmudici, acerbum scelus praebet ejusdem censorem, appellando *sacrilegium*, *blasphematum ac diabolicum* libellum, eo quod multa in Deum, Christum &c. Virginem blasphema contineat, quod mirum, cum constet, ex plerisque editionibus illa verba, quae in Christum &c. Virginem sunt inventiva, esse ejecta, cetera autem quam plurimum conferre ad S. Scripturæ sensum clariorem eruendum, ceremonias in templo usitatas cognoscendas, jura Ebororum perpendenda, ita ut sua debeat ipsi laus, sua reverentia. Quod ad fabulas attinet, quisque qui Judæorum arca-  
na delibavit, fatebitur, eas non semper tales esse, quales habentur, sed sepius sani aliquid sobriique sub iis delitescere, cum Judæi pro more orientalium variis sub allegoriis, similitudinibus, parabolis theses suas proponere sint sueti, quae lectori primo momento fabulas ineptias redolent. Idem in Cabbala universæ Theologie & Philosophie systemate contingit. Dein versionibus Græcis enarratis versiones tangit Latinas, quarum celeberrima ipsi videtur Vulgata Hieronymum habens autorem, quae multos atque magnos initio nacta adversarios, fidélitate autem ejus cognita ab Ecclesia fuit recepta, & tandem a Conc. Trid. Sess. 4 Can. 2 approbata & pro-authentica declarata, non, inquit Autor, ut fontibus Græcis & Ebraicis sit preferenda sed aliis Lat. versionibus, relictis exemplaribus in eodem authentia factu, quo prius fruhenatur: dein asserit Noster, autoritatem a

Concilio Versioni Vulgatae tributam' non esse *indefinita* accep*tiendam*, sed *definita*, sc. eam nihil habere fidei bonisque moribus repugnare & in genere versionis optimam esse, atque adeo nullum in ea reperiri ne scribarum quidem errorem, minime asseruisse Ecclesiam, nec eorum industria cohibuisse, qui linguarum periti & in sacris litteris mediocriter versati aliqua melius veritatis potuisse docent, aut certe commodiiores ex primitu*ri* textibus sensus erui, quam*e* vulgari editione haberi posse sunt. Idem jam notarunt Rich. Simon in Hist. Crit. V. T. Wallenburchii, & ex Protestantibus S. Venerabilis Abbas Fabricius in Amoenitatibus Theologicis p. 378 & in Confid. Controv. p. 150. Hodiernum Pentateuchum Samaritanum non esse aliud a Pentateucho Mosis, statuit Noster, quo usi sunt olim Samaritani, in multis tamen mendosum & maculatum partim ex Samaritariorum malitia, partim ex scribarum incuria. Denique agit de versionibus Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Persicis, & Aethiopicis, recensetque libros codicis Ebræi juxta ordinem Judæorum dividentium Codicem in תְּנַךְ, תְּנַךְ וְ נִבְיאִים & בְּשָׁרֶבֶת Legem, Prophetas & Hagiographa. Addit quoque libros, qui Deuterero-Canonici Romano-Catholicis audiunt, cum Ecclesia olim de autoritate eorundem dubia fuerit, dein vero lectionem eorundem Catechumenis, post reliquis fidelibus permiserit, non ad dogmatum confirmationem, sed ad solam populi instructionem, ac tandem inter Canonicas & divinas Scripturas retulerit. Sunt vero illi liber Sapientie, Ecclesiasticus, primus & secundus Macchabaeorum (tertius enim & quartus habentur pro apocryphis) Baruchi, Tobia & Judith. Similiter recenset libros N. T. existimans, Evangelium Lucæ ex Apostoli Pauli concionibus suisse collectum, quam sententiam olim tuitus est Irenæus apud Eusebium in hist. l. 5 c. 8: Epistolam Pauli ad Ebraeos Ebraico idiomate esse conscriptam, Græca autem versione donatam vel a Luca, vel a Clemente, Eusebio l. 3 c. 38 idem docente. Ultimo inquirit Autor, num autographum Græcum integrum extet incorruptumque, ut justa possit esse & recta veræ lectionis regula, quæ controversia agitata prolixè in edit. Gallicana-N. T. Theolog. Portus Regii: concludit vero Autor, Græcos hodie-

hodiernos Codices N. T. optimos esse, ad quos corrigi & emendari possint omnes versiones, non ita tamen puros esse, ut iis solis semper acquiescendum sit, sicuti nec veteres interpres ob solam antiquitatem semper preferendi. Sub finem libri illustravit Autor loca quedam S. Scripturæ ex Ebraico idiomate Rabbinorumque commentariis, iisdemque demonstravit commodum, quod ex solida cognitione linguae Ebraicæ percipi queat.

## DELLA LAGUNA DI VENEZIA TRATTATO.

i. e.

TRACTATUS DE LACU VENETO, AU-  
TORE BERNARDO TREVISANO, P. V.

Venetiis, apud Dominicum Lovisa, 1715, 4.

Plag. 18 Tabb. 2n. 3.

**Q**uoniam illustris & doctissimus Autor opusculum hoc ideo, ut ederetur, minime conscripsisset, attamen, postquam manuscriptum diu in hominum manibus fuisset & ab homine ignoto imperfecte satis editum, tandem passus est illud a se accurate revisum auctumque publice denuo luci exponi, saltem ut prodrorum majoris operis. Ceterum serem utiq; gravissimum aggressum non dissimulat, quod quemadmodum Jo. Bapt. Ignatius recte dicat, quod, *quisquis quodammodo deterrimentum publicis aquis inferre ausus fuerit, is hostis patriæ disiudicari debeat*, ita e contrario nemo majus atque illustris amoris in patriam dare testimonium possit, quam qui modos, qui facere ad conservationem aquarum queant, diligenter investigaverit. Divisus liber est in partes quatuor. In prima docetur: Lacui Veneto nunquam vastam illam extensionem neque insolentem fuisse figuram, quam multi sibi imaginentur, perstringiturque in primis Sabattinus, quo Autore palus non interrupta a Sabio ad Ligontium in longitudine perfecta fuit, in latitudine usque ad montes Patavinos excurrit, Tarvisiumque superavit, & Portum Naonis constituit, porro que tria millaria pone Ravennam, duodevigiati ultra Patavi-

Præf.

p. I &amp; 2.]

4.

5.

um

K 2

## ACTORUM ERUDITORUM

p. 6.

um & quindecim supra Tarvisium, sinuosa divertit. Nostet Loretum, Adriam, Equilium, & Heracleam, limites constituit, quibus facies Venetus cum ab aliis lacubus tum a terra firma olim separatus fuerit, atque id ex variis monumentis demonstrare fatagit. Quod vero ad illos pertinet terminos, qui mare inter & lacunam intercesserunt, duorum testimonio autorum utitur, Livii & Caffiodori, ostendens, nullam in estuariis illis ab antiquissimis temporibus ad Caffiodori evum, hoc est, ad ipsam civitatis Venetae originem, factam mutationem, sive que similem etiam in illam paludis partem esse hominumque operibus adhuc minime alteratam. Quod ut eo luculentius ante oculos ponat, Tabulam addit Geographicam, qua lacus Venetus, qualis usque ad finem septimi saeculi fuerit, describitur atque explicatur. In altera vero libri sui parte Ill. Treviranus contendit, si lacus Venetus ad minorem redactus sit extensionem aut ad aliam figuram, id non alii rei quam variis hominum operis adscribendum esse: quod quidem confirmat, dum diligenter disquirit, quo ordine & quo tempore quæque illarum operarum facta sit. Antea vero duos alios easque vicinos lacus in exemplum producit, Comaclensem & Patavinum: quorum in illo vel nullam vel admodum exiguum figuræ ac dispositionis mutationem factam esse docet, quippe operationibus hominum parum inquietato: hunc contra, propter causas contrarias, magnis oppido mutationibus subiectum fuisse demonstrat. Quibus expositis ad ipsum lacum Venetum progreditur, quem ob eadem rationes in aliis partibus alteratum, in aliis destrutum, in aliis denique omnino conservatum perhibet. Ostendit, quomodo primi nascentis Reip. cives id maxime allaborarint, ut civitatem a fluctibus maris securam præstarent, ac terras illas magis magisque extenderent, quæ habitationibus ipsorum atque usibus inservire posse viderentur. Mentionem hic facit de aggeribus, de fossis & canalibus, de Brentæ fluminis aliorumque ductibus, deque aliis operibus, privata plerumque commoda magis quam publicum emolumentum promoventibus. Docet, quomodo Senatus Venetus, incommoda hactenus nata respiciens, Anno 1611 d. 10 Martii decreverit,

43.

ut la-

at lacus in pristinam suam formam penitus restitueretur, de-  
structis aggeribus, eradicatis arboribus, cunctisque dirutis edi-  
ficiis atque operibus, quæ essent in continentि recens excitata.  
Meminit etiam alterius Senatus Consulti, quo d. 19 Febr. 1644  
constitutum fuit, ut, Collegio aquarum adscripti, quoties delibe-  
ratio instituatur, novo juramento adstringantur, quod proprium  
in ea re commodum haudquaquam versetur. Quæ dum diffe-  
rit, de iis quoque mentionem facit, quæ ipsa natura lacui acci-  
dant, mutationemque aliquam afferre ei potuisse videantur, quæ  
tamen sola ad illam hanc sufficeret existimat. Sequitur tertia  
libri pars, ubi ostenditur, ea quæ operati sunt homines in lacu  
Veneto, tum demum admittenda fuisse, cum aut non impe-  
diverint aquarum cursum, aut eundem etiam promoverint.  
Quo loco totius Lacus topographia annexitur, declaraturque  
in quibus partibus, propter quæ opera, aut exoptati aut finistri  
nati effectus sint. Tandemque parte quarta concluditur, id  
unum maxime semper observandum esse, ut nullo modo co-  
hibeatur, sed promoveatur potius atque augeatur aquarum flu-  
xus, ita ut aquæ superiores continuas impressiones in inferiores  
faciant, neque his unquam aut fundus aut partes laterales im-  
pedimento atque obsaculo sint: qua ratione fieri necessum  
sit, ut labores & sumptus minuantur, ipseque lacus perpetim con-  
servetur. Differit hac occasione Autor de excavationibus ad pro-  
positum finem accommodatis, itemque de instrumentis neces-  
sariis, rejectisque iis, quæ adhuc in primis usitata fuerunt, illud  
collaudare videtur, cuius exemplum e Dania allatum meminit:  
sed neque hoc ipsum ut plane perfectum proponere audet, alii-  
que hanc disquisitionem relinquens, sive eum esse negat, qui  
instrumenta mechanica invenire, nedum construere aut pos-  
sit aut velit: id unum sibi propositum fuisse, ut casus illos pu-  
blice exponeret, quibus demonstraretur, magnos labores, ma-  
gnasque istas expensas, quæ factæ propter lacum essent, aut  
parum proficuas aut etiam damnosas fuisse, quoties cursus aqua-  
rum non redditus expeditior fuerit: de cetero, utrum homines  
confilium a se propositum hoc an alio instrumento exequantur,  
id se non magnopere curare: audere tamen dicere, leves ope-

p. 44.

18.

49.

102.

117.

120.

121.

123.

p. 124 seq. rationes, atque adeo etiam leves impensas semper sufficienes fore, ad lacunam non modo conservandam sed & commodiorum reddendam. Extremum illud est, ut cum iis qui forte placitis ipsius atque demonstrationibus non acquiescent, magnopere expostulet, zelumque suum & sinceritatem ab adversariis strenue defendat. Ceterum passim opus illustratur inscriptibus aliisque veterum monumentis, quibus recensendis hoc loco superedemus.

### Historie zweier Befehdungen.

h. c.

**HISTORIA DUARUM DIFFIDATIONUM,**  
*que Episcopatus Misnensis contigerant, Auctore M. CAROLO SAM. SENFFIO, Archidiacono Stolpenfi.*

Pirnæ, apud Georg. Balth. Ludewig, 1717, 8.  
 Plag. 10.

**P**Rior illa diffidatio anno 1504 accidit, quum Georgius Guttenstein & Eberhardus Brandstein, prior nobilis Bohemus, alter Misnicus, urbem Bischoffswerdam hostiliter aggressi diripuerunt, eamque Georgio Saxonæ Duci ob superioritatem territorialiæ intervenienti tradiderunt. Hic vero eam odio in Episcopum Misnensem Joh. de Salhausen usque ad annum 1507 tenuit, ita ut intera temporis nulli ad Episcopum reditus pervenirent. Cl. Autor rem totam secundum omnes circumstantias accurate persequitur, & errores quosdam Fabricii, Dresseri, & Peccensteinii annotat. Altera diffidatio facta est anno 1555 tempore Joh. Haugwitii, ultimi Episcopi. Autor illius erat Joh. Carlowitius, qui se ab Episcopo, cum hereditatem Nicolai Carlowitii, Episcopi, adiret, lœsum putabat, hinc totam Episcopi regionem, & in hac Stolpenam, Wurzenam, Mügellanam, Bischoffswerdam, multasq; villas atque sylvas hostiliter infestans. Quæ omnia multis documentis ad historiam Episcopatus Misnensis spectantibus illustrantur.

Superest

Supereft ut lectorem moneamus, posterioris dissidationis Acta pleraque in Cl. Schöttgenii historia Wurcensi (nam uterque liber eodem tempore prelum exercuit) legi posse.

## NOUVELLE BIBLIOTHEQUE &amp;c.

i. e.

**NOVÆ BIBLIOTHECÆ SCRIPTORUM  
Ecclesiasticorum Tomus XVII; Autore LUDOV. EL-  
LIES DUPIN, Doctore Theol. Par. &  
Prof. Reg.**

Amstel. apud Petrum Humbertum, 1711. 4.

Alph. I &amp; plag. 15.

**M**axima laude dignus est *Dupinus*, Vir Clar. qui suscepit opus de scriptoribus Ecclesiasticis omni ratione perficie studet, & cum alii, quibus idem institutum placuit, in seculo decimo quinto subsistant, is non tantum seculi decimi sexti scriptores jam dedit, sed etiam ad *decimi septimi* exhibendos eadem opera se accingit. Cumque nescio quo fato Tomi operis non nulli, eti jam pridem editi, nondum in Actis his recensiti fuerint, operæ pretium facturos nos utique arbitramur, si illos subinde quasi postliminio ad Supplementa hæc referamus. In eo, quem in manibus habemus, Tomo XVII labor Autoris in illis recensendis versatur, qui prioribus quinquaginta Seculi XVII annis inter Romano-Catholicos celebres fuerunt, ac uti eorum vitas paucis percurrit, ita eorum literarum monumenta persequitur pluribus, & quæ contineant, quæve occasione edita sint, enarrat. Agmen dicit *Cesar Baronius*, qui eti in duodecim Annual. Eccles. Tomis plures & historicos & chronologicos errores admiserit, & Græcas literas leviter attigerit, opus tamen maximopere utile summo cum studio condiderit, habueritque & adversarios, Isaacum Casaubonum, Julium Cæsarem Bulengerum, Henricum Ottium, Magendium, ac Pagium, ab aliis tamen refutatos, & continuatores sui operis, Spondanum, Bisciolam, Bzovium, Raynaldumque, & interpretes, qui id in Italicam, Gallicam, Germanicam, Polonicamque linguam transferrent. Ipsi jungi.

## 80. ACTORUM ERUDITORUM

jungitur *Antonius Gallonius*, ex libro de cruciatibus martyrum pri-  
mum Italice post Latine edito notus, & cum una cum illo typis  
impressus sit Hieronymi Magii (Maggi) liber de equuleo, obser-  
vatur, eum oriundum esse non ex Insulribus sed Hetruscis, ejus-  
que librum prorsus esse imperfectum; *Gallonium vero etiam*  
*historias virginum, vitas nonnullorum Sanctorum, in primis*  
*Philippi Nerii, vitamque monasticam S. Gregorii descripsisse.*  
*Excipiunt postea te invicem Hieronymus Vecchietus & Marcus*  
*Antonius Capella.* quorum ille in libro chronologico, Christum  
eodem die & Pascha celebrasse & S. Cenam instituisse, paneque  
azymo usum esse negavit, ob quam causam liber ipsius, Augu-  
stus Vindelicorum excusus, ad Ignem, ipse vero ad carcarem da-  
mnatus sit; hio vero libris de primatu Papæ & Episcopi R. cele-  
bris, sententiam illius una cum ea quam de mense & die nativita-  
tis Christi fovit, refutavit. Ab his transit Cl. Autor ad *Lucam Ca-*  
*bellint*, a quo nonnulla de electione & confirmatione sacerdotum  
Antisititum & canonizatione Sanctorum edita sunt, & ad *Petrum*  
*Morinum Parisiensem*, virum Latine, Graece Hebraice que doctissimum,  
qui in libris de recto scientiarum usu, in primisque  
tertio methodum studii Theologici prescripsiterit, Græcis in  
exhortatione ad eos facta, ut se Episcopo R. subjecerat, per-  
suadere conatus sit, in edenda Graeca Bibliorum versione Iusti Sixti  
V multum operæ navaverit, eaque septuaginta viris divini-  
tus dictatam esse contenderit. Tum ea affert, quæ de duo-  
bus Rom. Eccl. Cardinalibus *Bellarmino* ac *Baronio* dicenda ha-  
bet, ac ut illius controversiarum operis, quatuor tomos complectentis, cuius optimæ editiones ex sunt, quæ Venetam anni  
M DXCVI sequantur, summam recenset, ita potat, hunc virum,  
præclare doctum ac Reformatis parentibus natum ad Roma-  
no-Catholicos transiisse, ubi errores quain plurimos in Morzei  
libro de Ecclesia commissos observasset. Longus hic est Autor  
in enarrandis ejus scriptis, tribus tomis comprehensis, in quo-  
rum primo liber de Eucharistia contra Morzeum, in secundo  
concertationes cum Rege Angliae habitæ opeque Casauboni de  
nomine Catholicæ, quod Cardinalis Regi denegaverat, institutæ,  
& in tertio scriptum de legitima vocatione, qua reformati co-  
tus

p. II

19.

tae ministri destituantur, acta colloquii Fontis bellaquensis inter eum & Mornzuna habiti, ac dissertatio contra Danielem Tilenum de constitutionibus Apostolicis legantur. Brevitati studet in describendis vitis *Justi Lipsii* celeberrimi critici, qui etsi Jenæ in Saxonia (potius Thuringia) & Lugduni Batavorum publice juventutem instituerit, neutquam tamen Romano-Catholicæ religioni nuncium miserit, quin potius eidem constanti ardore adhæserit, ac cum Coornhert in certamen de hæreticis igne ferroque extinguendis venerit; *Martini del Rio*, quem nimis credulum fuisse, libri de disquisitionibus magicis, accuratum vero sacrarum Literarum interpretem, commentarii in Genesin, Canticum canticorum Threnosque, & tres tomis in difficiliora Scripturæ S.loca, & acerrimum disputatorem, scripta contra Scaligerum de Dionysio Areopagita arguant; *Henrici Cuickii*, Lovaniensis Doctoris; *Nicolai Serrarii*, cuius opuscula in unum volumen, quod in tres tomos divisum est, collecta sunt, in quibus præ aliis emineant Trilhæresium, de quo ipsi cum Scaligero & Drusio fuerit controversia, quod ea de causa secutum est Minerval, & libri de litaniis ac processionibus; *Benedicti Pererii*, Hispani, a quo prodierit amplissimus in Genesin ut & in Daniëlem commentarius; *Francisci Feuardentii*, qui, tametsi in historia ecclesiastica, in interpretatione Scripturæ ac in Theologia polemica egregie versatus fuerit, tamen sibi persuaserit, Supplementum commentariorum in Johannem, quod Jodocus Clichtoveus ex ingenio finxerit, esse Cyrilli Alexandriani germanum fœtum, ac cum id ei a Suarezio exprobratum fuerit, ita eidem succenserit, ut errores ab eo in adducendis scriptoribus commissos studio collegerit, ac in publicam lucem emiserit; *Guilielmi Estii*, ob commentarios in magistrum sententiaturum & epistolas Pauli noti; *Arnoldi Pontaci* (de Pondac) cui acceptum referant docti commentarium in Obadiam vatem cum interpretationibus doctorum Judaicorum, & Eusebii chronicon; *Petri Victoris Cajetani* (Cajet) qui Calvinii cœtum, relicto illo, variis scriptis impugnaverit, cum Molinæ de partibus quibusdam doctrinæ Pontificiæ in sermone congressus sit, ac historiz scribendæ se dederit; & tandem *Antoni Possevini*,

P. 37.

jungitur *Antonius Gallonius*, ex libro de cruciatibus martyrum primum Italice post Latine edito notus, & cum una cum illo typis impressus sit Hieronymi Magii (Maggi) liber de equuleo, observatur, eum oriundum esse non ex Insubribus sed Hetruscis, ejusque librum prorsus esse imperfectum; *Gallonium* vero etiam historias virginum, vitas nonnullorum Sanctorum, in primis *Philippi Nerii*, vitamque monasticam S. *Gregorii* descripsisse. Excipiunt postea te invicem *Hieronymus Vecchiettus* & *Marcus Antonius Capella*, quorum ille in libro chronologico, Christum eodem die & Pascha celebrasse & S. *Corneliam* instituisse, paneque azymo usum esse negavit, ob quam causam liber ipsius, Auguste Vindelicorum excusus, ad Ignem, ipse vero ad carcaram damnatus sit; hic vero libris de primatu *Pape* & *Episcopi R.* celebris, sententiam illius una cum ea quam de mente & die nativitatis Christi fovit, refutavit. Ab his transit Cl. Autor ad *Lucam Castellini*, a quo nonnulla de electione & confirmatione sanctorum Antislitum & canonizatione Sanctorum edita sunt, & ad *Petrum Morinum* Parisiensem, virum Latine, Graece Hebraiceque doctissimum, qui in libris de recto scientiarum usu, in primisque tertio methodum studii Theologici prescripsiterat, Graecis in exhortatione ad eos facta, ut se Episcopo R. subiicerent, persuadere conatus sit, in edenda Graeca Bibliorum versione Iussu Sixti V multum operae navaverit, eamque septuaginta viris divinitus dictatam esse contenderit. Tum ea affert, quæ de duabus Rom. Eccl. Cardinalibus *Bellarmino* ac *Baronio* dicenda habet, ac uti illius controversiarum operis, quatuor tomos complectentis, cuius optimæ editiones ex sint, quæ Venetam anni M D XC VI sequantur, summam recenset, ita notat, hunc virum, præclare doctum ac Reformati parentibus natum ad Romanico-Catholicos transiisse, ubi errores quam plurimos in *Mornzei* libro de Ecclesia commissos observasset. Longus hic est Aufor in enarrandis ejus scriptis, tribus tomis comprehensis, in quorum primo liber de Eucharistia contra Mornzeum, in secundo concertationes cum Rego Angliae habite opeque Casauboni de nomine Catholicæ, quod Cardinalis Regi denegaverat, institutæ, & in tertio scriptum de legitima vocazione, qua reformati cœtus

p. II

19.

tus ministri destituantur, acta colloquii Fontis bellaquensis inter eum & Mornzum habiti, ac dissertatio contra Danielem Tilenum de constitutionibus Apostolicis legantur. Brevitati studet in describendis vitis *Justi Lipsi* celeberrimi critici, qui etsi Jenæ in Saxonia (potius Thuringia) & Lugduni Batavorum publice juventutem instituerit, neutquam tamen Romano-Catholicae religioni nuncium miserit, quin potius eidem constanti ardore adhaeserit, ac cum Coornhert in certamen de haereticis igne ferroque extinguendis venerit; *Martini del Rio*, quem nimis credulum fuisse, libri de disquisitionibus magicis, accuratum vero sacrarum Literarum interpretem, commentarii in Genesin, Canticum canticorum Threnosque, & tres tomii in difficultiora Scripturæ S.loca, & acerrimum disputatorem, scripta contra Scaligerum de Dionysio Areopagita arguant; *Henrici Cuickii*, Lovaniensis Doctoris; *Nicolai Serrarii*, cuius opuscula in unum volumen, quod in tres tomos divisum est, collecta sint, in quibus præ aliis emineant Trilhæresium, de quo ipsi cum Scaligero & Drusio fuerit controversia, quod ea de causa secutum est Minerval, & libri de litaniis ac processionibus; *Benedicti Pererii*, Hispani, a quo prodierit amplissimus in Genesin, ut & in Daniëlem commentarius; *Francisci Feuardentii*, qui, tametsi in historia ecclesiastica, in interpretatione Scripturæ ac in Theologia polemica egregie versatus fuerit, tamen sibi persuaserit, Supplementum commentariorum in Johannem, quod Jodocus Clichtoveus ex ingenio finxerit, esse Cyrilli Alexandriani germanum fœtum, ac cum id ei a Suarezio exprobratum fuerit, ita eidem succensuerit, ut errores ab eo in adducendis scriptoribus commissos studio collegerit, ac in publicam lucem emiserit; *Wilhelmi Estii*, ob commentarios in magistrum sententiarum & epistolas Pauli noti; *Arnoldi Pontaci* (de Pondac) cui acceptum referant docti commentarium in Obadiam vatem cum interpretationibus doctorum Judaicorum, & Eusebii chronicon; *Petri Victoris Cajetani* (Cajet) qui Calvini cœtum, relicto illo, variis scriptis impugnaverit, cum Molinæo de partibus quibusdam doctrinæ Pontificiæ in sermone congressus sit, ac historiæ scribendæ se dederit; & tandem *Antoni Possevini*,

P. 37.

## 82 ACTORUM ERUDITORUM

P. 48.

Mantuani, cuius Apparatus sacer & Bibliotheca selecta, quamvis stupendæ eruditionis opera, n̄zvis tamen non careant. Paullo diutius inhæret describendo. *Nicolao Fabro*, (le Fevre) cui literarum commercium fuit cum celeberrimis sua ztate viris, ac munus instituendi & Principeam Condænum & Ludovicum XIII Regem Galliæ fuit demandatum, cujusque op̄scola conjunctim edita sint, in quibus videre licet dissertationes observationesque de quæstione: num malum eligendum sit minus, ut evitetur majus? de potu vini myrrati Christo in cruce pendentí præbito, de loco Matth, XVIII, 15, & de cælibatu sacerdotum; epistolæ ac Gallica scripta, in quibus de misericordia justitiae Dei, de miraculis, de medicina a personis religiosis adhibenda, variisque Patrum editionibus agatur. Tum locum dat *Petro Arcadio Græco*, ut Græcae Latinæque ecclesiæ ad concordiam reducerentur, laboranti; *Angela Rocca*, qui nonnulla de communione Papæ missam solenniter celebrantis, de campanis, & Bibliothecam Theologicam ac Scripturalem reliquerit; *Augustino Tomicello*; *Job. Savaroni*, qui commentario in Sidonium Apollinarem, scriptis de duellis & sanctitate Clodovæ enituerit; *Frontoni Duaco* (Fronton du Duc) *Andrea Schotto*; *Nicolao Coëffeteau*, qui quatior libros Marci Antonii de Dominis sub examen vocaverit, ac quædam contra Reformatos scripserit, & *Martino Becano*, qui suis scriptis etiam Regibus se opposuerit & apologeticam Regis Anglie refutaverit. Ubi Cl. Autor ad alios scriptores descendit, majori studio ea, quæ in illorum scriptis habentur, enarrare aggreditur: hinc late pertractat libros *Jacobi Gretseri* de cruce, cuius appendix agat de potu duplice Christo in extremis propinato, de lotione pedum, de peregrinationibus, de processionibus, disciplina flagellorum, festis Christianorum, de funere, & de jure prohibendi libros noxios; *Thoma Malvenda*, de Antichristo e Babylonia oriundo, Judæorum fautorē ac miraculis magicis se ostentante; *Josephi Vicecomitis*, de baptismi ritibus, sacramento confirmationis & ritibus missæ, in quibus tamen nitatur scriptis suppositis particularesque ritus faciat communes; *Francisci Berardini Ferrarrii* librum de ritu sacrarum concionum, prima ab

63.

85.

102.

ab Archiepiscopo Mediolanensi Friderico Borromeo, a quo tum temporis libellus de Episcopo concionante editus fuerit, suppressum, postea Lutetii Parif. evulgatum, de antiquis epistolis ecclesiasticis & acclamationibus veterum; *Francisci Collii*, Mediolanensis, de animabus paganorum, in quibus late de salute gentilium disputet, eamque nonnullos consecutos esse, non impossibile censeat; *Jo. Filescattii*, Doctoris Parisiensis, de autoritate sacerorum Episcoporum, de jejunio quadragesimali, de parœciis, de confessione auriculari, de idololatria magica, de sacrilegio laico & idololatria politica, ut & varios diverorum argumentorum tractatus in tres tomos collectos, e quibus unus sit de resurrectione corporum, quo statuerit ea resuscitatum iri in ea, qua fuerunt anno ætatis trigesimo tertio, statuta, & *Fortunati Scacchi*, nothi, libros de oleo & unctione inscriptos, sacerorum Elæochrismatum myrothecium sacroprophanum, cuius adhuc duo libri de unguenti in nuptiis ac funeribus usu nondum lucem aspexerint. Uno fasce complectitur eos, qui e Societate Jesu Scripturam commentariis illustrarunt, *Riberam*, *Eman. Sa*, *Villalpandum*, *Bened. Justinianum*, *Marianam*, a quo etiam tres libri de Rege ejusque institutione editi sint, sed in Gallia suppressi, tractatusque historici & unus de spectaculis ac coœdiis, quibus minime faveat, *Lorinum*, *Tirinum*, *Cornelium a Lapide*, *Pinedam*, *Bonfrerium*, *Menochium*, *Gurdonum* & *Joh. Philippaum*; ac pauca in medium quoque profert de *Constantino Cajetano*, Abbe Benedictino, cuius scripta ad evehendum suum ordinem tendant, ideoque eidem Gregorium M. adhæsisse, qui & Ignatium Lojolam ab eo institutum esse perhibeat. Ubi ad *Gabrielem Albaspinum*, qui concilio Tridentino intersuit, jussu Regis Galliæ negotia civilia tractavit ac Episcopatui Aurelianensi præfuit, pervenit, de ejus ingenii monumentis, observationibus ecclesiasticis, notis in concilium Eliberitanum, canones quosdam & aliquos Tertulliani libros, & libro Gallico *l' ancienne police de l' Eglise sur l' admission de l' eucharistie* multis differit, ac in iis varios veteris ecclesiarum ritus locaque & scriptorum & conciliorum illustrari indicat. Pari modo Autor se gerit in delineanda vita *Petri de Marca*

P. 116.

134.

145.

*Marca*, septimo mense in lucem editi, refertque, eidem a Ludovico XIII Rege Galliz curam restituendorum cœtui Romano-Catholico bonorum, quæ sibi vindicaverant Reformati, commissam, & a Cardinale Richelio, cum se controversiarum religionis non ignarum esse scriptis demonstrasset, historiamque Beneariæ vulgariter, ut quæ ad resellendum Optati Gallonii librum facerent, colligeret, ac librum de jure Sacerdotii & Imperii conscriberet, imperatum esse. Partuisse hujus jussi, ac mox sequenti anno emissæ, in lucem dissertationes de concordia sacerdotii & imperii, cujus titulo ad desiderium bibliopolæ seu de libertatibus ecclesiæ Gallicanae inferendum fuerit, sed excidisse iisdem gratia curiaæ Romanæ, a qua non plus confirmationem Episcopatus Confuranensis impetrare potuerit, quam Barcino-ne quædam publicasset, quibus illas censuræ Pontificis R. subjiceret, ac sancte promitteret, se ea, quæ in illis eum offendissent, in alia editione correcturum esse: idem ei accidisse, cum petiisset confirmationem Archiepiscopatus Toloſani, eo quod Pontifici Jansenismi suspectus fuérat, qua tamen impetrata, ut bullæ contra Jansenium in Gallia reciperetur, curasse. Deinde librorum de concordia sacerdotii & imperii editiones notat, ac primæ ait successisse secundam, novo quatuor librorum Tomo opera Baluzii auctam, quam excepit alia anno 1669, & nova ac plenissima anno 1704, tandemque ea, quæ in illis octo libris habentur, suse narrat. Inde ad ejus opuscula in unum volumen collecta & Par. 1680 edita progreditur, quibus de genealogia Christi, de magis, de quæstione: num Petrus & Paulus sint duo Ecclesiæ capitæ? de differentia Clericorum & Laicorum, de potestate Papæ & encendi functiones ecclesiasticas vel per se ipsum vel per alium in diœcesi alterius Episcopi, & aliis argumentis agitur. Nec præterit dissertationes ejusdem postiunias per Fagetum anno 1668 Paris. editas, & cum ibidem suppressæ fuissent, in Belgio reculas, in quibus ea præcipue, quæ ad sacram eucharistiam pertinent, traduntur. Concludit vero hæc extremo ejus opere, *Marca Hispanica* inscripto, quo confiniorum regnum Galliz & Hispaniæ ac in primis Catalauniæ geographicæ & historicæ descriptio exhibetur. *Cardinalem Richelium* summum Galliz status

statas ministrorum ideo inter scriptores ecclesiasticos non sit quod  
 defensionis articulorum fidei, catechisini, methodi convertendi  
 eos, qui sicut Ecclesia separarunt, & perfectionis christiana  
 Alter fit. Et licet animus non ei sit vita in *Jansensi Ippenſis Epis-*  
*copi de Lutetia, Robert tamen, illum, cum ministro Ecclesie Re-*  
*formatæ Sylvæ Ducis, sub potestate Ordinum federatorum*  
*Belgi⁹ reliquo, sacerdotes Romano-Catholicos ad certamen*  
 provocassent, edidisse aleximaphacum civibus Sylvæ-Ducen-  
 fibus propinatum adversus ministrorum suorum fascinum, ac  
 vulgatis in illud a Gisberto Voetio, reformatæ ecclesie ejus lo-  
 ci ministro, notis opposuisse spongiam notarum; non filuisse  
 quidem Gisbertum Voetium, sed eidem respondisse in Causa de-  
 sperata Papatus, Fromondum vero, qui illam refellere aggressus  
 fit, se illi labori perficiendo minime idoneum esse satis prodi-  
 disse. Ab hoc progreditur ad *Ludovicum le Pippre*, cuius extet  
 sub nomine Bonaventuræ Basseau liber *le parochophile*, quo  
 quatuor parœciorum officia, quæ sint, audire verbum Dei, fre-  
 quentare missam, confiteri peccata ac festo Paschatos uti eucha-  
 ristia, exponantur; ad *Mattheum Hauffeur*, cui Limburgi cum  
 Godefredo Hottone de religione fuerit colloquium, cuius acta  
 anno 1633 publicata fuerint; ad *Franciscum d' Avenport*, a  
 quo systema de fide seu concilio universalis scriptum, cuius tamen  
 sententia de infallibilitate Papæ in Gallia non sit recepta; ad  
*Johannem Rivium*, typographi filium, qui vitam Augustini de-  
 scripsiterit; ad *Claudium Tiphanium*, scholasticam Theolog. qua  
 Thomam Aquinatem sequitur, peculiaribus scriptis exponentem; ad *Claudium Sequenottum*, qui in notis ad librum Augustini  
 de virginitate multa peculiaria habeat de votorum natura, attritione, quæ vox ei prorsus nova est, & absolutione, quæ declaratio  
 judicialis, qua sacerdos pro potestate, quam a Christo accepit,  
 declarat, peccata esse remissa; ad *Guilielmum Gibieuf*, qui liber-  
 etate in bidifferentia confitetur neget in libro de libertate Dei  
 & creature; ad *Carolum de Condren*, a P. Amelot peculiari scri-  
 pto latitudinem, cuius serinones & literæ, cum vivus eo perduci  
 non potuerit, ut quædam in lucem ederet, post ejus mortem in  
 unum volumen collectæ, & idea sacerdotii Christi per Quesnel-  
 lium

Ium edita sit, & ad *Guilhelmum Camerarium*, qui in libro: *Antiquitatis de novitate victoria, contra Pseudo-Eugenium Philadelphum*, præmotionem seu prædeterminationem cum libertate conciliare studuerit, quædam veterum Doctorum Ecclesiæ scripta in uauum volumen collegerit, ac statuerit, confessionarium posse absolvere poenitentem, cui deficit rationis usus & edendi poenitentia signum potestas. Qui nunc sequuntur scriptores sunt tales, in quibus describendis plus opera & studii quam in superioribus consumere Autori visum est. Primus inter hos scriptores est *Henricus Holdenius*, cuius exstat analysis fidei in duas partes divisa, quarum prior principia exponit, posterior vero generales regulas ad speciales doctrinæ partes applicat, in quibus etiam traditionibus maiorem certitudinem quam Scripturæ sacræ tribuit. Secundus est *Jacobus Sirmundus*, vir Graece Latineque egregie doctus & in antiquitatibus scriptoribusque ecclesiasticis probe versatus, ut monumenta veterum, quæ cùm notis edidit, & contentiones, quæ ei cùm viris clarissimis fuerunt, docent. Innotuit vero scripto, commentario Richeri de potestate ecclesiastica & politica opposito, cuius inscriptio: *Jacobi Cosinæ Fabriciæ notæ Stigmaticaæ ad Magistrum trium paginarum (tantæ monilis erat liber Richerii) & opere conciliorum Galliarum & variis controversiis, quas habuit cum Salmasio & Godofredo de regionibus suburbicariis, quarum in canone sexto concilii Nicenii apud Rufinum mentio, cum Petro Aurelio de lectione secundi canonis concilii primi Arauficanorum vera hæc, quæ Sirmundi: ut non necessaria habeatur repetita chrismatio, an aliorum, nec necessaria &c. cum aliis de libro anonymi, Prædestinatus inscripto, cum Arnoldo ac Morino: num poenitentia publica non tantum ob mortalia peccata publica sed etiam secreta ordinata? & cum Petavio de concilio Sirmiensi, quod eidem duplex visum. Tertius est *Dionysius Petavius*, varia eruditione clarus, cui eruditus orbis Synesii & Epiphani opera cum observationibus debet, in quibus de lapsorum poenitentia eorumque a peccatis absolutione, de Chorpiscopis, de virginibus Deo dicatis, de jejuniiis, aliisque ad antiquitatem Ecclesiasticam spectantibus*

p. 194.

203.

211.

tibus egregiè differit. Controversia ei fuit cum Mathurio Simonio de quibusdam pœnitentiaz capitibus, & cum Hugone Grotio occasione loci apud Tertullianum de potestate consecrandi, quam Grotius laicis concesserat. Opus proflus stupendum sunt ejus Dogmata, quæ quid complectantur, indicare Autor non negligit. Paucæ sunt, quæ in medium profert de *Johanne Partis*, qui jus canonicum excoluit, ac inter episcopos & presbyteros, qua manuum impositionem, discriminem esse, docere annuis est, de *Hugone Menardo*, qui suppeditaverit eruditis martyrologium sanctorum, librum sacramentorum Gregorii M. & epistolam Barnabæ, & de *Nicolao Rigalio*, cuius factus sint glossarium lexicon mysobarbarum, observationes de populi fundis, de forma Jesu, cui Vavassor se opposuit, & alia, cujusque cura Tertullianus, Cyprianus & Minutius Felix prodierint. Sed in describendo *Johanne Morino*, qui literas Græcas Hebraicasque coniunxit, prolixior est Autor, refertque, eum a parentibus Reformatis ortum, hortatu Cardinalis Perronii ad religionem Pontificiam transiisse, edidisseque exercitationes de origine Patriarcharum ac primatum, de antiquo censuræ ecclesiasticæ usu, procurasse Bibliorum Græcorum editionem cum præfamine, in quo autoritatem textus Hebræi impugnaverit, eumque corruptum esse ideo tradiderit, quod codici Samaritano non cum eo sed Græca versione conveniat, conscripsisse historiam de liberatione Ecclesiaz per Constantinum M. & temporali monarchia Ecclesiaz Romanaz per Reges Galliaz concessæ, in lucem emisisse Pentateuchum Samaritanum cum dissertationibus, quibus de textus Ebræi integritate multum detraxerit, & idem in exercitationibus majori studio conatum esse, publicasse observationes ad Pentateuchum Samaritanum, cuius edendi cura in polyglottis Bibliis Parisiensibus ei commissa fuerit, nomine opusculorum Hebræo-Samaritanorum, communicasse etiam cum eruditis scriptum de pœnitentia, in quo confiendo, ut eo perfectius evaderet, virgini & septem annos consumserit, item de ordinationibus sacris, de catechumenis, sacramento confirmationis, contritione & attritione, elaborasse etiam alia, quorum catalogus exhibetur a Simonio, qui ejus epistolas sub nomine antiquitatum Ecclesiaz orientalis

p. 223.

227.

p. 250.

entalis apparere voluerit. Rēste jubet a Morino proximum  
 esse Augustinonem de Muis lingua. Hebreæ peritissimum, ut ex  
 ejus commentario in Psalmos varijsque sacris constat, quippe  
 qui illi se opposuerit ac ad defendendam Hebraici textus autori-  
 tatem, dissertationem & censuram ac tertiam defensionem edi-  
 tionis Hebraicæ ediderit, & post hunc exhibet ea, quæ Marcus An-  
 tonius Dominicus in dissertatione de communione peregrina &  
 abolitione poenitentia canonice protulit, cui jungit Philippum  
 Codurcum, quem fuisse insignem sacrarum literarum interpre-  
 tem, ex commentario in Jobum, notis ad Ebr. IX, 16, 17, 18,  
 dissertationeque de genealogia Christi liqueat, post quem Ja-  
 cobum Eveillon, cuius libri de excommunicatione ampliora dat  
 excerpta, & Claudium de la Place, qui docuerit, Clerico tantum  
 unum sufficere beneficium, pastorisque esse apud suum coetum  
 permanere, collocat. Ab hoc transit ad autores Actorum San-  
 ctorum, Heriberdum Rosividum, Jacobum Bollandum, Gode-  
 fredum Henschenium, Daniellum Papebrochium, Conradum Jan-  
 ningium, Franciscum Baertum & Nicolaum Raye, inter quos in-  
 primis Bollandus & Papebrochius a Carmelitis male tractati sint,  
 quod sui ordinis antiquitatem non satis confirmaverint, quibus  
 quidem post diuturnum silentium responderit apologia pecu-  
 liari Tomo I Act. Sanct. Junii Bollandus, qui tamen & cum Pape-  
 brochio, ut posteriores suorum Actorum Sanctorum tomii per  
 inquisitionem Hispanicam condemnarentur, passus sit. Sistit  
 deinde Christopheros, Johannem Jacobum, Medicum, cuius extens  
 vindicis Hispanicæ Vesuntio civitas imperialis libera Sequan-  
 orum metropolis, commentarius de yellere aureo, de portu  
 Jecio, de stemmate Austriaco, de linteis sepulchralibus Christi, de  
 ampulla Rhemensi & scriptum de loco concilii Epaponensis, Jo-  
 hanne, cuius sit exhortatio apologetica ad linguam sanctam,  
 Julianum, cuius commentarius de cruce S. Andreæ in obsidione  
 Atenensi in celo visa, Philippum, Archiepiscopum Vesontinum,  
 cuius liber de pietate erga animas in purgatorio & prefatio no-  
 tæque in decreta concilii Tridentini, Laurentium, cuius quedam  
 ascetica & catechismus, & Johannem Franciscum, cuius sint non-  
 nullæ antiquiorum scriptorum editiones & exercitationes de Dio-  
 nyso

270.

*mylio Gallo*, Imperatore Constantino, & Sancto Martino. Post hunc locus est *Hieronymo Bignonio*, a Patre instituto, qui decimo etatis anno descriptionem terræ sancte, decimo tertio antiquitates Romanas, & decimo quinto tractatum de electione Papæ confecerit. Floruit gratia apud Henricum IV Regem Galliz, cui librum de eminentia Regis regnique Galliz dedicavit, & apud Ludovicum XIII, cum quo educatus fuit: versatus etiam est in foro ac advocatione cleri egit, tandem vero in consilium status receptus & ad perficienda summa regni negotia adhibitus est. Ejus edito formularum Marculphi cum eruditis notis apud eruditos est in pretio. Huic succedens *Johannes Fronteau*, etiam in pueritia doctus, confecit chronologiam Paparum in hexametros redactam, in qua eorum nomina, res gestæ & numerus annorum, quibus sedi Romanæ præfuerunt, comprehenduntur: ut indicant primi:

p.275.

Affero Pontificum tu Petre canenti

Blattas Diva Lini & matrum velamen adesto.

Approbavit idem Augustinum Jansenii; sed cum id ægre ferrent Jesuitæ, quæstiones de prædestinatione & gratia edidit. Controversia eidem fuit cum Soucheto de nova operum Yonis Carautensis editione, quam post illius edit. adornaverat, & cum aliis de Autore libri de imitatione Christi, qui ipsi Thomas de Kempis visus est. Cum in ejus manus incidisset Novum Testamentum aureis literis ante octingentos annos exaratum, & calendarium Romanum, utrumque cum notis imprimi curavit, adjectis duabus dissertationibus, quarum altera de festis, altera de cultu Sanctorum agit. Inter ejus epistolas attentionem merentur, secunda de antiquo ethnicorum more bibendi in sanitatem alterius, qui ad illustrandam sacræ Eucharistiz institucionem faciat, tertia de origine parœciarum, quæ ex Act. II, 4 deducitur, & ea quæ virginitati est dicata. Inter extremos rejecit Autor *Anthonium Godeau*, cuius historia ecclesiastica, paraphrasis epistolarum Pauli & canonicarum, versio N. T: tabulæ penitentiales, & sermones sint in pretio, & *Isaacum Ludovicum le Maitre*, vulgo *Sati*, quod est transpositum Isac, appellatum, versionibus Bibliorum sacri codicis & libro de solitudine Christi.

286.

M

fianis

stiana notum, Totum agmen claudit *Claudius de Sainte Marthe*, cuius opera sint ascetica ac moralia, & non nisi post eus mortem edita. Erunt fortassis nonnulli, qui Autori virtio vertent, quod annum nativitatis cuiuslibet scriptoris adjicere omiserit, sed hoc eidem condonabunt facile illi, qui perpendent eum non semper in notitiam illius pervenire potuisse, in primis si scriptor sit in obscuro vel longe remoto loco natus, extare clarorum virorum vita viris doctis maximopere probatas, in quibus idem desideratur, & ab eodem illa, quæ pluris astimanda quam annus nativitatis vel mortis, commemorata esse. Ceterum non dubitandum, quin ex hoc Dupini opere Henningi Witte Diarium Biographicum augeri ac illustrari possit. Ceterum hac occasione monemus, eundem Dupinium superiori anno Bibliothecam quoque Acatholicon edere coepisse hoc titulo : *Bibliotheca que des Auteurs separer de la Communion de l'Eglise Romaine au XVI<sup>e</sup> & du XVII<sup>e</sup> Siecle. Tome I. Par. 1718, 8 maj.*

### MEMOIRS CONCERNING THE AFFAIRS OF Scotland &c.

i. c.

*COMMENTARII HISTORICI DE REBUS  
in Scotia gestis ab excessu Wilhelmi III usque ad  
Annū 1708.*

Londini, apud Joh. Baketum, 1714, 8 maj.  
Alpha. I plag. 6.

**H**oc esse Commentarios Scoticos a Lœckharto vulgatos confundaverat Anonymus, cuius opusculi mentionem fecimus Anno 1716 p. 209, nunc demum ipso Lœckharti libello una cum Clave Nominum proprietorum ad nos delato, opus erit scitu digniora inde collecta in medium producere. In Præfamine Autor gloriatur, veritatis se fuisse maxime studiosum, licet odio in adversarios, vel ipsomet haud negante, interdum indulserit. Sed Anonymus quidam Introductionem adjunxit, quæ rationes v. p. 229. 382 Autoris frivolas, pessima ejusdem & Rigidiorum consilia in 2. 26. Wilhelnum, Annam, & Haugoveranam Domum, ac sumnam in

in Whigios invidiam jure reprehendit. In Libello ipso Autor  
refert, Dundæo aliisque Jacobi sequacibus haud parum obfusis p. 113. 127.  
se perennem inter illos discordiam. Presbyterianismum in 216.  
honorem summi Numinis a Wilhelmo non fuisse restauratum 3.  
invidiose afferit, sed ut populi voluntati morem gereret. In-  
tegerrimorum hominum famæ, Queensburii aimirum, Seasor- p. 9. 22. 48.  
di, Balcarassi & Dunmori, Archi-Episcopi Glasguensis, Stair, p. 87. 95. 107  
sii, Comitis Rothesii & Ducis Roxburgi, Jerveswoodi, Tweedalii, p. 108. 110.  
Wilh. Hamiltonii & Cockburnii, Haddingtoni, Belhaven, Mon- 128.  
terosii aliorumque, Wilhelmo quippe & Annæ, vel Whigiis ad. 137. 138.  
dictorum, quasvis maculas aspergere conatur. Præterea Sena- 147.  
tum Regni publicum per tot annos nec rite lectum, nec legiti- 21.  
me proposita peregrisse, plurimis eorum atq; Anglicæ auram ca-  
ptantibus, conqueritur. Dux Hamiltonum, laudibus ad cœ-  
lum usque elatum, non diffitetur tamen, nimia rei familiaris 31.  
conservanda & augenda cura, ac vindictæ cupidine suis sæpe 176. 283.  
nocuisse. Annam Regimini admotam statim dedisse fidem 288. 326.  
tradit, desideriis quondam Jacobo addictorum se satisfacturam, 34.  
sed promissis eam non stetisse. Argatheljensis deinde mores 44.  
corruptos enarrat; nec Atholii vitia & virtutes, aut Marnien- 68. 132. 139  
sis levitatem animi reticet; denique Fletcherii amorem in pa-  
triam, & odium in veteratum in Anglos depraedicat. Episco- 49. 88. sqq.  
patus isto tempore in Scotia, exceptis paucis, fuisse abolitos, 106 sqq.  
valde dolet, & Anglorum conatus ad impedienda Scotorum 47. 157.  
commercialia incusat. Conspirationem Scotorum a Franzerio  
& Baylio, horminibus cuiusvis turpitudinis notis insignibus, fu-  
isse confictam sibi persuadet, ut Angli Scottos, fibi adversos, in-  
nocentes opprimerebant. Hinc enatam dicit occasionem, suæ  
cessionem Hanoveranæ Domus in Scotia stabilendi, quam  
Godolphinus, ut ab invidiæ suspicione in eandem se liberaret, 106 sqq.  
variis artibus promoverit. Et curi Scotti Religionis, Commer- 116.  
citorum & Regiminis libertati antea cautum vellent, Angli, pro-  
posita utriusque Regni Unione, vim primum minitantes, in 34. 143.  
terdum nimis cunctantes, Hamiltonii inconstancia, Scottis ova- 176.  
rem lapidem incassum moventibus, illorum, quorum cogniti- 324. 270.  
oni negotiuna communissum fuerat, indulgentia, Hunni morte, 207. 214.

## 92 ACTORUM ERUDITORUM

- p. 247 sq. pluribus Scotorum Anglicis promissis inescatis, aut pecunia cor-  
conf. App. ruptis, securitate Presbyterorum firmata, & populo hyemis  
406 sq. rigore impedito, ne aperta vi resisteret, tandem pervicerunt,  
ut opus illud ad finem ipsis optatissimum anno 1707 perdu-  
ceretur. Ast quanto hujus Unionis odio Noster flagret, cui  
quidem omni conatu obliterat, iude patet, quod universa  
389. hoc negotium diebus Britanniae infastis peractum notet. Quod  
Jacobus in Scotiam anno 1705 appellere haud potuerit, in mu-  
tuam Hamiltonii & Atholii invidiam, Hookii imprudentiam,  
349. 369. classem Anglicam Gallicæ superiorē, ventos adversos, Gallos  
355. 369. denique oræ maritimæ haud gnaros, atque justè citius Dym-  
374. quercam repetentes, culpam confert. Tandem antiqua  
376. sqq. Scotia statum mirificis laudibus extollit.  
384.

### OF VISITATIONS PAROCHIAL AND General.

h. e.

*DE VISITATIONIBUS IN PAROCHIIS,  
& generatim in Ecclesia instituendis Sermones & Regulae  
tradice Clero Archidiaconatus Southeriensis; Autore ED-  
MUNDO GIBSONO, S. Th. D. nuper Archidiacono  
Southeriensi, jam Episcopo Lincolnensi. Adiecta  
sunt alia quedam regimen & disciplinam  
Ecclesie Anglicane spectantem.*

Londini, apud B. Barker, 1717; 8.  
Plag. II.

**P** 6 sqq. **C**Um pleraque que in hoc libello occurunt, rei continent, Antehac ex instituto non pertractatas, & tamen bonum ordinem & regimen in Ecclesia immediate concernant, Rev. Præfatus publicanda illa putavit. **P**rimo autem exhibit Sermonem ad Clerum Southerensem de Visitationibus in Parochiis instituendis, in eoque (1) probat e canonibus & constitutionibus Ecclesie Anglicaæ, tam antiquis quam modernis, quod cura Ecclesiasticorum zedificiorum, ornamentorum, & utensilium proprie & jure pertineat ad officium Archidiaconi. (2) Ostendit, quod beneficii Ecclesiastici possessores atque editui tam lege, quam

quam conscientia teneantur, ut Ecclesiæ suas, cancellos, & des-  
que ad Ecclesiæ pertinentes diligenter reparant & exorcent. (3) p. 29 sqq.  
 Agit de remediis, quibus illa, quæ ea ex parte negliguntur, juxta  
 leges Eccl. & statuta regni detegenda sunt & coercenda. Docet hi-  
 murum, ad detegenda hujus generis peccata partim & edituos citan-  
 dos esse ad præstandum juramentum, partim visitationes in pa-  
 rochiiis instituendas. Ad coercenda vero illa terminum præfigen-  
 dum esse, intra quem emendentur. Hic autem sermo comites sibi  
 habet articulos & regulas ad præparandos illos, qui visitationi va-  
 riarum Ecclesiæ, Capellarum, & &edium Rectorum, Vicario-  
 rum, & Curatorum, in Archidiaconatu Southeriensi & Rev. Au-  
 tore nostro institutæ, interesse debuerunt, & edituos maxime, sup-  
 peditatas, & partim res, quæ in visitatione parochiæ inspiciendæ  
 sunt, partim modum in eadem procedendi, partim quoque exi-  
 tum ad reparanda illa, in quibus vitianum deprehensum est, con-  
 cernentes. Secundo nobis sistit sermonem ad Clerum laudatum  
 de libellis accusatoriis in visitationibus generalibus offerendis.  
 Ibique (1) differit de personis accusantibus, eosque nunc & edituo-  
 os præsertim esse docet: (2) de juramento, quo obstricti sunt,  
 ut omnia, quæ reparatione & correctione in rebus & personis in-  
 digeant, fideliter deferant: (3) de poena illorum, qui fecerunt fa-  
 ciunt, & protectione eorum, qui juxta conscientiam omnia in-  
 dicant: (4) de modo formandi libellos accusatorios: (5) de  
 jure & potestate Ecclesiæ, quam adhuc habeat, in delatos libellis  
 accusatoriis animadvertisendi. Huic sermoni adjuncti sunt ar-  
 ticuli inquisitionis, juxta quos Ecclesiæ ministri, & editui, & officia-  
 ri diacono assistentes uniuersusque parochiæ in Archidiaconatu  
 Southeriensi formare debuerunt libellos accusatorios in visita-  
 tione A. 1713 instituta; una cum præmissâ illis exhortatione ad  
 & edituos, ut juxta conscientiam libellos accusatorios compo-  
 nant, & variis Ecclesiæ canonibus pro iisdem ita, componendis.  
 Tertio sequuntur rationes pro numeribus officialis Principalis  
 & Vicarii Generalis, quibus junctim hodie in Anglia Cancella-  
 ri defunguntur, separandis, & si prius spectes, propter causas  
 civiles & temporales juris perito, si posteriorius propter administra-  
 tionem rerum mere spiritualium vel Ecclesiasticarum Clerico-

- p. 119 sqq. mandandis. *Quarto* sese offert sermo Latinus de Excommunicatione ad Synodum, ab Archiepiscopi Commissariis, Episcopis & Clero Provinciae Cantuariensis celebratam, habitus in Ecclesia Cathedrali S. Pauli Londini d. 21 Martii 1715, quae natura, subiecto, objecto & fine excommunicationis agitur. Inter alia ibi, potestate excommunicandi Christianam Ecclesiam habere, ex eo probat, quod illa sit societas a Christo instituta, atque adeo eidem etiam, ut omnibus aliis societatibus five civilibus five sacris competit, membra in sinum admittere, ac e sinu ejicere. Inter societatem vero civilem ac spiritualem illud interesse monet, quod civilis immorigeros non solum juribus privet, sed etiam vi & armis e societate pellat; spirituali autem non alia suppetat facultas improbos amovendi, quam se (quantum humanarum rerum conditio patiatur) ab improborum societate separando. Et hujusmodi separationes non tantum prudentiæ cuiusvis privati Christiani relinquendas, sed per solenne Ecclesiæ judicium decernendas esse, ex iis constare putat, quæ superius de jure cujuscunque societatis, non tantum membra admittendi, sed etiam ejiciendi observaverat. Si autem iudicio Ecclesiæ improbi obedire recusent, & non obstante sententia excommunicationis se cœtibus fidelium immisceant, ulterius Ecclesiam nihil habere, quo ejusmodi mistura impediatur. Et excommunicatos tum non tanquam partem Ecclesiæ, sed tanquam ethnicos sacris Christianorum interesse. *Quinto* denique subjungitur progressus factus in Synodo de censura excommunicationis in res mere spirituales exercenda, deque delatis in libellis accusatoriis in jus ducendis.

**OBSERVATIO SOLARIS ECLIPSIS HABITA PAVAVII V Nonas Mayas 1718. Accessere Epistole due de Phenomeno quodam in ea observato. Aut. JO.**

**POLENO, Prof. Patav.**

**Patavii, typis Jo. B. Conzatti, 4.**

**Plag. 4.**

**O**bseruationi Eclipseos hujus eodem anno, quo contigit, editæ, & J. B. Recanato Patricio Veneto inscriptæ, junxerat Cel.

Cel. Autor discursum, quo in causam inquirebatur, cur in Eclipsibus Solis, testibus plurimis earum observationibus, obscuratio oculis humanis appareat minor ea, quam quæ pro rata partium Solis obiectarum portione producenda videretur, omnemque illam rejecerat in actionem radiorum lucis pro modulo receptivitatis eorum in oculo, sive modum quo iidem radii fibrillas oculi afficiunt: statuens fibrillarum tensiones non esse proportionales quantitat<sup>m</sup> solarium radiorum. Unde con sequeretur, quod si anima ex solis tensionibus de radiorum quantitate & lucis copia judicium ferat, illud judicium minus exactum esse debere, vel extinctis aliquam multis radiis oculo extinctionem multo pauciorum contigisse visum iri.

Cujus epistole exemplar cum ad Episcopum Adriensem Phil. a Turre misisset, idem de explicatione isthac phænomeni dicti per literas cum eo egit; quas cum responfione sua ad illas, atque ipsa observatione priua junctim exhibere consultum duxit, ob argumenti, quod laudatus Episcopus tractat, dignitatem & curiositatem; de quo, nempe quantum spectat diductionem pupillæ, inter opticos scriptores primus Keplerus egisse, inter veteres autem Physticos ac Philosophos solus Galenus, & disertius Alexander Achillinus, qui circa initium seculi 16 vixit, aliquid monuisse dicitur. In epistola adeo illa Illustris Autor observat, plures causas hujus phænomeni explicandi posse afferri, de quibus non conflet utra verior sit. Ita primo notat, certum esse, quod lumen non propagetur, ut ipse ait, in ratione distantiarum. Ceterum ex exemplo, quod affert, apparet, eum voluisse dicere: luminis augmentum imminutionemve secundum exten sionem (addere licet etiam intensionem) non fieri in ratione molis vel quantitatis lucidi. Nam duplicatis facibus in eadem distantia ab objecto illuminando, non duplam ait illuminati onem produci, vel non ad duplam distantiam lumen produci, & sic porro. Itaque quamvis supponatur etiam tanta activitas radiorum lucis, quanta est tensio fibrillarum in retina oculi, tam en fieri posse, ut lumen non minuatur in ratione decrementi, quantitatis vel copie radiorum, seu superficie corporis radios emittantur.

Secundo

Secundo ostendit, non incepit respici etiam posse ad im-  
petum radiorum solarium, viisque qua impellunt fibras; fieri-  
que posse, ut vis illa nou minuatur, augeaturve pro numero ra-  
diorum. Quod adinodum credibile fiat ex phænomeno in his  
ipsis Eclipsibus, cum quidem totales sunt, observando; ubi vel  
minima pars disci solarii e totali eclipsi emergens quasi fulgetro  
aliquo oculos perstringat. Itaque iterum, etiam si tensio fibril-  
larum sit proportionalis ipsi vi tendenti radiorum solarium, ta-  
men cum illa vis decrevit, illuminata partis in disco solari  
non sit adequa vel proportionalis, nec oculi sensum de obte-  
ctionis quantitate adæquate judicare posse.

Tertio loco provocat ad illam proprietatem oculo-  
rum nostrorum, qua in copiosiori luce ejus pupilla contrahitur, in minori diducitur. Unde adinodum probabile ipsi est, si  
non certum, phænomenon hoc in Eclipti Solis observandum pro-  
venire ab hoc diverso statu oculi. Scilicet initio eclipses ma-  
gna copia existente radiorum Solis, pupillam esse arctiorem ad  
excludendos quamplurimos radios, verum in hoc statu non ma-  
nere, sed decrescente quantitate lucis ejus pupillam diduci &  
ad plures radios excipiendos aptiorem reddi. Unde fieri uti-  
que possit, ut in diverso statu retectionis disci lucidi idem ta-  
men numerus radiorum oculos subintret, adeoque eodem  
sensu anima afficiatur.

Respondens ad hæc Polenus, circa primum monet, illam ex-  
plicationem non posse applicari, ad presentem casum, ubi distan-  
tiae lucidi solaris corporis ab oculo contemplantis nihil vel insen-  
sibiliter varientur; intelligens adeo verba Episcopi Adrienſis tan-  
tum de distantius vel extensiōne luminis.

Secundæ explicationis veritatem in dubium vocari posse  
a sc. eodem iure, quo Episcopus Adrienſis suam de inæquilitate  
tensionis fibrillarum dubiam habeat.

Tertiā vero omnibus modis approbat, subiratum se  
ipsumet sibi profitens, quod tam pulchram explicationem non  
proprio Marte invenerit: tantumque satagit ostendere, ab eadem  
non infirmari sententiam suam, sed simul cum ea stare pos-  
se, adeoque potius utramque esse conjungendam.



# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quae Lipsie publicantur.*

## SUPPLEMENTA.

*Tom. VII Sect. III.*

*HISTORIA LITERARIA REFORMATIO-  
nis in honorem Jubilei A. MDCCXVII, in quinque Par-  
tes divisa, cum introductionibus HERMANNI von  
der HARDT, Acad. Jul. Prof. & Prep.*

*Mar.*

Franeof. & Lips. sunt. Societ. ex Offic. Rengeriana, 1717, fol.  
Alph. 8 plag. 10.

**Q**uam in evolvendis atque Orbi eruditō communi-  
candis veterum monumentis diligentiam adhibe-  
re consuevit celeberrimus AcademizJuliz Philo-  
logus, Hermannus von der Hardt, eadem quo-  
que in colligendo praeseati volumine collocatam invenimus.  
Sunt nobis hoc ex rarissimis iisdemque maximam partem non-  
dum excusis codicibus collectum opus prima & pricipua fi-  
dei & doctrinæ ante hæc duo secula emendatae exordia, qua-  
vel præterita hactenus, aut neglecta fuere, vel plurimorum oculos  
fugerunt. Eadem vero hæc rei communis felicitas cum ex  
bonarum literarum cultura vel maxime renata quasi & per  
literatos omniq[ue] scientia excultos viros haud parum fuerit  
promota, sobriam ejus recensionem Historiz Literariz titulo  
inaugnire placuit. Placuit item totum tomum in quinque  
Partes describere, quarum prima bonarum literarum instau-  
rationem ab Erasmo felici omni suscepit neque infelicio-  
ri successu peractam Reformationis fontem fuisse common-  
stat. Recensetur in illa historia certainis inter hunc Era-  
sum,

N

suum,

finum, tum temporis Caroli V Confiliarium, atque Alberti Pium, Carpotum Principem, Caroli V in Romana Curia Oratorem, de bonis literis ab Erasmo denno exfuscatatis, de novo imprimis Testamento Graeco cum nova versione & notis An. 1516 ab Erasmo edito. Neque enim ferre poterat Italus, hostis Erasmi mordacissimus, quod hic orbi meliorum literarum florem & decus restituturus blandz humilitatis apparatu, uti opposite ait celeberrimus Vir, publica in fide mutationis poneret fundamenta. Solennis quippe & turgida hominum vana quadam & affectata sanctitate superbientium ordinis, uti se dici cupiunt, Minorum querela: *Erasmus posuit ova, Lutherus exclusit*, aures totumque Carpensis pectus ita repleverat, ut in ore semper haberet nec concoquere posset Erasmi ova & Lutheri pullos. Ut autem decantata illa Erasmi ova, quæ Reformationem pepererint, ab ovo repeat excellentissimus Editor, recenset falsam Epistolam Erasmi A. 1499 ad Thomam Grejum Anglum in Scotti barbariem ac scholasticæ theologie tricas obscuraque formia, in Academia Parisiensi scriptam, additque ejusdem apologia pro Valla, pro jure Versionis & usu linguarum, A. 1505 editam, quæ Reformationis velut præfigia fuere. Ostendit etiam, ejusdem Encomium Moriae in scholasticorum ineptias 1508 concinnatum, opus multo sale conditum, fuisse Reformationis nuntium, & quæ amplius ad secuturam paullo post Reformationem Erasmus contulerit, edocet copiose. Denique Alberti Pii, Principis Carpensis, responsionem longam ad Erasimum Roterodamum in nuncupatoria sua epistola antea de sacerdotum impia vita, supercilio Theologorum, monachorum non amplius ferenda tyrauide, acerrime conquestum, Roma Basileam A. 1526 missam exhibet, qua ille in Erasnum invehitur, quod bonis literis in lucem revocatis, novo imprimis Testamento cum versione & Annotationibus A. 1516 edito, Reformationi ansam dederit; eundemque graviter adhortatur, ut in Lutherum scribat. Subiuncta est nervosa Erasmi responsio Basilea Lutetiam A. 1529 missa, qua bonas literas a scultas & promotas, præcipue N. Testamentum.

tum Græcum a se publicæ luci expositum mæscule fuetur, ac salubre consilium addit, Lutheranam rem non clamoribus atque tumultibus, nec tam inconditis rationibus moveri, sed quæfita morum emendatione impugnari debere. Altera Pars Reuchlinum JCturn, Consiliarium Cæfareum, repurgandæ fidei hodegum sistit, ut qui omni studio eo allaboraverit, ut res Hebræas V. T. illustraret, limpidosque humaniorum literatum fontes in totius Christiani orbis usum aperiret. Complectitar itaque illa Reuchlini consilium Cæsari Maximiliano datum pro Libris Judæorum non abolendis, A. 1510 lingua germanica conscriptum, defensionem consilii Maximiliano dati, Moguntiæ, Spiræ, & Romæ A. 1513, Acta Judiciorum inter Jacobum Hochstrat & Reuchlinum A. 1518, Bilibaldi Pirckheimeri, Consiliarii Cæsarei ac Patricii Norimbergensis, apologiam pro Reuchlino A. 1517, Hermanni Comitis Nuenarii, Canonici Coloniensis, Hermanni Buschii, Ulriei de Hütten, Epistolas pro Reuchlino, & denique ultimi hujus Encomium Reuchlini. Hæc excipit Pars tertia, qua Cl. Autor publicam corruptionem Reformationis causam asserit, idque probat enarrando & excerptendo Orationes Panegyricas XXI Constantiæ ac Basileæ in publicis Conciliis seculo XV a Viris summis eoram toto orbe Christiano dictas, de corruptissimo Ecclesiæ statu Cæsaris, Regum & Principum opera emendando, hactenus non editas & in antiquis manu exaratis voluminibus Wolfenbuttelensibus, Lipsiensibus atque Erfurtensibus contentas. Subsequenti Parte IV Indulgentias Reformationi originem præbuisse evincitur. Exhibitetur ioi Diploma Indulgentiarum Leonis X per Albertum, Electorem Moguntinum, ac Minoritarum Moguntiæ Guardianum, Commissarios, cum Sigillo anno 1517 promulgatum. Subjicitur Tezelii summaria instructio fæderotum pro Indulgentiis prædicandis anno 1517, libellus hactenus ignotus. Reperiimus etiam heic loci priuam Lutheri disputationem pro declaranda virtute Indulgentiarum contra Gezelii articulos anno 1517, ex autographo recensitam, ut & Joannis, Episcopi Chiemenensis, Suffraganei Archi-Episcopi Salisburgenensis, sobrium de toto isto Indulgentiarum negotio judicium, quibus annexatur

tur Phil. Melanchthonis hypotyposes Theologicæ anno 1521 vulgatæ, opus rarissimum. Quintam deniq; eamque ultimam Partem constituant Abramini Sculteti, in Academia Heidelbergensi Doctoris Theologi, Annalium Evangelii seculo XVI per Europam renovati ab anno 1515 ad annum 1536 decades duæ, quæ solum e reliquis Pragæ in direptione perentibus superflunt, Heidelbergæ anno 1618 editæ, cum succincta quadam Clarissimi von der Hardt in easdem introductione. Totum opus triplici adornatum est indice; primus librorum, tractatuum, scriptorum, capitum & argumentorum catalogum suggestit, ut lector uno intuitu, quid quinque partibus hujus operis contineatur, cognoscere queat, alter Autores, tertius res indicat. Toti volumini præmissum est breve prioris illius ævi compendium historicum, quod serum tunc gestarum circumstantias potissimas comprehendit, suis nervis argutam valde, quod, ut verbis Cl. Actoris utamur, attentum poscat lectorem, scriptum anno 1518 mense Augusto Augustæ Vindelicor. in Imperii Comitiis ab Equite doctissimo, Ulrico ab Hutten, nomine *Æris*, Nemo, Græca appellatione in Hutteni nomen alludendo.

## NOUVELLE BIBLIOTHEQUE &amp;c.

i. e.

*NOVA BIBLIOTHECA Scriptorum Ecclesiasticorum; Autore LUDOV. EL. DU PIN Theol. Parif. & Prof. Regio.*

*Tomus XVIII.*

Amstelodami, apud Petrum Huribertum, 1718, 4.

Alph. I plag. 17.

**C**ontinuamus cœptum scriptores seculi decimi septimi Ecclesiasticos a Cel. Dupino exhibitos summatim referendis laborens, damusque e Tom. XVIII eos, qui posterioribus quinquaginta ejus seculi annis inter Romano-Catholicos in celebritate versatisunt. Primum inter eos locum obtinet *Lucas Hollensis* Hamburgensis, qui tametsi transfeundo ad religionem Romano-Catholicam apud suos sibi maculam inussit, laudem tamen eruditioris haud vulgaris cognitionisque antiquitatem

p. I.

cu

cum sacrarum tum profanarum edendo ac vertendo sententias Demophili, Democratis & Secundi, dissertatione de vita & scriptis Porphyrii, observationibus ad hujus vitam Pythagoriz, & dissertationibus de communione Abyssinorum sub una specie, de fluvio Sabbathico, de quibusdam conciliis Niceni locis, de Synesii fuga episcopatus, & de confirmationis ritu apud Graecos aliisque sibi apud omnes comparavit. Ab eo proximus est Leo Allatius, qui cum in insula Chio, in qua natus, tum Romae degit, & huc Heidelbergæ Bibliothecam percelebrem transulit ac Vaticanae inferuit, cuius etiam praefectus ab Alexandro VII Pontifice est constitutus. Versata est ejus opera in edendis partim aliorum partium suis scriptis: publicavit enim catenam Patrum Graecorum in Jeremiam cum expositione Chrysostomi, octo homiliis Origenis & tractatu Maximi in eundem Prophetam tractatum Eustathii Episcopi Antiocheni in Hexaemeron, dissertationem ejusdem de engastrimythis, & commentarium Origenis de iisdem, una cum testimonio veterum de Eustathio, quibus subjunxit notas & peculiarem de engastrimythis dissertationem. Ut demonstraret Ecclesiaz Graecæ semper convenisse in dogmatibus fidei cum Latina scripsit librum de perpetuo Ecclesiaz orientalis & occidentalis consensu, cui adiecte sunt duæ dissertationes, quarum altera de dominicis & hebdomatibus Graecorum, altera de missa præsanctificatorum agit. Illustravit postea hanc observationibus de communione Graecorum sub una specie Bartholdus Nihilius, eamque Georgio Calixto opposuit, cui Allatii epistolam ad Morinum de communione agrotorum addidit. Peculiariter opusculo utriusque Ecclesiaz consensionem in doctrina de purgatorio tradidit, & in alio adhuc consensum earundem in fide & moribus, cum quo Vecchii epistolam contra Photii schisma, epistolam suam ad Nihilium & tractatum, quo versionem textus Graeci cum Latina in secundo Maccabaeorum libro de sacrificio pro mortuis conspirare contendit, apparere voluit. Ejusdem consensus causa edidit concordiam Christianorum in Asia, Africa & Europa in fide catholica a Protestantibus derelicta, quam securus est tractatus de octava synodo Photii & Hottingeri Veiliisque refuta-

tur Phil. Melanchthonis hypotyposes Theologicæ anno 1521 vulgatae, opus rarissimum. Quintam deniq; eamque ultimam Partem constituent Abrahami Sculteri, in Academia Heidelbergensi Doctoris Theologi, Annalium Evangelii seculo XVI per Europam renovati ab anno 1515 ad annum 1536 decades duæ, quæ sola e reliquis Pragæ in direptione perentibus supersunt, Heidelbergæ anno 1618 editæ, cum succincta quadam Clarissimi von der Hardt in easdem introductione. Totum opus triplici adornatum est indice; primus librorum, tractatuum, scriptorum, capitum & argumentorum catalogum fuggerit, ut lector uno intuitu, quid quinque partibus hujus operis contineatur, cognoscere queat, alter Autores, tertius res indicat. Toti volumini præmissum est breve prioris illius ævi compendium historicum, quod serum tunc gestarum circumstantias potissimas comprehendit, suis nervis argutam valde, quod, ut verbis Cl. Autoris utamur, attentum poscat lectorem, scriptum anno 1518 mense Augusto Augustæ Vindelicor. in Imperii Comitiis ab Equite doctissimo, Ulrico ab Huttene, nomine èrte, Nemo, Græca appellatione in Huttene nomen alludendo.

## NOUVELLE BIBLIOTHEQUE &amp;c.

i. e.

*NOVA BIBLIOTHECA SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM; Autore LUDOV. EL. DU PIN Theol. Parif. & Prof. Regio.*

*Tomus XVIII.*

Amstelodami, apud Petrum Humbertum, 1718, 4.

Alph. I plag. 17.

**C**ontinuamus cœptum scriptores seculi decimi septimi Ecclesiasticos & Cel. Dupino exhibitos summatim referendis labore, damusque e Tom. XVIII eos, qui posterioribus quinquaginta ejus seculi annis inter Romano-Catholicos in celebritate versatisunt. Primum inter eos locum obtinet *Lucas Hollsteinus* Hanaburgensis, qui tametsi transfuundo ad religionem Romano-Catholicam apud sños sibi maculam inussit, laudem tamen eruditioris haud vulgaris cognitionisque antiquitatem

eupi

p. i.

cum sacrarum tum profanarum edendo ac vertendo sententias Demophili, Democratis & Secundi, dissertatione de vita & scriptis Porphyrii, observationibus ad hujus vitam Pythagoræ, & dissertationibus de communione Abyssinorum sub una specie, de fluvio Sabbathico, de quibusdam conciliis Niceni locis, de Synesii fuga episcopatus, & de confirmationis rito apud Graecos aliisque sibi apud omnes comparavit. Ab eo proximas est Leo Allatius, qui cum in insula Chio, in qua natus, tum Romæ degit, & huc Heidelbergæ Bibliothecam percelebrem transtulit ac Vaticanæ inferuit, cuius etiam praefectus ab Alessandro VII Pontifice est constitutus. Versata est ejus opera in edendis partim aliorum partim suis scriptis: publicavit enim catenam Patrum Graecorum in Jeremiam cum expositione Chrysostomi, octo homiliis Origenis & tractatu Maximi in eundem Prophetam, tractatum Eustathii Episcopi Antiocheni in Hexaemeron, dissertationem ejusdem de engastrimythis, & commentarium Origenis de iisdem, una cum testimonii veterum de Eustathio, quibus subjunxit notas & peculiarem de engastrimythis dissertationem. Ut demonstraret Ecclesiaz Graecæ seuerper convenisse in dogmatibus fidei cum Latina, scripsit librum de perpetuo Ecclesiaz orientalis & occidentalis consensu, cui adjectæ sunt duæ dissertationes, quarum altera de dominicis & hebdomatibus Graecorum, altera de missa præsancificatorum agit. Illustravit postea hanc observationibus de communione Graecorum sub una specie Bartholdus Nihilius, eamque Georgio Calixto opposuit, cui Allatii epistolam ad Morinum de consummatione agrotorum addidit. Peculiaris opusculo utriusque Ecclesiaz consensionem in doctrina de purgatorio tradidit, & in alio adhuc consensum earundem in fide & moribus, cum quo Vecchii epistolam contra Photii schisma, epistolam suam ad Nihilium & tractatum, quo versionem textus Graeci cum Latina in secundo Maccabaeorum libro de sacrificio pro mortuis conspirare contendit, apparere voluit. Ejusdem consensus causa edidit concordiam Christianorum in Asia, Africa & Europa in fide catholica a Protestantibus derelicta, quam fecutus est tractatus de octava synodo Photii & Hottingeri Veiliisque refuta-

p. 20.

34.

tio. Dedit etiam vindicias synodi Ephesinae & S. Cyrilii in causa processionis Spiritus S. ex Patre & Filio, & compendiua ejusdem argumenti; adornavit quoque exercitationem super præfationem & versionem historiarum concilii Florentini Sguropulli & notas Creyghtonii Ritus Græcorum in libello de ætate & interstitiis in collatione ordinum, de templis & mensura temporum & in dissertationibus de divinorum officiorum libris, tridio pentecostario & paracletico exposuit. Vitas clarorum virorum & scripta in Apibus Urbanis & opusculis de Georgiis, Simeonibus, Methodiis, Nicetis, Philonibus, Psellis & Nili delineavit. In Græcia vero orthodoxa & Symmictis, quorum illa in duo volumina, hæc vero in duas partes divisa sunt, varia Græcorum & veterum & recentiorum scripta ac aliorum etiam dissertationes exhibentur. Excipit hunc *Johannes Bona*, Cardinalis Pedemontanus, qui gratia apud Clementem IX Pontificem Romanum floruit, ac post eus obitum in Purpuratos dignitate Papali dignos relatus est. Magnum is sibi peperit apud eruditos nonnunquam duobus operibus, quorum alterum est de hymnis ecclesiasticis, Psalmodia divina inscriptum, in quo ritum canendi in cœtu Christianorum per secula tradit, alterum vero de rebus liturgieis agit, in quo plura de celebratione ac ritibus missæ habentur. Lectu quoque non indignis sunt libri ascetici, Manuductio ad cœlum, Horologium asceticum aliisque, qui conjunctim in tria volumina collecti Parisi. 1678 prodierunt. Tum se offert *Johannes Launejus*, qui ut fertur die XI Dec. A. MD III natus & die X Martii M DC LXXVIII denatus est. Varia eius sunt ingenii monumenta, quorum argumenta saltem attingere licet. Primum causam Durandi in modo coniunctionis concursuum Dei & creaturarum in quadam libro egit, cui adjunxit quæstionem: num judicium de Galileo Romæ latum Theologos Parisienses, antequam ad eos publica autoritate missum sit, obliget? tum in poenitentiæ sacramento satisfactionem præcedere debere absolutionem negavit; in quæstione: num in poenitentia sufficiat attritio, an vero necessario requiratur contritio, sentiendi libertatem unicuique a concilio Tridentino relietam esse contendit; atque etiam peculiari opusculo fre-

quen-

quæstori & confessionis & communionis usum uruit. Edit  
dit præterea librum de varia Aristotelis in Academia Parisi-  
ensi fortuna, cuius appendix agit de Victorino, quem Episcopum Pictaviensem fuisse negat; dissertationem de vera cau-  
sa secessus Brunonis in solitudinem, in traditione de Doctore  
Parisensi mortuo sed nondum sepulto, qui ter se damna-  
tum esse conquestus fit, anili fabula, minime querenda; ju-  
dicium de dissertatione Hadriani Valesii de Basilicis, in  
quo primum eas occupasse monachos & Dionysium Areo-  
pagitam ac Parisiensem unam personam esse negat, cu-  
jus appendix de antiquis templis Parisiensibus agit. Pari ratione peculiari scripto, Lazarum, Magdalenam & Martham in  
Galliam pervenisse & Maximum Magdalena locum fuisse &  
cum monachos Veselii tum Maximi verum Magdalena corpus possidere negat, idque etiam contra Gueneum defendit,  
simil docens esse Ecclesiaz, ut curat, ne res gestæ ac reliquæ  
sanctorum imposturæ contaminentur. Dissertationem, qua ostendit concilium in causa baptismi Hæreticorum habitum  
ac ab Augustino plenarium dictum non aliud esse, quam Are-  
latense, Nicolaus Dominicanus & David, quibus illud Nicæ-  
num videtur, eam vero qua rationem argumentandi a silentio  
autorum probandam esse docuit; Dn. Thiers, & illam, qua  
est de canone sexto concilii Nicæni, Valesius impugnavit,  
quibus peculiaribus responsis satisfacere annis est. Tuna  
& aliis scriptis edisseruit, qui fuerint primi Galliaz Apostoli,  
& qua Ecclesiarum hujus regni origo; jejunium & abstinen-  
tiæ a certo ciborum genere multum differre; infideles olim  
ad recipiendum baptizatum coactos esse, & antiquitus cum  
non modo tempore paschali & pentecostali sed etiam die na-  
tivitatis J. Christi & Epiphaniae administratum esse; bonis ec-  
clesiasticis sustentandos esse egenos; & Autorem libri de imitatio-  
ne J. C. esse Thomam de Kempis. Visionem Simonis Stockii,  
qua ei D. Maria vestitu Carmelitarum induita apparuit, eccc,  
inquiens, privilegia Carmelitarum! quisquis haec ueste induit  
moriatur, ignis æterni poenas non luet, bullam Sabbathinam &  
confraternitatem scapularem vocavit in dubium, & quanquam  
se ei

se ei opposuerit Johannes Cheron, Thomas Aquinas & Feszes, tamen suam sententiam dissertationibus aliis denuo corroboravit. Autorem libri de professione fidei esse Pelagium, & die assumptionis Mariae verba martyrologii Uſuardi, quibus ei dormitio adscribatur, recte legi contendit, & hoc non modo ipse contra Gaudinum, sed etiam contra quendam Advocatum & praefectum chori Parisiensis Joly erudite tuitus est. Varia eruditione refertum est scriptum, quo canonem concilii Lateranensis: omnes utriusque sexus &c. ac certamina quae in Ecclesia Romano-Catholica de quaestione: num quis inscio sacerdote proprio confiteri debeat Regulari? fuerunt, quam aliae Pontificum bullæ negarunt, aliae vero affirmarunt, exponit; nec illa carent ea, quae edidit de scholis seu ludis celebribus imperante Carolo M. & subsecutis temporibus fundatis, academia que in primis Parisiensi, de sacramentounctionis, de jure Principis Christiani in prohibendo & dirimendo matrimonio, quod etiam contra Galefum Italum & quendam Parisiensem Theologum defendit, & de veneranda Ecclesiaz R. contra Simoniam traditione. Et cum in hoc ultimo scripto dubitaret, nam Summa Theologiae autor sit Thomas, certamen ei quidem fuit cum P. Alexandro, e quo vero per mortem eruptus est, postquam iana ante historiam collegii Regii Navarensis edidit. In variorum quibus gaudent monasteria, privilegiorum antiquitatem accurato studio inquisivit: eamque vanam esse deprehendit. In epistolis, quarum octo volumina prostant, in id incubuit, ut ostenderet Pontificem R. nec infallibilem, nec supra Concilium, nec potestate convocandi Concilium unice præditum esse. Non tantum hunc sed & multos alios librorum scribendorum copia superavit ac inter polygraphos sibi nomen vindicavit *Theophilus Raynaudus* Jesuita, cuius operum novendecim tomi Lugduni in Gallia prodierunt. In primo & secundo ea, quae ad J. Christum ejusque attributa spectant, in tertio & quarto principia moralia, virtutes ac vitia, in quinto theologiam naturalem ductu Metaphysicorum, in sexto ea, quae S. Eucharistiam concernunt, ubi communionem pro mortuis nihil commodi secum afferre fatetur, in septimo D. Mariz perfectiones ac cultura

in octavo præstantiam Ecclesiæ Lugdunensis in Gallia, cuius occasione contra Laumojum Arnaldumque disputat, certasque sanctorum classes constituit, in nono multorum sanctorum res gestas, in decimo Pontificis R. agnorum Dei & rosæ aureæ rationem ac indolem, in undecimo varios libros, prohibitos quoque ac suppositios, secundum artem criticam, in duodecimo bona ecclesiastica ut & familiaritatem, quæ est Ecclesiasticis cum feminis, & calumniarum naturam, in decimo tertio cadavera sanctorum incorrupte conservata, stigmata, vix terminum, publicam inter coenandum lectionem, & ritum tegendi caput, in decimo quarto retractationem sententiaz, quam judex tulit, condemnationem non audit, æquivocorum ac reservatorum mentis naturam, & eunuchos, in decimo quinto heteroclita & anomala pietatis, neampe Trinitatis & J. Christi cultum, juramentorum & votorum porversam rationem, precum vitia, sanctorum cultum, & mortuorum, qui iu purgatorio versantur, venerationem culpandam, in decimo sexto ea, quæ in administranda missa censura digna sunt, & in decimo septimo ea, quæ ad religiosos spectant, pertractat. Decimus octavus scripta de libertate contra P. Gibieuf & Guilielmum Camerarium Scotum, de acceptioane terminorum in sensu diviso & composto contra Reginaldum, de missionariis Jesuitis contra Thomam Hurtado, tum quedam contra Laumojum & peculiarem martyrii commendationem exhibet. Decimus nonus non nisi suministrata operum in tabulis siflit, qui vero vigesimus audit, ea complectitur scripta, quorum autem se profiteri noluit: quaravis in iis quedam revocet, attamea Thomam Hurtado ac Dominicanos multis probris vexat, ac fuse de religioso negotiatore differit. Pauca sunt quæ Autor profert de Arnaldo d' Andilly, stirpe antiqua orti, qui in vertendis aliorum scriptis imprimis Scalz paradisi Johannis Climaci, & Josephi, cuius tamen sensum non utique assecutus est, studium posuit; de Claudio Joly, qui de horis canonicas, de restituzione, quæ ab optimatibus fieri debet, de itinerario Monasterensi quedam commentatus est, cuius tamen vita Erasmi nondum lucem aspexisse dicitur; de Antonio de Hauseferre, cui placuit variis scriptis illustrare jus canonicum, inter quæ eminent origo statu

p. 91.

94

95.

tus monastici, jurisdictionis Ecclesiastice defensio adversus Carolum Fevretum, & notæ ad librum Pontificalem Damasi quem Anastasio tribuit; de *Franisco Combeffis*, qui cum Græce lugulenter sciret, edendis interpretandisque Græcis Ecclesiæ doctoribus, Amphilochio, Methodio, Andreæ Cretensi, Theophani, Maximo & Basilio operam dedit, Bibliothecam Patrum aliquot voluminibus auxit, præterea originum rerumque Constantino-politanarum manipulum, historiam monotheletarum & Bibliothecam concionatoriam, in qua orationes Patrum Græcorum & Latinorum habentur, edidit; de *Valeriano Flavigno*, cuius extat de Polyglottis Parisiensibus judicium, quo ægre fert, primum pentateuchum Samaritanum a Morino haberi textum Mosis originalem, qui ex Hebreo & Græco ab homine audaci sit confectus; tum Arabie & Syriacæ versionibus imprimendis Gabrielem Sinaitam primum tantum præfuisse, postea vero in eis locum surrogatum esse Abrahamum Echellensem, cuius culpa illæ varios nœvos contraxerint, tandemque textum Hebreum cum versione minus accurate expressum esse. Idem in epistolis ad Grandinum docuit, Hebreum textum incorrupte ad nos pervenisse. Non tantum de thesi: omnino damnandam esse Coperniei sententiam, sed etiam de his dubiis: i Presbyteratum vestiri ratione sacramenti certum; episcopatum ea decorari quicunque negat, probabiliorem tenet sententiam; & ad Episcopatum præviuane Presbyteratus? aliquando negatum videtur; controversia ei fuit cum Facultate Theologica Parisensi, quarum posteriorum causa ab eo in lucem editæ sunt, ad thesua Clevesianam de Episcopatu expectatz vindiciz; de *Henrico ac Hadriano Valefis*, quorum ille excellenti memoria prædictus nimirum lectione sibi hebetationem oculorum attraxit, & Græcis literis eruditus scriptores quosdam ecclesiasticos cum dissertationibus varia doctrina refertis edidit. Cum Eusebio voluit apparere dissertationem de schismate Donatistarum, epistolam de templo Hierosolymitano quod Anastasianum dictum fuit, scriptum de versione septuaginta viral contra Usserium & dissertationem de martyrologio R. a Rosweido publicato; cum Socrate & Sozomeno dissertationes de S. Athanasio, Paulô Con-

p. 99.

103.

stantinopolitano & canone sexto concilii Niceni, quem aliter ac Launojus explicat ; cum Theodoreto & Evagrio, ut & excerptis Philostorgii ac Theodori Lectoris, duas dissertationes , quarum altera de Petro Antiocheno, altera de Acacio Constantinopolitano agit : idem Ammianum Marcellinum cum fragmentis Polybii & Nicolai Damasceni, ut & quasdam orationes a se habitas edidit ; sed ne Severum Sulpitium, Ruffinum, Cassiodorum aliquosque latinos historiaz ecclesiasticæ scriptores, quorum manuscripta sedulo contulit, quosque notis illustravit, publicaret, mors eius in causa fuit; hic vero omnem operam historiaz Francicæ illustrandæ insunxit, qua de causa ei etiam cum Launojo, Chifletio ac quodam Benedictino fuit disputatio ; de *Augustino Lubino*, qui se totum studio Geographiz dedit, eamque probe excoluit, ut tabulæ geographicæ locorum, quorum in factis literis fit mentio, tabula locorum, quæ in martyrologio occurunt, explicatio locorum, quorum meminit Plutarchus, notitia abbatiarum Italiz, & commentarius in Stephanum de urbibus testantur ; de *Ismael Bullaldo* Matheoseo & Antiquitatum cum sacrarum tum profanarum peritia claro, a quo edita est dissertatio de S. Benigni Divionensis chronico, scriptum pro Ecclesiis Lusitanicis, Johannis IV Regis Lusitaniz libellus ad Clerum Galicanum, dissertatio de populis fundis, epistolæ ad Tocnardum, & dissertatio de tempore, quo Christus agnum pashalem comedenterit ; de *Johanne Nicolai*, qui ut Thomam Aquinatem astinavit plurimi, ita se Launojo scriptis de plenario Augustini concilio, de baptismō infidelium, tempore administrationis baptismi, & abstinentia cibi, quæ essentialis jejunii pars sit, opposuit ; de *Hieronymo Vignicerio*, qui supplemento operum Augustini & editis quibusdam antiquis chronicis eruditio orbi innotuit, & *Andrea Martino*, qui ex scriptis Augustini Philosophiam Christianam confecit. Hinc de via, quam primum iniverat Autor, paulisper deflectere videtur, dum negligetis scriptorum Ecclesiasticorum vitis, tantum eorum monumentis inhæret, ac scripta quedam, quæ Calvinianis opposuerent Romano - Catholici, summatim enarrat. De perpetuitate fideli quedam commentatus erat *Nicolius*, eo animo ut praefationis

p. 105.

108.

110.

loco essent libro, qui inscribitur officium S. Sacramenti, in quo Patrum loca de S. Eucharistia exhibentur; verum is perpendens hunc librum tantum eo spectare, ut credentium pietas conservetur & augeatur, illa omittenda & tantum brevibus indicandum censuit, doctrinam de eucharistia tot doctorum testimonii confirmatam, in coetu divino constanter & perpetuo receptam, ac post Berengarii tempora &que a Romano-Catholicis ac Græcis approbatam esse: inciderat vero illa Nicolii commentatio, duos annos suppressa, sçpīs vero descripta, in manus Claudi Ecclesiæ Reformatæ ministri, qui continuo ei responsum eruditum opponere e re sui cœtus duxit. Hac ratione sibi causam datam esse Nicolius existimavit, suum de perpetuitate fidei scriptum, Claudi responsum ac ejusdem refutationem a se adornatam A. 1664 emittendi in lucem: in priori omnēm operam in eo ponit, ut neget, illam in hoc mysterio vel fieri potuisse vel factam esse mutationem, & Berengarii ætate ab universa Ecclesia Reformatorum dogmati reclamatam esse; & quanvis Edmundus Albertinus sentiat, seculo sexto illud Romanensium de transubstantiatione dogma, fundamento ab Anastasio Sinaita in quodam libro jacto, in Ecclesiam primum orientalem postea occidentalem sensim irrepississe, initiatur tamen id factum esse, nec fieri potuisse putat, ut hæc nova & inaudita doctrina nullo repugnante esset recepta. In posteriori scripto, quod est Claudi responsi refutatio, primum respondet, finiles difficultates, quas adversarius in medium protulerat, etiam aliis fidei articulis opponi posse, evidentiam vero dictorum Scripturæ sacrae realem C. & S. C. in S. Coena præsentiam evincere, tum existimat veteres omnino discrimen absentia & præsentia recte tenuisse, nec fieri potuisse, ut omnes, ne ullo quidem reclamante, hanc deferrent, & illam amplectentur, tandemque majori studio objectæ variationis historiam considerat. Simul ac hoc opus lucem aspicerat, aliud ei opposuit Cladius, quod refutare ausus est duobus voluminibus, quorum inscriptio: perpetuitas fidei catholicæ in articulo de Eucharistia contra Claudium Ministrum Carentonensem A. 1669 Arnaldus, eti ad ea conficienda permultum contulerat Nicolius. Tantum vero abest, ut his

his conspectis sibi silentium impositum esse arbitratus fit Claudio, ut potius ad illa refellenda novum scriptum ederet, cui tamen non nisi generali responso occurrere ejusdem adversariis placuit. Secundus de perpetuitate fidei tomus, in primo promissus, A. 1672 a *Nicolio vulgatus* est, in quo ea, quæ Scriptura & doctores Ecclesie sex primorum seculorum de eucharistia docent, expedit ac in interpretandis verbis: hoc est corpus meum, defudat, cui successit tertius, in quo ad difficultia Patrum loca a *Charlesio* producta respondet. Dum ita de Eucharistia disceptatur, alii controversiæ occasionem præbet libro: *Renversement de morale etc.* i. e. Eversio doctrinæ morum inscripto A. 1672 *Arnaldus*, in quo tradit Reformatos doctrina de inamisfibilitate gratiæ & justitiæ B. operum necessitatem tollere, cui non tantum minister Nemaulenſis Bruguier cum approbatione Claudi scriptum, ab Arnoldo tamen A. 1675 libro: *L'impôt de la morale des Calvinistes pleinement découverte par le Livre du Ministre Bruguier* refutatnm, sed etiam Jurieu & Merlat responsa sua opposuerunt, quorum huic le Feron Doctor Sorbonicus obviam ivit. Accidit autem præter omnem spei & opinionem, ut Ministris Reformatis fuppetias ferret le Fevre libro: *Motifs invincibles pour convaincre ceux de la Religion P. R.* in quo tradit, non tantum inamisfibilitatis dogma in Synodo Dordracena non esse definitum, sed etiam tolerari posse, tantumque nominis controversiam tangere; id quidem ei per literas vitio vertit Arnaldus, sed cum ille in sua sententia permaneret & per literas eandem confirmaret, in publicum misit Arnaldus scriptum: *les Calvinistes convaincus de dogmes impies fait la morale pour servir de réponse à Messieur le Fevre & Jurieu*, cui tamen le Fevre aliud opposuit. Hac de quibusdam doctrinæ capitibus certamina videri poterunt velitationes, quibus successit prælium, quod ineundum fuit Reformatis, cum Nicolius in totum eorum cœtum impetum facheret, eumque non esse veram Ecclesiam tribus libris palam facere auderet. Primus fuisse *préjudicia legitima* contra Calvinianos, quorum i: eorum, qui reformationem suscepserunt, vitam multum ab eorum vita distare; quibus olim Deus ad docendam veritatem nfu

est, 2 Reformatorum pastores legiti<sup>m</sup>a vocatione & missione carere, 3 eos ideo quod se ab Ecclesia separaverint, esse schismaticos, 4 Ecclesiam esse societatem amplissimam, cum Reformatorum cœtus, si originem spectes, in angusta loca sit inclusus, 5 in condenda secta Calvinianorum summam terneritatem apparere, 6 spiritum calumniae ac injustitiae in autoribus reformationis se prodere, 7 spiritum politicum in controversiis, quæ illis fuerunt cum Lutheranis, animadverti, 8 permulta falsa monstrosoque dogmata ab iis tradi, 9 subsidium, quo utantur ad instillandam alis fidei veritatem, plane esse nullum, siquidem Ecclesiæ voce traditionisque autoritate rejecta solam Scripturam proponant, & ut hæc valeat, demonstrare debeant, locum aliquem esse ex libro canonico desumptum, eum convenire cum textu originali, non esse subjectum variis lectionibus, nec ejus sensum esse impropprium, quin potius eundem satis excusum, eaque de causa varios interpretes consultos, ubi simul oporteat scire, quæ sit articulorum fundamentalium ratio, quibus percipiendis & discutiendis nemo simplicium Christianorum sit idoneus. Secundus inscribitur: *Reformati sic dicti schismatis convicti.* Etsi enim plures fuerunt ex Reformatis, qui ejus præjudiciis se opponerent, in primisque Jo. Claudio defensionem reformationis ederet, Nicolius tamen unicum librum, Considerationes literarum Circularium congregationis Cleri Gallicani inscriptum ac 1687 vulgatum, dignum juticavit quem nominato modo libro refelleret, in quo dento probare annitur, separationem Reformatorum jure schismatis crimen haber. Dum vero non poterat non fieri, ut in hac controversia etiam Ecclesiæ mentio injiceretur, & Jurieu in suo systemate Ecclesiam Catholicam per omnes sectas diffusam esse, ac in unaquaque societate, in qua fundamentum religionis non prorsus sit destructum, vera ejus membra haberi, contenderet, Nicolius hanc sententiam in tertio libro, qui est de *unitate Ecclesia*, sibi examinandam sumpsit, traditque Ecclesiam semper esse habitam unam societatem in unam communionem redactam, a qua heretici & schismati sint exclusi. Redit quidem nunc Autor in viam, a qua paalisper secessit, & vitas Autorum se dare indicat,

est, verantamen & hic præcipue in commemorandis eorum scriptis versatur. Scripta igitur, quibus *Christianus Lupus*, ab Alexandro VII & Innocentio XI PP. magni estimatus, innotuit, sunt: *Observationes in concilia generalia & particularia*, quibus peculiares addidit dissertationes, appellations ad Romanam cathedralm, notæ ad Tertulliani librum de præscriptionibus, & dissertatione de sensu legitimo contritionis & attritionis in scriptis Patrum, quæ etiam in ejus opusculis a Guilielmo Wynne collectis comparat, ubi ejus dissertationes, de media inter probabilitatis rigidos & laxiores fautores sententia, de simonia monasteriorum, de antiqua disciplina Christianæ militie, de processionibus aliisque argumentis habentur; ne de commentario Papæ Coelestini, decretis papæ Hilarii, Concilio Neapolitano, Patrum epistolis ad Concilium Ephesinum, vita & epistolis Thomæ Cantuariensis, Alex. III, Ludov. VII, R. Galliæ, & Henrici II Regis Angliæ, quæ ejus studio ac cura prodierunt, quidquam commemoremus. Scripta *Johannis de Neercassel*, Episcopi Romano-Catholici in Belgio federato, sunt: doctrina de lectione Scripturarum, in qua negat eam a Romano-Catholicis prohiberi, affirmat tamen, Ecclesiæ solam ejus legitimam esse interpretem, amor penitentis seu necessitas amoris divini in penitentia, & cultus sanctorum & Mariæ virginis, *Johannis Cabassutii*, qui submissione animi integritateque se omnibus gratum præbuit, theoria & praxis juris canonici, & notitia ecclesiastica conciliorum & canonum; *Antonii Aubry*, de dignitate, qua Rex Galliæ Imperatori & Regi Hispaniæ antecellit, de jure ejusdem in Imperium Romano-Germanicum, ob quod urgentibus Imperii statibus in carcere conjectus est, historia Cardinalium Ecclesie, Jousz, Richelii & Mazarini, de dignitate Cardanilitia & regalibus; *Ceraki du Fresne*, *Domini du Cange*, Graece & Latine egregie docti ac in omni scientiarum genere versati, qui, quod omne tempus in studiis literarum continebat, amicis dicere solitus fuit: *mibi & mysis cano*, scripta sunt: Historia Byzantina sub Imperatoribus Francicis, quæ comparuit A. 1658, tractatus de capite Johannis Baptiste, quod apud Ambianos servetur, *Observationes ad historiam S. Ludovici Regis Gallizæ Dominio de*

p. 131.

136.

140.

141.

## 112 ACTORUM ERUDITORUM

de Jonvillâ scriptam, notæ in Nicephorum Bryeanum, Annam Comneanam & Cinnamum cum Pauli Silentarii descriptione templi Sophiæ a se editos, specimen historiæ Francicæ, historia Byzantina duplicommentario illustrata, Glossarium medizæ & infimæ Latinitatis, Glossarium medizæ & infimæ Græcitatis, notæ in Zonaram & Chronicon Paschale abs se edita. *Luce d' Achery* debeimus Barnabæ epistolam, Lanfranci & Guilleerti opera, ac varia veterum monumenta in aliquot Spicilegii tomos collecta: & *Francisco Maria Florentino* Medico origines pietatis Hetruscorum, in quibus ortum ecclesiistarum illius provinciæ ad discipulos Petri refert, quæ præterea argumenta Theologica pertractavit, ex Catalogo opusculorum ipsius a filio editorum cognoscere licet.

*Henrico Norisio*, qui primum Florentiæ Bibliothecæ Magni Ducis & postea Romæ Vaticanae præfuit, tandemque in Purpuratorum senatum lectus est, eruditus viri nomen peperit quidem Historia Pelagiana cum vindiciis Augustinianis, ut & dissertatione de uno e Trinitate passo, sed & iisdem multorum invidiam contraxit, in primis quod Jansenii partibus studere videretur, quapropter & variis scriptis est potitus, & ejus liber acerrime censuræ ter subjectus. Nihilominus tamen evasit superior, suisque adversariis egregie respondit, quin imo impetratam viri eruditissimi laudem, libro, quo annos & epochas Syro-Macedonum e numinis, additis fastis consularibus & epistola ad Antonium Pagi, exponit, quem impetratis e Gallia a Clarissimis Viris subsidiis obervationibus & duabus dissertationibus de dupli cyclo paschali auxit, stabilivit, a qua nihil detrahere potuit Harduinus sacerdos ab eo castigatus, cum parvum scriptum: pro Eumenio Pacato ad Norisium, iu lucem emitteret. *Blesius Pascalis*, a patre institutus, rerumque Mathematicarum perquam gnarus, literis provincialibus nomine Ludovici Montaltii editis sodales ordinis Ignatiani, meditationibus autem de religione Atheos & indifferenteristas, & *Jacobus Benignus Buffetus*, primum Condornensis tum Melenis Episcopus præcipue, Reformatos & Protestantes impugnarunt, adeo ut nemo esset qui hac ratione de cœtu Romano-Catholico tam præclare meritus sit. Primum scriptum, quo

p. 144.

147.

153.

quo se Doctoris nomine non indignum esse ostendit est, refutatio catechismi Pauli Ferri Ministri ecclesiaz Reformatz, qua negat Romano - Catholicam ecclesiam eos errores, qui ipsi a Reformatis imputentur, docere, ac contra contendit, reformationem olim susceptram fuisse perniciosam, ut olim in ecclesia Romana homines salvati sint, ita & nunc salvari, neutiquam vero in cœtu Reformatorum salutein æternam impetrari. Huic faccessit expositio doctrinaz catholicaz, quæ ubi quatuor annos in manuscripto latuisset, & cum multis viris eruditis esset communicata, multumque eo contulisset, ut summus belli dux Turennius sacra Romana amplecteretur, lucem A. 1671 primum aspergit, & ut in linguas, Italicam, Anglicam, Latinam & Germanicam transferretur, meruit. Quoniam ei nonnulli Reformatorum objecerant, eam non omnibus Romanaz Ecclesiaz præsulibus, immo nec ipsi Pontifici esse probatam, nec fideliter ecclesiaz Romano - Catholicaz doctrinam exhibere, ideo secundaz editioni, quæ A. 1680 comparuit, varias Episcoporum ipsiusque Pontificis adjicit approbationes, simulque ostendere annis est, Reformatos nunquam recte percepisse veræ Ecclesiaz Romano-Catholicaz doctrinam, suamque expositiōnem prorsus convenire cum decretis Concilii Tridentini, nec esse, ut quis contrarium ex praxi & peculiaribus Doctorum scriptis eliciat, cum & hæc & illa, si decretis repugnent, nihil religioni præjudicent. Dum ei animus est, rem hoc opere eo perducere, ut plurimæ controversiaz seu errores evanescant, & quæ superfint, vel parvi vel plante nullius momenti habeantur, ideo ordine de cœtu religioso, justificatione, indulgentiis, sacramentis, eucharistia & autoritate traditionum Ecclesiaz & sanctæ Sedis agit, & quoniam multis videri poterat doctrinam de communione sub utraque in illo libro non satis ample pertractatam esse, ideo illud postea in peculiari opusculo fecit. Nullo vero scripto acerbus Protestantibus insultavit, quam eo quem de variationibus Eccles. Protestantium inscripsit, in quo tradere audet, eos aliquoties sua dogmata mutasse; contra hoc insurrexit quidem Jurius in literis pastoralibus ad Hugenotas in Gallia scriptis; verum quia contendit, semper in Ecclesia doctrinæ variatio-

nem obtinuisse, perfacile Bossuet fuit ei respondere, ac in suis admonitionibus varia minime consentanea ex ejus sententia elicere, eumque Socianismi accusare. Edidit præterea librum contra Basnagium, iustitiam armorum Hugenotarum in Gallia defendantem, collationem cum Claudio, animadversionem ad Claudi quoddam scriptum, literas pastorales ad eos, qui ex Reformatis in sua diœceli Romana sacra amplexi erant, explicationes difficultatum, quæ in precibus missæ & in cultu crucis se offerunt, & instructiones pastorales, in quarum una Autorem falorum & legitimorum præjudiciorum refutat. Ut verò non tantum bonus disputator, sed etiam egregius Scripturæ interpres haberetur, publicavit notas in Psalmos, Proverbia, Ecclesiasten, Canticum canticorum & loca Jes. VII, 14 & Ps. XXII, 17, 18, 19; explicatio vero apocalyptica controversias continet, in qua Babylonem non esse Romanam Christianam sub Pontifice, sed idololatricam statuit. De controversiis, quæ Bossuet fuerunt cum Archeepiscopo Cameracensi ac Simonio, parum aut nihil Autor habet. *Gilbert de Choiseul*, primum Convenensis postea Tornacensis Episcopus, in id incubuit, ut suas diœceses a barbarie religionisque ignorantia purgaret, qua de causa crebro visitationes instituit, ac etiam commentariorum de religione tria volumina vulgavit, in quorum primo existentia in Dei miraculorumque naturam docet, in secundo dogmata sacræ Cœ næ tradit, & in tertio Protestantem, qui contra secundum insurrexerat, resellit. Approbaverat librum inscriptum: Monita salutaria B. Mariæ virginis ad cultores suos indiscretos; id cum ipsi nonnulli vitio verterent, literis pastoralibus docuit, Mariam & Sanctos honorandos esse, & imaginibus eorum ut reliquiis reverentiam exhibendam, sed quoniam ex ignorantia & stupiditate mentis orientur abusus, merito eos in illo libro damnari. A. 1688 scripsit ad Steyaertum Lovaniensem Theologum epistolam, qua se adulatoribus curia Romana opposiens, Pontifici infallibilitatem negat, ejusque autoritati Concilia præfert, id quod ex Scriptura, Ecclesiæ praxi, variisque rationibus confirmat. *Carolus le Cointe* octo Annalium Ecclesiasticorum Francorum tomos, *Claudius Lancelotus* dissertationem chronologiam

p. 177.

182.

183.

SUPPLEMENTA. Tom. VII Sect. III. 115

cam ad sacram Scripturam, expositionem vocis Emina, quæ in regulis S. Benedicti habetur, ob quam ei cum Mabillonio fuit controversia, & disquisitionem de anno & die mortis S. Benedicti, & *Godofredus Hermant*, contra sedales ordinis Ignatianæ pro Academia Parisiensi, catechismum de gratia, vitas Athanasii, Basilii, Chrysostomi & Athanafii, defensionem Ecclesiæ contra Johannem Labbadie, & meditationes Christianas scripserunt. Edita sunt a *Jo. Baptista Cotelerio* Opera Patrum, qui temporibus Apostolicis floruerant, & tres monumentorum Ecclesiæ Graecæ tomî; a *Ludovico Thomafino* libri de gratia & autoritate Pontificis, quorum hujus exemplaria, quod nimium faveret Pontifici, ne divulgarentur, regio jussu separato loco inclusa fuerunt, & quo non nisi post mortem ejus evaserunt, de antiqua & nova Ecclesiæ disciplina, ratione beneficiorum, de dogmatibus, jejunis, festis, officio divino, ratione versandi in lectione Poetarum, Philosophorum & Historicorum, de studio linguarum, ratione Scripturæ sacræ & in primis Hebreæ lingue, de veritate, juramentis, & eleemosyna, ut & glossarium Hebraicum; a *Petro l' Allemant* opuscula de morte, nimirum mores suorum, testamentum spirituale, & sancta mortis desideria; a *Johanne Garnerio* regulæ fidei catholice de gratia Dei per J. Christum, Marius Mercator, furnus Romanorum Pontificum, cum notis & tribus dissertationibus de Honorio Pontifice, inscriptione & subscriptione literarum Pontificum & pallio, tandemque primum Theodoreti volumen; ab *Antonio Pagi* dissertatione de consulibus Cæsareis seu consulatibus, & critica historicæ-chronologica in quatuor tomos annualum Baronii; a *Jacobo de Sainte Beuve*, qui ob eruditissimam & rerum usum pro oraculo fuit habitus, & dum non procul ab urbe Parisiensi commoratas est, sepius in easibus dubiis consultus, quapropter & ejus decisiones frater ipsius vulgavit, libri de confirmatione & extrema iunctione contra Dallizium; a *Job. Gerbaix* dissertatione de carnis majoribus, tractatus pacificus de potestate Ecclesiæ & Principum circa impedimenta conjugii, & literæ quædam, inter quas illæ, quæ sunt de peculio religiosorum, litteræ, quæ inter summi & canonicos regulares orta est, causa fuerunt;

p. 187.

196.

201.

ab *Anselmo de Paris* dissertatio de libro Bertrami & consensu Ecclesie Græce & Latinæ in doctrina de transubstantiatione; a *Josepho Mege* dissertatio de virginitate, quam libro Ambrosii de eodem arguimento subjecit; ab *Emerico Bigotio*, ab eruditis maximi æstimato, vita Chrysostomi a Palladio scripta cum quibusdam antiquis monumentis, & a *Johanne le Bourblier de Range*, Abbe monasterii de la Trappe, annos 13 nato, Anacreon cum notis, duò inde volvunina de sanctitate & officiis status monastici, quæ secutum est tertium, in quo difficultates sibi objectas tollere conatus est, versio Dorothei, commentarius in regulas S. Benedicti, moralia christiana & quædam alia, imprimis contra Mabillonium. Placet Cl. Autori ab hoc ad recentissimam Augustini operum editionem a Francisco Delfau & Thoma Blampiu adornatam, quam maximum laudibus evexit, digredi, & simul commemorare, quos tumultus excitaverit liber *l'Abbé commendataire*, Abbas fiduciarius. Comparuit ille A. 1673 sub nomine Domini de Boisfranc, cuius quidem verus Autor fuit Franciscus Delfau, e sodalibus ordinis Benedictini, qui omne studium & operam in eo posuit, ut comedas Abbatum ecclesiasticas deformaret. In colloquio quodem illum librum aliquis sub censuram vocavit, sed statim affuit de Froidmont, qui eum tuitus est, & secundam partem Abbati fiduciario adjectit, cui successit tertia, in qua tria pro illo libro habentur scripta; omnia vero illa refellere annis est, qui defensionem Abbatis fiduciarii adornavit, & Guido Drapier fuisse fertur.

**232.** Ab hoc Autor se confert ad *Emanuel Schelstratenum*, Antverpiensem, cuius scripta sunt: Antiquitas illustrata, in qua autoritatem Pontificis contra Launojum confirmat, de ecclesia Africana sub Primate Cartaginensi, de concilio Antiocheno, de actis concilii Constantiensis ad expositionem decretorum Sess. IV & V facientibus, de disciplina arcani contra Tenzelium, a quo impugnatus erat, postquam in libro de concilio Antiocheno disciplinam arcani ad propugnanda sui cœtus dogmata adhibuerat, & de autoritate patriarchali & metropolitana contra Stillingfleetum. Antiquitatis illustratæ tomus primus, chro-nologicus, eo vivente fuit impressus, secundus, geographicus, post

post mortem ejus est editus, tertium de conciliis, canonibus & decretis Pontificis, quartum de ritibus pœnitentiarum & ordinationis, quintum de martyrologiis, Actis sanctorum, scriptis supposititiis & dubiis, & sextum de rebus difficultioribus trium primorum seculorum, quos in animo habuit, non perfecit; desiderantur etiam eisdem Acta Ecclesie orientalis contra Lutheranos & Calvinianos; modus dignoscendi ex forma characterum five Græcorum five Latiorum Scripturarum vetustatem, & commentarius de Basilica Vaticana. Proximus ab hoc *Ludovicus Maimburgius*, qui Patris iussu ordinis Ignatiani sodalitio se adjunxit, illum vero etiam gravi de causa deseruit, se Theologiz & antiquitatis ecclesiasticæ peritum variis scriptis demonstravit. Sunt illa: methodus pacifica reducendi Protestantes sine disputatione ad veram fidem de eucharistia, libellus de vera Ecclesia veroque Dei verbo, sermones de jejunio ac de aliis argumentis, historiæ Arianismi, iconoclastarum, cruciatarum expeditionum, schismatis Græcorum, decrementi Imperii occidentalis post Carolum M. Lutheranismi & Calvinismi, Ligæ, Pontificatus Gregorii M. & Leonis & prærogativarum Ecclesie. Controversiæ religionis tractandis etiam operam dedit *Paulus Pelissonius*, a matre quidem in religione Reformatorum educatus, quam vero postea cum Romano-Catholica commutavit. Applicuit se ad ius civile ac varias linguas, & adhuc juvenis in Gallicam linguam translulit librum primum Institutionum Justiniani, deinceps partem Odyssæ Homeri. Per cognito ejus excellenti ingenio, in aulam & Academiam Lutetias fuit receptus, sed in illa adversam fortunam expertus, cum ob Fouquetum, cui nimia fiducia adhæserat, in custodiâm conjiceretur, verum ex ea liberatus gratiam Regis sibi conciliavit, ubi ejus laudes peculiari panegriyco decantavit. In pretio habentur ejus considerationum controversiarum de religione tomî quatuor, in quoruim primo rejecto controversiarum religionis examine, cui suscipiendo nullus privatorum sit idoneus, suadet, ut quilibet se Ecclesiæ autoritati subjiciat, insimulque transubstantiationis dogma confirmat, in secundo objectionibus Anglorum ac Batavorum satisfacere studet, in tertio

p. 240.

contra Jurieum disputat, in quarto vero ejus & Ill. Leibnitii H. terz mutuz, quibus de religione pugnarunt, habentur. A *Bono de Mirbes* condita est summa morum Christiana & orthodoxye Patribus & monumentis Ecclesiasticis defumta; a *Josepho Saenz de Aguirre* profecti sunt Ludi Salmanticenses seu Theologia florulenta, disputationes Ethicæ, Theologia Anselmiana, defensio cathedræ Petri contra Clerum Gallicanum, & collectio Coneiliorum Hispaniarum; a *Ludov. Bulteau* historia monastica eum orientalis tun occidentalis; a *Ludovico Ferrando*, parlamenti Advocato, conspectus sive synopsis libri Hebrici, qui inscribitur Annales Regum Francie & Regum donaus Othomanicæ, considerationes religionis Christianæ ratione vaticiniorum Jacobi & Davidis de adventu Messiae, commentarius in Psalmos, responso ad apologiam pro reformatione, reformatoribus & reformatis, epistolæ duas de Augustini monachismo, tomus suinæ Bibliorum & liber de cognitione Dei; a *Gerardo du Bois* historia Ecclesiæ Parisiensis; a *Johanne de la Mainferme* apologia pro Roberto de Arbrissello contra Roselinum; a *Francisco Fen* cursus Theologicus, quo omisis inutilibus quæstionibus Theologia ex Scriptura & monumentis doctorum veterum traditur, & a *Petro Thoma du Fosse* continuatio commentariorum in sacram Scripturam a Sacy inceptorum, vita Tertulliani, Origenis, Thomæ Cantuariensis & Sanctorum. *Ludovicus Sebastianus Tillemonius* (le Nain de Tillemon) solitariam vitam eligens se totum ad studia antiquitatis cum sacræ tung profanæ contulit, non prius autem quam ætate proiectior vi-fus est, aliquid in lucem emisit. Edidit autem quinque historiæ Romanorum Imperatorum tomos, quorum primus res ab Augusto usque ad Vitellium, secundus a Vespasiano usque ad Pertinacem, tertius usque ad Diocletianum, quartus usque ad Jovianum & quintus usque ad Honorium Imperatores commemorat. Scripsit etiam aliquot commentarios ad res Ecclesiæ pertinentes, in quibus in primis vitas Sanctorum clarorumque Ecclesiæ doctorum depinxit. In primo exhibentur vita Jesu Christi, Mariæ, utriusque Josephi, Johannis Baptizæ & Apostolorum, in secundo Stephani, Nicodemi, Gamalielis, Mariæ Magdalena.

deleñz, Lazari, Theclæ, Philippi, Marci, Hermæ, Læcæ, Dionysii Areopagitæ, Titi, Timothei, Simeonis, Ignatii & Polycarpi, historiæ quoque persecutionum & hæresium; in tertio vita Irenæi, Clementis Alexandrinij &c. in quarto vita Cypriani, Dionysii Alexandrinii, Gregorii Thaumaturgi &c. in quinto, qui post eius mortem editus est, historia persecutionis Diocletiani & Licini, actaque martyrum, in sexto historia schismatis Donatistarum, hæreses Arrianæ, concilii Nicæni, vita Alexandri Episcopi Alexandrinii, S. Vitalis, Philogenis &c. in septimo vita Eustathii Antiocheni, Alexandri, Pauli Constantinopolitani, Eusebii Cesariensis, Orosii &c. in octavo vita Athanasii, Ephremi, Meletii, Cyrilli &c. in nono vita Basili, Gregoriorum Nazianzeni & Nysseni, in decimo vita S. Ambrosii, Martini, Epiphani &c. in decimo tertio A. 1702 edito vita Augustini, in undecimo, qui 1706 lucem aspexit, vita Chrysostomi, Theophili &c. Desiderantur adhuc tomus duodeciimus, vita Hieronymi, Theodori, Pelagi, Bonifacii Papæ &c. decimus quartus, vita Paulini, Caffiani, Nili, Hesychii, decimus quintus, vita Hilarii, Marii Mercatoris, Vincentii Lirinensis, Isidori Pelusiota &c. & decimus sextus, vita Prosperti, Maximi Taurinensis, Hilarii Papæ, Gennadii Constantinopolitani, Euthymii, &c. ut & tomus sextus historiæ Romanorum Imperatorum eos, qui a Theodosio secundo usque ad Anastasium vixerint, complectens. *Josephus Anselmi*, qui illi subiunctus est, etiam antiquitatibus Ecclesiasticis scrutandis se dedit, ut ejus dissertatio Historico-Chronologica de initio Ecclesiaz Foro-Juliensis, dissertationes criticae, in quibus ostendit, Autorem librorum de vocations gentium, capitulorum de gratia & epistolæ ad Demetriadem non esse Leonem, ut Quesnelli visum, sed potius Prosperum, contra quem etiam defendit, literas & sermones Leonis esse Prosperti, ac Prosperti chronicas Prosperti Aquitanici, dissertatione de Autore symboli Athanasiani, qui ipsi non Vigilius Taurinus, ut Quesnelli sensit, sed Vincentius Lirinensis videtur, & epistola ad Pagium de ztate Martini Episcopi Turenensis docent. Varia sunt scripta *Jo. Baptiste Thiers*, sed ut Autor judicat, non ejusdem pretii. Scripsit enim de vi argumentatione

p. 271.

contra Jurieum disputat, in quarto vero ejus & illi. Leibniti H. teræ mutuæ, quibus de religione pugnarunt, habentur. A *Bono de Merbes* condita est summa morum Christiana & orthodoxyæ Patribus & monumentis Ecclesiasticis desumpta; a *Josepho Saenz de Aguirre* profecti sunt Ludi Salinanticenses seu Theologia florulenta, disputationes Ethicæ, Theologia Anselmiana, defensio cathedræ Petri contra Clerum Gallicanum, & collectio Coneiliorum Hispanicæ; a *Ludov. Bultea* historia monastica eum orientalis tum occidentalis; a *Ludovico Ferrando*, parlamenti Advocato, conspectus sive synopsis libri Hebraici, qui inscribitur *Anales Regum Francicæ & Regum donaus Othonianicæ*, considerationes religionis Christianæ ratione vaticiniorum Jacobi & Davidis de adventu Messie, commentarius in Psalmos, responsio ad apologiam pro reformatione, reformatoribus & reformatis, epistola dux de Augustini monachismo, tomus suimmæ Bibliorum & liber de cognitione Dei; a *Gerbarde du Bois* historia Ecclesiæ Parisiensis; a *Johanne de la Mainferme* apologia pro Roberto de Arbrissello contra Roseelinum; a *Francisco Fen* cursus Theologicus, quo omisis inutilibus questionibus Theologia ex Scriptura & monumentis doctorum veterum traditur, & a *Petro Thoma du Fosse* continuatio commentatorum in sacram Scripturam a Sacy inceptorum, vita Tertulliani, Origenis, Thomæ Cantuariensis & Sanctorum. *Ludovicus Sebastianus Tillemontius* (le Nain de Tillemont) solitariam vitam eligens se totum ad studia antiquitatis cum sacra tunc profane contulit, non prius autem quam ætate proiectior vi-fus est, aliquid in lucem emisit. Edidit autem quinque historiarum Romanorum Imperatorum tomos, quorum primus res ab Augusto usque ad Vitellium, secundus a Vespasiano usque ad Pertinacem, tertius usque ad Diocletianum, quartus usque ad Jovianum & quintus usque ad Honorium Imperatores commemorat. Scripsit etiam aliquot commentarios ad res Ecclesiæ pertinentes, in quibus in primis vitas Sanctorum clarorumque Ecclesiæ doctorum depinxit. In primo exhibentur vita Jesu Christi, Marie, utriusque Josephi, Johannis Baptiste & Apostolorum, in secundo Stephani, Nicodeimi, Gamallicis, Marie Magdalene.

daten, Lazari, Thecle, Philippi, Marci, Herinæ, Lucæ, Dionysii Areopagitæ, Titi, Timothei, Simeonis, Ignatii & Polycarpi, historiæ quoque persecutionum & hæresium; in tertio vita Irenæi, Clementis Alexandrinii &c. in quarto vita Cypriani, Dionysii Alexandrinii, Gregorii Thaumaturgi &c. in quinto, qui post ejus mortem editus est, historia persecutionis Diocletiani & Licini, actaque martyrum, in sexto historia schismatis Donatistarum, hæreos Arrianæ, concilii Nicæni, vita Alexandri Episcopi Alexandrinii, S. Vitalis, Philogenis &c. in septimo vita Eustathii Antiocheni, Alexandri, Pauli Constantinopolitani, Eusebii Cesariensis, Orosii &c. in octavo vita Athanasi, Ephremi, Melletii, Cyrilli &c. in nono vita Basili, Gregoriorum Nazianzeni & Nysseni, in decimo vita S. Ambrosii, Martinii, Epiphani &c. in decimo tertio A. 1702 edito vita Augustini, in undecimo, qui 1706 lucem aspergit, vita Chrysostomi, Theophili &c. Desiderant adhuc tomus duodecimus, vita Hieronymi, Theodori, Pelagi, Bonifacii Papæ &c. decimus quartus, vita Paulini, Caffani, Nili, Hesychii, decimus quintus, vita Hilarii, Marii Mercatoris, Vincentii Lirinensis, Isidori Pelusiotæ &c. & decimus sextus, vita Prosperti, Maximi Taurinensis, Hilarii Papæ, Gennadii Constantinopolitani, Euthymii, &c. ut & tomus sextus historiæ Romanorum Imperatorum eos, qui a Theodosio secundo usque ad Anastasium vixerunt, complectens. *Josephus Amelius*, qui illi subiunctus est, etiam antiquitatibus Ecclesiasticis scrutandis se dedit, ut ejus dissertatio Historico-Chronologica de initio Ecclesiaz Foro-Julienis, dissertationes criticas, in quibus ostendit, Autorem librorum de vocatione gentium, capitulorum de gratia & epistola ad Demetriadem non esse Leonem, ut Quesnello visum, sed potius Prosperum, contra quem etiam defendit, literas & sermones Leonis esse Prosperti, ac Prosperti chronicon Prosperi Aquitanici, dissertatio de Autore symboli Athanasiani, qui ipsi non Vigilius Tappinus, ut Quesnelli sensit, sed Vincentius Lirinensis videtur, & epistola ad Pagiun de ztate Martini Episcopi Turenensis docent. Varia sunt scripta Jo. Baptiste Thiers, sed ut Autor judicat, non eiusdem pretij. Scripsit enim de vi argumenti ne-

p. 271.

ti negativi, de eo num latine paraclitus an paracletus pronuntiandum sit? de diminuenda diebus festis, inscriptione, quæ Rhemis conspicitur: Deo homini & B. Francisco utriusque crucifixo, de stola seu sacerdotis vestitu, de expositione sacramentorum, de mereatu in propylæo templi, de advocate pauperum, de superstitione, de claustris monobii, de ludis, altaribus, pulpitibus & choris templorum, de cotmis ascititiis, de eo qui absolvit hæreticum, de iis quæ in devotione sunt necessaria & tamen negliguntur, de novo breviario Cluniacensi, & de flagellantibus.

p. 285.

*Adrianum Baillotum*, bibliotheca Lamontiana præfectum, fuisse virum varix stupendæque lectionis indicio sunt iudicia eruditorum de scriptis primariis Autorum, item de Poetis, libri de scriptoribus sub nominibus alienis latentibus, de pueris, qui studiis scriptisque inclarerunt, tractatus de libris, in quorum titulis anti occurrit, vita Cartesii, liber de cultu Marie, virtutum sanctorum & volumina de festis mobilibus. *Nicolaus Toinardus* etiam multa legit, sed nihil edidit suo nomine, nisi quasdam notas in Lactantii librum de mortibus persecutorum. Concordantia Græca quatuor Evangelistarum non integræ typis impressæ sunt, & scriptum, quo versiones N. T. Bouhoursii & Montensis sub examen vocantur, pro suo factu agnoscere renuit. Conjunxit cum Philosophia Theologiam *Jo. Baptista du Hamel*, ac in utraque præstítit, ut cognoscere licet ex Philosophia antiqua & nova, Theologia speculativa & practica secundum Patrum doctrinam, institutionibus Biblicis & notis in Scripturam sacram.

p. 300.

*Thyrses de Gonzalez*, societas Ignatianæ præpositus generalis, de recto usu opinionum probabilium peculiari tractatu differuit; *Nicolaus le Tourneux*, ex obscuris parentibus natus, cœpit inclaret cere oratione, quam de verbis J. C. habuit: *Martha, Martha sollicita es erga plurima, porro unum est necessarium*, quam secuta sunt varia moralia, annus Christianus continens moralia in Evangelia & Epistolas dominicales, vita J. C. principia & regulæ virtutum Christianarum, expeditio epistolæ ad Romanos & alia. *Marinus Grostete des Mâlis*, minister antea Ecclesiarum Reformatarum, ubi sacra Romano-Catholica amplexus est, nihil prius habuit, quam ut coetus, cui valedixerat, religio-

religionem impugnaret, qua de causa scripsit veritatem religionis Romano-Catholicæ e Scriptura Sacra deductam, in qua non tantum negat, cœtum Reformatorum esse veram Ecclesiam, idque ideo quod ei defint notæ ecclesiæ tum æquivocæ, quæ sunt vaticinia, miracula, felicitas, afflictiones, castigationes temporales, constantia in ferendis malis, bona opera & dicta fundatio super verbum Dei, tum propriæ seu principales, cum Ecclesia sit una, sancta, catholica & apostolica, sed etiam probare contendit, omnino corporis Christi revera in S. C. esse præsens.

*Hugo Mathoué*, Benedictinus, octo sententiarum libros Roberti Pulli cum Petro Pictaviensi edidit, & illi quidem subjecit observationes doctas, in quibus peculiares Pulli sententias, v. g.

Patrem & Filium esse duo Spiritus S. principia, descensionem I. C. in cælum non omnibus Angelis fuisse cognitam, diabolos nondum in inferno ignis penas luere, substantiam diaboli nec esse bonam, nec a Deo creatam &c. illustrat. *Le Blanc* elaboravit historiam generalem de nummis Francorum, & in disertatione quadam de nummis Caroli M. Ludovici, Lotharii aliorumque ostendere conatus est, illos Reges habuisse summam potestate in urbem Romanam.

*Franciscus Genet*, Vaisonensis Episcopus; qui misere in aqua periit, instinctu Episcopi Gratiopolitanus Theologian moralem aliquot tomis exposuit.

*Autorinus Maffoulit* meditationes e Thoma confecit, & Thomam sui interpretem, cuius T. I de divina motione, & libertate creata, T. II autem de divina motione in ordine supernaturali in statu innocentie agit, conscripsit. *Ludovicus Cousin* aliquot scriptores ecclesiasticos, Eusebium, Sozomenum & alios Gallice translatis & aliquot annos Diarium Eruditorum confecit.

*Eleonoræ Langevino* res fuit cum Matio Doctore Hafniensi, cuius defensionem religionis Lutheranæ contra Doctores Ecclesiæ Romanæ peculiari opere aggressus est, in quo primo mutationem doctrinæ in Ecclesia unquam factam esse negat, deinde instrumenta, quibus illa effecta sit, non afferri posse contendit, tum in tempora, quibus illa mutatio facta esse perhibetur, inquirit, tandemque Lutheranorum doctrinam mixtraria esse dogmatum falsorum antiquitus damnatorum statuit.

Q

GUILL-

**GUILIELMI WAKE, PROVIDENTIA DIVINA**  
*Archiepiscopi Cantuariensis &c. Epistola ad J. ALPH.*  
**TURRETINUM, V. D. M. S in Academia**  
*Genev. S. Theol. & Hist. Eccl. Professorem*  
*A. 1718 missa.*

**L**iteras tuas ultimas, fasciculo illustris Berenstorfi inclusas, ante aliquot dies accepi : gratas sane mihi, ut tua omnia, gratiore longe futuras, si spem mihi aliquam fecissent fatalis istius controversiae sedande, quæ post tot mala Ecclesis Reformatis aliis in locis illata, jam totam Helvetiam novis contentionibus involvere minitatur : & post pacem, feliciter cum hostibus Pontificiis compositam,

Bella geri stimulat, nullos habitura triumphos.

Quæ vero ista, bone Deus, est fascinatio? quis furor? post tot annorum experientiam in eundem rursus lapidem impingere, & de illis rebus litem invicem moveare, in quibus optimi doctissimique viri nondum plene convenire potuerunt: nec ideo tamen vel separationem inter Ecclesias Christianas faciendam, censuerunt. Quis fuerit exitus feralium hujusc generis discordiarum in Provinciis Belgicis circa initium seculi præteriti, omnes sat superque novimus. Ad synodum Dordracenam, ea de causa celebratam, delegati erant ab Anglia quatuor Viri, summi quideam Theologi, illuc a Jacobo Rege missi. Hisce in mandatis datum a Principe Remonstrantibus iniquiore, & inter rigidiores adversæ partis fautores ab ineunte ætate enutrito; operam suam impendere, ut harum doctrinarum, de prædestinatione animorum &c. tractatio a publicis Ecclesiæ Conventibus penitus abnoveatur, ad Professores in Scholis Theologicis amandetur; ut in iis nullam innovationem fieri patientur, nec aliquid determinare, prioribus fidei suæ confessiōribus contrarium; ut quantum in iis foret, fratribus in Synodo congregatis persuadeant, ut etiam ad aliarum Ecclesiarum Reformatarum confessiones in suis definitionibus sese conformes exhiberent; ut denique procurent conclusiones de articulis controversiis adeo moderate institui, ut per eas, si non universa

com-

compōni, at saltem contentiōnis calor utrinque sedari possit.

Quam sapiens, quam pacificum hoc Regis illius judicium fuerit, cœcus sit qui non videat. Horum delegatorum non ultimus fuit R. R. D. Davenantius, tunc temporis Professor Theologiz in illustri Academia Cantabrigiensi, deinde Episcopus Sarisburienfis, Vir scriptis suis omnibus eruditis probe cognitus. Hic post aliquot annos a Joh. Durzo, vira pacis inter Reformatos imprimis studiofissimo, requisitus, ut sententiam suam de unione ab Evangelicis eum Lutheranis incunda sibi comunicaret, responſione sua, ſepiuſ impressa, ſic demum ſuum de tota hac controverſia judicium concludit. *Sicutque*, inquit, *de predestinatione, de libero arbitrio, aut confimatis* *bus natae sunt inter eccleſias nove lites, nullo colore obduci* *poſſunt ad Eccleſiarum communionem impediendam.* In biſce etenim omnibus illud unicum ad Catholicam & fundamentalē fidem ſpectat, ut gratia Dei gratuita in predestinatione misericordum, conuerſione peccatorum, liberatione humanarum voluntatum, perſeverancia denique & ſalute electorum, ita plene agnoscatur, at quidquid facit ad ſtam gratia aut gloria adipiſcendum, quidquid in hoc ordine fit ab hominibus, id totum Deo deſtar, ac Divina gratia misericordiaque affigetur. E contra, quidquid ad corruptionem humana natura, quidquid ad obſtinationem in peccato, quidquid ad liberi arbitrii vitioſitatem & ſervitatem ſpectet, quidquid denique ad aeternam damnationem ducat mortales, & in gehennam precipitet; id omne nobis noſtrisque demeritissimum putetur, & a Deo longe faciſſere jubeamus. Dum bac fixa manent immotaque, quamvis in doctrinis fundamentali ſuperiūrū, diuersos habeant concipiendi aut loquendi modos, immo quamvis diuersas ſententias ſequantur, non ſunt bujusmodi errores adeo capitales, ut propter eosdem capitulo diffidium in eis Eccleſias fovari, aut in perpetuum ſchisma nubiri oporteat.

Habes hic, Reverende Frater, iudicium unius e præcipuis Synodi Dordracenſis membris, quod post omnia quae vel illic audiverat, vel alias legerat, aut meditatus erat, ſenex jam & Episcopus, libere pronuntiavit, ac toti orbi Christiano publice com-

ce communicari permisit. Qui sic de unione, inter diversas Ecclesias ineunda, sensit, consuluit, quid credas facturum, ut occurratur divisioni inter ejusdem Ecclesiarum symmistas? Qui hisce conditionibus pacem conciliari cum Lutheranis exoptavit, ne dubites, quin etiam ulteriori, si quidem res postulaverit, progressus fuisset, ut pacem inter fratres sartam tectam conservaret. Quae fuerit Gallicarum Ecclesiarum in hac ipsa controversia sententia, Synodorum Alenconiensis & Carentonensis decreta in causa Cameroris a Blondello approbata, a Dallæo (proh quantis viris!) propugnata, plane offendunt. Ad nostram Ecclesiam quod attinet, habuiimus etiam nos rigidiores Theologos quosdam, quibus nihil moderatum in hac parte placeret. Hosce compescere & intra fines pacis ac prudentiæ continentem, semper fuit non solum Principum, sed & Præsulum nostrorum sapientia: adeo ut cum ipse aliquando Archiepiscopus Cantuariensis Whitgiftus, Reginæ Elisabethæ semper charissimus, a D. Witakero, necio quo pacto instigatus, articulos quosdam de hujusmodi capitibus Lambethæ fabrefactos, Academiz Cantabrigiensi miserit observandos; etiam illum (et si mitius, & pro ea quam semper professa fuerat erga suum Archiepiscopum reverentia) condemnavit; neq; aliud aliquid de iis statui voluit, quam quod in articulis fidei & religionis Ecclesiarum Anglicanarum publica autoritate editis contineretur.

Subsequentium Regum, Jacobi & filii ejus Caroli I edita ad pacem Ecclesiarum conservandam in iisdem controversiis, rursus emergentibus, hisce literis inclusa accipies. Benedictus sit Deus, qui hac eorum cura eo res perduxerit, ut nulla jam superfit inter nos publica discordia de inscrutabilibus illis mysteriis Sapientiæ ac Potentiæ Divinæ; neq; in illis privatim ab invicem dissentire alicui criminis detur. In Ecclesiis nostris de decretis divinis altum coram populo silentium, de prædestinatione, electione, reprobatione, de universalitate, efficacia, resistibilitate, irresistibilitate gratiæ, raro, nec nisi obiter, & absque spiritu contentionis tractatur. Imo in ipsis Academiis nostris adeo caute hujusmodi offendicula vitantur, ut cum ipse Juvenis Oxonii studiis Theol. operam darem, meminerim Professorem

forem tunc terporis Regium D. Guil. Jane τὸν μακρότερον in oratione sua inauguri palam protestatum, nolle se de ejusmodi articulis ulla; quæstiones publice ventilandas proponere, neque de iis suam sententiam declarare: quin potius e contra sic secum statuisse, si quis in progressu disputationis eo rem deduceret, ut necesse ei foret, in quam partem propenderet, ostendere, velle se ea soluam de causa disputationi finem imponere, nec pati, ut ullis ejusmodi machinationibus ad animum suum aperiendum in Scholis Theologicis obligaretur. Et tamen Professor hic dignissimus in duriorum partem inclinasse, semper habitus fuit. Sed vir prudens ac pacis studiosus non huit quicquam publice determinari, quod periculose litis mendacem occasionem alicui præberet.

Vides jam, Turretinae eruditissime, quantis autoritatibus nos hic sapientes simus. Quod si meam etiam qualemcumque opinionem in hac causa scire cupias, aperte dicam. Cum Davenantio nostro prorsus sentio, verbisque ejus supra cœtatis lubens subscribo. Utinam sic sentiremus omnes, & fundamentalibus Religionis articulis semper salvis, nihil ultra ab aliquo subscriptendum requireremus. Quod bonorum hominum conscientiis oueri esse potest, certe Ecclesiæ utilitatem parum promovebit. Ut enim de hac Ecclesiarum Reformatarum utilitate paucis dicam, primum earum stabilimentum in hoc confidere, ut omnes sese quantum fieri possit, contra Papalem potentiam ac tyranidem trahantur, nemini credo dubium esse poterit; ut in hunc finem quam arctissime inter se uniantur & in idem corpus coalescant, adeo ut si quid alicui ex iis Ecclesiæ damni aut detrimenti a communii hoste fuerit illatum, id ab omnibus tanquam suum haberetur, etiam concedi necesse est; ut denique pax & concordia cuiuslibet Ecclesiæ Reformatæ inter suos accum aliis omnibus ejusmodi Ecclesiæ sancte conseruetur, unicuique vero bono, sed præfertim Ecclesiarum illarum Magistratibus atque Ministris totis viribus intentendum esse, adeo clare appareat, ut nulla probatione firmari indigeat.

Si igitur hi articuli, de quibus jam inter Bernates &

Lausannenses disceptatur, non tantum in Ecclesiis Helveticis factiones, odia, inimicitias excitare verisimiliter possunt, verum etiam omnium Ecclesiarum Reformatarum unioni, ab omnibus hoc tempore tantopere exoptatae, impedimento esse; si Lutherani in Germania, Dania, Suecia omnes, Ecclesiarum Angliae & Hiberniae pars longe maxima, his in rebus liberiorem sententiad facultatem certissime postulabunt, & in ipsis Evangelicis Ecclesiis, Belgicis, Helveticis, Germanicis, plurimi hinc offensionis, si non & schismatis, occasionem captabunt, cuius sequitur estimator considerandum relinquunt, an non multo consultius foret, malis ipsis mature occurrere, quam sero quod ajunt sapere & ubi morbus nimicum ingravesceret, medium frustra adhibere.

Et jam, Vir Clarissime, quid in hac re aliud faciendum restat, nisi ut tua ac amicorum tuorum (quos plurimos habes) autoritate, Facultas vestra Theologica, Magistratus, Ministri Genevenses, deinde eorum exemplo atque hortatu reliqua etiam foederis Helvetici membra Reformata omnem operam impendant, ut pacem Ecclesiis Bernensibus restituant. Neque ideo sic fieri vellem, ut non simul & Religionis veritati & doctrinae puritati consulatur. Subscribant Ministri, Professores, Theologi Confessioni vestrae veteri anno 1566 edita, prohibeatur sub qualibet pena, ne ullam in concionibus, scriptis, thesibus, prelectionibus, sententiam publice tueantur, confessioni illi contrariam. Id solum caveatur, ne multiplicantur hujusmodi subscriptiones absque necessitate, neque stricte nimis inquiratur in privatas hominum eruditorum sententias, modo suis opinionibus frui pacifice velint; & neque docendo, neque disputando a publica confessione secedere, aut errores suos (si tamen errores revera fuerint) in scandalum ejusvis, multo magis Ecclesiaz aut Reipublicaz divulgare.

Habes hie, spectatissime Vir, sententiam meam in hos infausto Ecclesiarum vestiarum dissidio, sententiam quidem hominis, nulla autoritate munis, sed nec cum aliquius conscientia de his rebus ad te scribentis, verum hominis pacifici, Ecclesiarum omnipium Reformatarum, ac praeципue Helveticarum amatoris

amatoris fidelissimi, quo nemo pro earum salute magis sollicitus esse possit, qui horret hæc initia contentionis & longa inter fuos experientia edocitus, timet, ne, si vos invicem mordet pergitatis, ab invicem consumantini. Si que ergo sit consolatio in Christo, si quod solutum charitatis, si que societas spiritus, si que viscera misericordia, fac, quod in te fuerit, Frater dilectissime, ut hæc dissidia componantur, ut ea quæ exorta est scandali occasio tollatur, ut omnes unanimes sint, id ipsum (quantum fieri potest) sentientes, nihil per contentionem aut partium studium facientes, ut non qua sua sunt singuli confiderent, sed que sunt aliorum. Et quanvis non adeo sim suffensus, ut credam aliquid in me ponderis esse, ad animos eorum, quibus vix nomine tenuis cognitus sum, flectendos, vota tamet mea ut candide accipiant. eos oratos velim, ut Deus iis gratiam suam largiatur ad ea meditanda, diligenda, prosequenda, quæ sibi grata, Ecclesiaz eorum utilia, sibi ipsis commoda sint futura, & ut pacem querentes in hoc seculo æternam felicitatem assequantur in seculo futuro: quorum utrumque iis ex animo precatur Tuus Wil. Capt.

De hac Epistola monendum est Lector, qua occasione scripta fuerit. Notum est, Franciscum Turretinum, Theologum Genevensem, aliosque ejusdem temporis & mentis viros doctos, Consensum quandam in Geneveses & Helveticae Ecclesiæ introduxisse, omnibus & singulis, qui ministerium sacrum ambirent, subscribendum; inter cujus consensus articulos hic erat, gratiam Dei particularem profiteri. Nunc vero Geneveses, pacis magis quam partium studiofi, Consensum illum abrogaverunt. Idem conati fuerunt Lausannenses, obnitemibus Bernensibus Theologis. Dum vero hac agitabantur, sequentes literas dedit Illusterrimus Praesul ad Virum celeberrimum J. Alph. Turretinum.

### DELLE RIFLESSIONI SOPRA IL BUON GUSTO nelle Scienze & nelle Arti.

i . e.

**COMMENTATIONES LAMINDI PRITANII DE  
recto de scientiis & artibus judiciò. Partes II.  
Venetis**

Venetiis, apud Nic. Pezzanam, 1717, 12.

Alph. I plag. 7.

**L**Uдовік Antonius Muratorius, Serenissimo Mutinenfium  
 Duci a Secretis & Bibliotheca, V. C. & inter præcipua Italiz  
 eruditæ ornamenta computandæ, libri altera nunc vice  
 editi Autor est: & opportune sane accidit, dum felicissimi in  
 genii populus instaurare literarum gloriam fatagit, ut quæ  
 dam boni gustus theoria velut prodeat. Primum præmissa  
 ad Italiz Eruditos epistola, Lineamenta Reipubl. Literariz in  
 Italia instituendæ ( quæ jam Anno 1703 Neapoli in 8 edita  
 meminimus ) pingit, in quam vult, ut doctissimi quique  
 quarumvis Academiarum Italiz Viri coeant, atque rite di  
 stributis per imperantes & parentes operis, in emendationem  
 & incrementum bonarum artium & scientiarum incumbant.  
 Archontes in Aristocratica hæc Rep. appellandos putat, Viros  
 doctrinæ laude & scriptis suis publice probatos, unitame eo  
 rum primas concedendas, ad quem cetera collegii mensbra  
 consilia sua, suffragia, inventaque deferant. Impetrandum  
 autem esse his omnino summorum in Italia Principum, Pon  
 tificis nimirum, Procerum Reip. Venetæ, Magni Etruriz Du  
 cis, itemque Mutinenfis & Parmensis patrocinium. Redigen  
 das hic in ordinem Scholas & Academias, ne indignis ulterius  
 conferantur honores ac tituli, procul habendas ambitionem,  
 arrogantiam, invidiam; controversias, si quæ forte nascantur,  
 modeste & humaniter, ut decet literarum liberalitatem, tra  
 standas; quod totum consilium dicamus an votum? lectori  
 bus expendendum committimus.

Sequitur introductio in opus Pritanii, quam adorna  
 vit Bernardus Trevisani, Patritius Venetus nobilissimus litera  
 tissimusque, ut tot egregia edita ab illo ingenii monumenta,  
 ciuimque & exterorum laudes testantur.

Proposita veri & boni natura, ut definitionem rectius  
 tradere possit, duos removet mentis in cognoscendo vero & bo  
 no defectus, maxime illum, quem Cusanus infirmitatem gu  
 stus, quæ rationem seducat, dixit. Cui opponendam suadet  
 euratiorem attentionem rationis ad principia virtutis innatæ  
 &c

& a Deo concessæ. Recte ita dispositum & rationi conforme judicium, aliis harmoniam ingenii; aliis & exercitum arte ordinatum; aliis exquisissimum mentis habitum; Hispanis felici metaphora Buon Gusto vocari. Indicunt ergo vocem gustus ea notione, quam mens sibi format in recipiendis imaginibus per sensus impressum, quæ sensationem producunt vel gratam vel ingratam, & bonus adeo gustus ea est mentis dispositio, qua objectum quale in se est penitus introspicit, omnesque ejus proportiones, & relationes, quam veræ, quamque bonæ sint, probe distinguit.

Omne autem artificium, ut rectum scientiarum gustum acquiramus, his tribus absolvitur, 1) ut superiorum facultatum quilibet fras tantum partes exequatur, 2) ut omnes superiores facultates subalternas moderentur & coerceant, quo singuli ipsi subserviant: phantasia nempe memoriz, ingenium intellectui, iudicium voluntati, 3) ut superiores illæ etiam sub jugum mittant seditiones quasdam affectiones, imperata non facientes, sed insidias dignitati earum struentes. Quali contumacia contra memoriam insurgunt prejudicia, contra intellectum affectus, & appetitus contra voluntatem. His conformis fuit mens Plinii, quæ vere professa bonum gustum, nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam retulit, recteque facti non ex populi sermone mercedem, sed ex facto petiit.

Hanc Theoriam praxis excipit, quam continet ipsum opus in duas partes distinctum. Ubi confilium suum de ordinanda R. P. literaria denuo commendavit, definit bonum literarum gustum, quod sit cognitio & elixenda iudicandi facultas, quid in artibus & scientiis imperfectum & mediocre sit, ut caveamus, quid melius & perfectum, ut excolamus. Atque per leges cuique discipline proprias alium atque alium unius cuiusque haberi gustum. Quæ autem dum juvenibus tantum exponere vult Cl. Autor, simul atro notat carbone senum fastum, qui turpe putant,

parere minoribus, & quæ

Imberbes didicere senes, perdenda fateri.

Deinceps Cl. Autor examinat tres primarias mentis facultates, & quid bonus gustus suadeat circa voluntatem, constan-

R

tiam

siam colendis literis afferentem, fufus primum ostendit, ne-  
ratque, non illie sapientiz studiosos esse, qui literis & libris  
impallescant, insuffatis verbis reconditae doctrinæ thesauros  
præ se ferunt, aut paradoxis opinionibus inanem gloriolam  
festantur.

Tum differit de justo cuiusvis scientiæ pretio, & gene-  
ralia præcepta inculcat, quomodo præjudicatis opinionibus  
occurendum edocet, ne vel facilitati adstipulandi vel autorita-  
tati alienæ, vel leviculis rationibus nimium demus, ne justo plus  
nec justo minus nobis confidamus, ne omnibus opinia, aut ni-  
hil credamus, ne antiquâ omnia aut præferamus nostris, aut fasti-  
diamus, ne muscas captemus, & res majoris momenti prætermit-  
tamus, ne stylo sed ut argumentis scriptorum afficiamur, neve  
affectibus omnibus satisfacere vel omnes eradicare penitus stu-  
deamus. Porro suas cuique facultates solicite scrutandas præ-  
cipit, & ingenio pariter atque arte recte utendum esse. Ce-  
terum nunc rationi nunc autoritati locum esse relinquendum.  
Autoritas tamen rationis opem postulat, quando a Criticis Au-  
toris fides examinatur. Nonnunquam & rationi autoritas  
aliquid poteris assert. In religionis autem negotio primas  
partes autoritas, secundas demum ratio tuetur. Observan-  
dum porro in discendis artibus, quo magistro, qua methodo  
utaris. Doctoribus æque ac discipulis mirum quantum pro-  
desse Arithmeticam, Geometriam, Algebraam, Metaphysicam,  
Logicam, Criticam, Grammaticam, Eloquentiam, linguarum  
cognitionem, Bibliothecas, commercia literarum & historiam  
literariam. De memoria observat, quod ingenium & judicium  
sine ea operari nesciant, quod sit facultas servans species multa-  
rum rerum easque claras & distinctas, quod inutilis sit, quod  
lubricitati memoriarum industria relegandi & excerptendi subveni-  
endum, ubi pariter arduum, quid, quo ve ordine & modo excep-  
endum eligas & digeras, ut commode requirere & reperire  
possit. Notato memoria abusu, si nimia lectione obruatur,  
ad alia doctorum vitia, justo literarum judicio obicem ponen-  
tia, transfit, nempe invidiam, pietatis neglectum, superbiam, ni-  
miam sui fiduciam, sciendi omnia cupidinem, ardorem con-  
tendendi,

tendendi, obstinationem, levitatem, totamque Philautiz propuginem. Inde sunt heroes e schola, quos vulgo pedantes appellant, plagiarii, & in primis literarii agyrtæ & fanatici. Agmen clausunt piii impostores, qui non male quidem mente sed intellitus debilitate peccant. Quorum numero eccentrici primos quosdam Christianorum doctores, qui ex libris supposititiis, ut e. g. Sibyllinis Oraealis ethnici resellers studuerunt. Barbara autem secula tantam viderunt eorum segetem, ut a ficti- tuis miraculis totque bonis & malis geniis nondum eruditorum pulpita satis purgata cernamus. Ceterum eorum, qui existi- nationem quandam aucupantur, duas constituit familias; alteram, quæ falsa etiam pro veris venditet, modo inde laus ad se redudet, alteram, quæ vera totæ enigmatum involucris vestit, ut ne ædipus quidem ea eruat. Eaque de causa perstringit Au- tor Chymistas, astrologos, judiciarios, Sophistas, aliosque. Suc- cedunt fanatici, homines in sacris deliri, quorum imaginatio- nes omnes majores, ac reapse sunt, reddit, aut prorsus mutat, unde timor & spes rerum invisibilium enascitur. Pietas sane eorum saepe commendabilis, nisi vitio phantafiz corrumpere- tur. Hæresiarchas superioribus adjungit, quotquot vel stimu- lat invidia, vel vindictæ libido, vel gloriæ cupiditas, vel nimia virium suarum fiducia, vel justus alioquin sed immoderatus zelus. Tandem Cabballæ etiam studiosos sub virgulam cen- soriam vocat.

Pars posterior monet, aselligentiores in literarum stu- diis hac nostra tempestate Italos multis conviciis locum dare, arbitrantibus, non amplius magna ingenia nasci in amoenissimo Europæ solo. Quod quam sit falsum, primo quidem rationi- bus evineit, tum autem exemplis comprobat. Omnem itaque in- geniorum diversitatem a tempore & loco esse ostendit. Aer rigi- dus congelatoe quasi spiritus reddit gentium borealium, ut semper dormientes, saltem inepti deprehendantur ad recipiendum concitariorem istum motum, quo intellectus utitur in excitandis & peragendis ingenii functionibus. Quanta e contrario remotio- rum a polo ingenii alacritas? quis ardor? Est tamen & alia ratio- ne nimius solis ardor ingenii inimicus, quonodo Æthiopum spi- ritus

ritus immoderato calore dissipati videntur. At nec in eodem climate eadem ingeniorum est bonitas. Quædam regiones, urbesque ingenia producunt acuta & ad res inveniendas facta; aliz sub inertibus incolis torpent. Hinc gravia, vegeta, matu-  
ra, illinc præcocia, superficiaria, enervata prodeunt. Cujus causa tum in fluminibus, paludibus, maribus, montibusve, tum in aeris pura aut impura, siccæ sive humida, subtili sive crassâ, temperie querenda Nostro foret. Quo minus vero studia semper florescant, quatuor impedimenta obstant: aut enim ob parentum & magistrorum inscitiam non bene instituuntur adolescentes, aut media ipsis negata sunt, quibus studiofis opus est, aut ca-  
rent stimulis, quibus remittentes animi ad præclara studia adi-  
guntur, aut nullum rei literariz gustum habent. Postremum optimis quoque ingenii offendiculo est, quod nautas res tractatu-  
ri, eas necesse est ut male tractent. Italias virtus dari non posse,  
quod parum scribat, sed multis Italiz, quod non meliora scribant.  
Malo huic mederi posse & Principes & ipsos literarum Profes-  
sores, si damnatis affectibus in studia assidue incubant, & qui-  
bus rebus ipfi profecerint, alios ingenue docere velint. Quæ  
optimum semper elitit, primariam tenere virtutem judicandus  
est. Versatur vero ea vel circa intelligentiam, vel circa vo-  
luntatis actiones. Et virtus omnino est nosse, quantum a me-  
ta absit, quid in scriptore verum, bonum, pulchrum? Est igitur  
optimum discernendum tum in Philosophia, quæ causas rerum  
fectatur, tum in eruditione quæ alias historiz nomine venit.  
Utrobique bonum & verum eruendum, ita tamen ut in eo propo-  
nendo, memoria & ingenium eluceat. Res scilicet ardua, ex  
Plinii Majoris sententia, vetustis novitatem addere, novis auto-  
ritatem, absoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam,  
dubiis fidem, omnibus vero naturam & naturæ sue omnia.  
Inde selectiora concinno ordine, nec sine gratia styli tractanda.  
Hæc autem Philosophiz est nobilitas, ut artibus & disciplinis  
omnibus vitam & ornamentum sive det sive reddat, judiciosa  
electione, unione, distributione, observatione, stylo. Sed non  
propriæ tantum cogitationes in consilium vocandæ, verum &  
probatorum autorum judicia & testimonia afferre licet. Ita  
deni-

denique Cl. Autor omnium artium & scientiarum censum pergit, & pietatis commendatione opus claudit.

## AN ESSAY UPON CHRISTIAN EDUCATION.

h. e.

*DE RECTA ET CHRISTIANA LIBERORUM  
educatione instituenda Specimen, in quo demonstratur,  
Christianos scriptores maxime in Scholis Grammatico-  
rum legi debere, omnibus parentibus Scholarum-  
que praefectis dicatum a GEORGIO  
MONRO, A. M.*

Londini, apud Jos. Downing, 1712, 12.

Plag. 7½.

CL. Autor, enjus industrie etiam libellum *The just measures  
of the pious Institution of Youth*, h. e. justa ratio pie in-  
stituendi juventutem, debemus, hoc novo specimine suam,  
ipso titulo indice, sententiam declarat uberioris. Dolet enim  
maxime, quod juventuti studiosorū nulli alii scriptores, ex quibus  
Latinum Græcumque sermonem addiscere debeant, in scholis  
prælegantur, quam Ethnici, cum tamen in aprico sit omnibus,  
eos non levi impuri animi nota laborare; quare eos, quibus  
hoc incumbit, variis argumentis in suam trahere sententiam  
sonatur. Præsertim urget votum in sacro baptisme factum,  
ubi omnibus satanæ operibus nuncium misimus, hæc vero in-  
ter opera numerat scriptores gentiles, qui licet genere dicen-  
di polito gandeant, tamen decus illud plane improbis, impu-  
dicis ac nefandis, quas immiscuerint, sententiis obscurent, quæ  
utique teneris animis facile hærent. Etsi enim non plane re-  
pugnet p. 9 i, sana ex illis, quos supra proscripterat, autoribus  
cogitata excerpti, præstare tamen omnino contendit, si Christianæ  
veritati addicti scriptores in axiine deligantur; ubi quoque de  
*ARATORIS*, Diaconi quondam Romani, tempore Justiniani  
florentis, Paraphrasi Actuum Apostolicorum heroico carmi-  
ne expressa, quam integrum adhuc latitare autumat, agit. Ju-  
ventuti porro antiquitates in compendio tradi, scriptoresque

R. 3

notis huic ætati apprime proficuis illustrari suadet. Ceterum videamus Autoris nostri Bibliothecam Latinam ex libris Christianis compositam, quam huic studio maxime inferientem judicat. Sunt vero ii, L. Cælius Laetantius, Minucius Felix, Sulpicius Severus, Erasmi Enchiridion Militis Chr. ejusdemque de Civilitate Morum libellus, Wilhelmi Nicholphi Historiæ Sacræ Libri VII, Castalionis Novum Testamentum, Cælius Sedulius, Aurelius Prudentius, Ge. Buchanani Psalterium, & Tragedie Sacræ, Rossi Virgilius Evangelizans, Hugonis Pia Desideria, Terentius Christianus seu Comœdiae sacræ, Hug. Grotii Baptizatorum Puerorum institutio. In Græcis sequentes commendantur: Versio Græca LXXII, Novum Testam. Græc. Duporti Translatio Liturgiæ Anglicanæ, Nowelli Catechismus, Jewelli Apologia, S. Macarius, Duporti Versio Psalmorum, (cui addere potuisset Dion. Portavii Paraphrasin Psalm. quæ Magno Grotio ipsa Græcitas & poesis nativa audit: *Epiſt. CC ad Gallos*) ejusdem Duporti Versio Jobi, Episiole & Evangelia carmine redditæ a Posselio. His libris adtexuit recensionem aliam, qua Autores doctrinæ Christianæ paulo majorem lucem affuidentes exhibentur, scilicet Castalionis Dialogos Sacros, ejusdem Kempisium de imitatione Christi, Erasmi paraphrasin Novi Testam. ejusdem Precationes, Parselli Translationem Liturgiæ Anglicanæ, Grotium de veritate Relig. Christ. Ludov. Vivis Introductionem ad Sapientiam & alia ejusdem, Articulorum XXXIX Eccles. Angl. Defensionem a Jo. Elis S. T. P. Sacra Privata a D. Graile concinata, Grotii Christum patientem & alia poemata, ut & Apollinarii Versionem Psalmorum,

*MATTHIAE BELII DE VETERE LITERA-  
tura Hunno-Scythica Exercitatio.*

Lipsiæ, apud Petr. Conr. Monath. 1718, 4.

Plag. 10 cum Fig. æn.

**D**ifficile & periculosa plenum alea est opus, quod præsen-  
ti scripto Cl. Belius in se suscepit. Quo remotiora  
enim nobis sunt ista sacula, unde argumentum suum repetit,  
• co ma-

eo majoribus obnoxium est difficultatibus dubiis & incertis, quarum tamen haud paucas laboribus suis huic studio imperatis superavit. Posteaquam igitur Sectione prima literarum originem exponendo, Plinii & Judæorum hoc in arguento errorem notavit, literarumque autorem Adaimum, & Ebræum characterem omnium primum fuisse probare annis est, altera eaque prolixa Sectione Hunno-Scythicæ gentis, cuius propago hodieque sunt Hungari, literas, earum originem, characterem, & cum aliis Orientis linguis consensum exponit. Evidem Scythes Hunnosque literas penitus ignorasse, Procopius de Bello Gothicō L. IV c. 19, *Hunni*, scribens, etiamnum rudes plane sunt literarum, quas ne auribus quidem admittunt, neque eorum puori in labore literario adolescunt; & Laurent. Toppeltinus in Orig. & Occasu Transylv. c. VIII, de Hungaris audacter adseverans: *antequam Christianis castris accederent, scriptisse nullibi legitimus*, ac multi alii tradiderunt. Hæc vero frusta asseri, ut evincat Cl. Belius, multis utitur argumentis, quorum primum est, ut rem hanc ab initio suo arcessat, ostendens, Scythes, quos originem suam ad Magogum, Japeti filium & Noachi nepotem referre verisimile est, ab hisce suis majoribus accepisse duplicein literarum scripturam, alteram Symbolicam, Alphabetariam alteram, hanc Scythis mansisse perpetuam, qui paludem Mæotidem atque adeo gentes accolabant cultiores, illam, rudiorem quippe & sæculorum istorum simpliciati respondentem, Scythes, qui altius ad septentrionem protecti armis potius quam artium studiis delectabantur, usupasse. Id quod Noster confirmare nititur tum luculentissimo Clementis Alexandrini ex Pherecyde Syro petito testimonio, tum symbolici characteris apud agrestes potissimum Hungaros aliasque gentes perpetuo nisu. Ita narrat, ante paucos annos rusticum quendam Paulum Balasko, Hraboviensem, e Comitatu Neogradensi, quum nunquam didicisset literas, sermones sacros, quos audivit, fustellis inseculpsisse, ac post aliquot annos, omnia momenta, haud secus, ac si in literas habuisset relata, recitasse, easdemque sollicite tumbarum suarum inferri morti vicinum jussisse; ut alia taceamus similes farinæ exempla. His enarrat.

p. 2 ss.

11.

13.

13.

14.

15.

- enarratis argumentum aggreditur magis arduum, nimirum ut  
ipsas Hunno-Scytharum literas consideret, quarum inventionem  
Fenisio cuidam, Scythæ, tribuit. Producit inde alphabetum literarum sibi a Sam. Capossio, Theol. D. & in illustri Schola, quæ Albæ  
Julia floret, P. P. communicatum, quod genuinum esse his fere  
rationibus e. incere conatur. Primum earum genesin considerat,  
h. te. conformem ad antiquos Eoartum gentium ductus figura-  
ram, ubi lectorem monet, ut potius corpus ipsum seu essentia-  
lem literæ cujusque ductum quam adventitios apices confide-  
ret. Alterum petitum est a literarum valore argumentum.  
Cum enim literæ Latinæ, quibus hodieque utuntur Hungari,  
omnibus linguis Hungaricæ sonis accurate exprimendis haud  
sufficiant, factum inde potest Noster, ut novas literas commi-  
nisci necessum habuerint: cuiusmodi quidem sunt numero  
septem: CL; CS; GY; LY; NY; SZ; TY; ubi videoas ad uni-  
us literæ Hungaricæ sonum utcunque prouinciandum duos  
Latinorum adhiberi debere characteres, qui tamen nec ipsi sa-  
tis pronuntiationem referant Hungaricæ plane respondentem, ut  
taceamus literam CTS, inter Hunnorum literas ultimam, sono  
autem τῳ Schin Ebraeorum multo duriorem, vix illa literatu-  
ræ Latinæ compositione satis commode enunciari posse. Tertia  
hæc opinio ex eo confirmatur, quod iis literis ad Orientis-indo-  
lensi careat, quarum ministerio destitui hand possunt Europæ,  
nempe C, Q, CH, PH, X & Y. Evidem quartam & novam  
huic sententiaz robur addere debebat codicum manu exara-  
torum testimonia: verum cum illorum ne uno quidem potiri  
potuerit Cl. Belius, firmiori forte tali nititur illud, quod quinto  
ab inventa arte Typographicæ pro universa Hunnorum litera-  
tura duci potest. Evidem tota hæc res ad conjecturas redit,  
cujus quippe veritas tum Zamoscii effato, qui veteres Afiz Sey-  
thias artis Typographicæ facit autores, cum, definante, inquit,  
gloriari Europæ de sua cassioterographia nuperim inventa,  
cum liber hic (codicem Florentinum innuit) ante multa secu-  
la impressus, literis huic orbi incognitis, Scythas ejus rei auto-  
res manifeste proclamat; tum Sinenium stat exemplo, de qui-  
bus Vossius & Spizelius asserunt, mille & quingentis annis eam  
apud

spud Sinenses antiquiorem nostra fuisse. Quibus argumentis accedunt denique quæ Cl. Autor de literarum scribendam modo a dextra ad sinistram Orientalibus familiari, deg; hodierno earundem usu inter fortissimos Daciz incolas, Szekelyos, qui communem cum Hungaris originem communiaque habuere studia, monuit. Ut vero ea, quæ huic opinioi possunt opponi, refutet, tertia hujus scripti sui sectione præjudicia, uti sit, adversus Literaturam Hunno-Scythicam examinat & revellit, qualia sunt: quod nihil Seythæ de rebus suis gestis scriplerint; quod nulla alphabeti hujus in Bibliothecis reperiantur vestigia; quod scriptores optimi de literis Hunno-Scythicis sileant; quod characteres hi valde sint monstrosi; quod consonantes vocales habeant admixtas; quod diphthongis abundant, æque ac nimia literarum multitudine & copia. In quibus omnibus removendis num satis feliciter versatus Autog fuerit, malumus Lectores ex ipso opusculo cognoscere. Quartæ denique & ultima sectio practica veluti est & Orationem Dominicam in linguam Hunno-Scythicam translatam ejusmodi literis & characteribus exhibit, insimulque in causas inquirit, cur vetus istud Alphabetum abrogatum fuerit, quartum princeps omnino videtur paganus cum Christiana religione permutatio, cuius initia temporibus Geysz Ducis facta sunt, quem & in imperio & in fide consecutus est S. Stephanus. Adjuvabatur hæc literarum abrogatio haud parum familiariori cum gentibus cultioribus, præsertim Italij commercio, cui & illud accedebat, quod cenobiorum alumni & cucullati homines, qui ea temperata literarum dictatores credebantur, non sacra modo, sed reliqua etiam omnia, Latine peragere, loqui, scribere, consueverint. Ceterum operæ pretium forte fecisset Cl. Autor, si Bonav. Vulcanii libellum de literis & lingua Getarum sive Gotharum, Lugd. B. 1597, 8 editum, quem non vidisse videtur, in collam adhibuerisset.

p. 61.

63.

65.

76.

78.

79.

## LA SCIENCE DU CALCUL DES GRANDEURS

en general,

hoc est,

SCIENTIA CALCULI MAGNITUDINUM  
S in ge-

138 ACTORUM ERUDITORUM  
in genere, sive Elementa Mathematica conscripta ab Au-  
tore Analyticis demonstrata.

Parisii, apud Jacobum Quillan, 1714, 4.

Alph. 2 pag. 16.

**C**arolus Regneau, Analyti demonstrata clavis, in hoc libro tradit Arithmeticam tam numerosam, quam literalem seu speciosam, prolixitate nimia: tyrones enim, quibus scribit, prolixitas offendit, postquam vero exercitati fuerint, reliqua, quibus ab initio carete possunt, proprio Marte addunt. Libro primo Algorithnum in integris tradit, premissis nonnullis principiis & inter haec rationum doctrinam calculo literali confirmatam. Liber secundus Algorithnum fractorum, regulas proportionum & Algorithnum denique surdorum exponit. Sed omnis, ut diximus, Algorithmus sine tanto apparatus ac temporis dispendio addisci potest.

CURIOSUS ANTIQUITATEN LEXICON &c.

i. e.

**LEXICON ANTIQUITATUM CURIOSUM, IN QUO**  
*Antiquitates Judaicae, Graeca, Romane ac Christiane accu-*  
*rate & succincte exponuntur, cum Prefatione D. JO. AL-*  
*BERTI FABRICII, P. P. Hamb.*

Lipsiz, apud B. Jo. Frid. Gleditschii Fil. 1719, 8 maj.

Alph. 2.

**N**on est tacenda nobis Gleditschiorum, patris & filii, industria, qui ut nihil omitterent, quod ad juvandas ac provehendas, bonas literas pertinet, ab aliquot annis edere ceperunt Lexica vernacula, minori quidem forma sed in communem usum apprime accommodata, qualia sunt: Reales Staats- Zeitungs- und Conversations-Lexicon, quod primum A. 1704 editum, mox nona vice prelum subiit; Curioses Natur, Kunst, Gewerbe und Handlung-Lexicon, utrumque cum Cl. Hübneri prefatione; Christiani Wolffii Mathematisches Lexicon; Jo. Frid. Gauß Historisches Heiden und Heldinnen-Lexicon; Compendioses Gelehrten-Lexicon, cum pref. D. Jo. Burch. Menckenii; Benjamini Hederiche Reales Schul-Lexicon, anno demum 1717 vulgariter, quod si in lectione autorum classisorum diligenter confutatur.

lant juvenes, facile carere poterunt aliorum notis atque commentariis. Acoessit his modo Lexicon Antiquarium, Autore Christiano Schettigenio, Scholæ Franc. ad Oderam Rectore, confilio Cel. Fabricii, singulari cura elaboratum, citatis diligenter autoribus, e quibus uberior rerum expositorum notitia hauriri possit. Ceterum operæ preium facient, qui Lexicon hoc cum modo dicto Hederichiano conferent, quod alter alterum supplere quodammodo videatur. Sed & alia hujus generis Lexica expectamus, in quibus sunt Lexicon omnium Sanctorum, & Lexicon familiarum nobilium Germanicarum, quæ nunc preium excent.

### ELOGIUM JO. CHRISTOPHORI BECMANI.

**N**atus erat Vir summus Servestæ Anhaltinorum anno 1641 die 25 Septembbris. Patrem nactus est Virum Clarissimum, Christianum Becmanum, Bornensem, qui post varia genera apud nostros pariter ac Reformatos cum laude ornata. tunc temporis Ecclesie D. Nicolai Pastor, Servestinæ dicensos Superintendens, in Gymnasio urbis latidatæ Professor Theologiz, atque Consistorii Ducalis Assessor fuerat. Is ipse vero scriptis Philologicis, Philosophicis ac Theologicis in publicum emensis magnam inter eruditos nominis famam conseruauit, a filio quoque, de quo nobis jam sermo est, parte VIII Historiæ Anhaltinæ prolixe commendatus est. Mater ipsi fuit Margaretha, Gregorii Enckii, qui in senatu Servestiano Quæstoris munus per annos 48 gesserat, filia. A parentibus hinc primum donum in pietatis atque eruditioris rudimentis eruditus est, postea, parente anno ætatis septima orbatus, Scholam Johanneam frequentavit ad annum ætatis XV, in eaque tantos in Latinis Graecisque literis progressus fecit, ut ligato ac solito sermone in utraque lingua carmina & orationes componeret. Itaque anno 1657 ad Gymnasium ejusdem urbis perrexit, ibique potissimum sub auspiciis D. Jacobi Rœseleri, Archiatri Brandenburgici & Anhaltini, nec non Physis & Morali Prof. Publ. studia continuavit, quo etiam præside bientio post anno 1659 dissertationem *de mundo*, quam proprio Marte elaboraverat, publice defendit. Eodem anno Academiam Fran-

sofurtensem adiit, ibiq; ductu potissimum fratris, Friderici Becciani, Doctoris ac Professoris Theologi, qui amore ipsum plane singulari complexus erat, literas cum cura tractavit, eo quidem eventu, ut dignus haberetur, cui anno 1661 summi in Philosophia honores decernerentur. Ut vero hunc honorem, quantum in ipso erat, tueretur, eodem anno de *Abstractione*, de *Dudaim*, *Baal Peor*, de *Nibilo*, de *Novitate &c.* Praes publice disputavit. Anno sequenti **FRIDERICUS WILHELMUS**, Elector Brandenburgicus, singulari ipsum clementia complexus est, eique, ob carmen quoddam retrogradum sibi oblatum, pecunias, quibus iter literarium instituere posset, numerari jussit, ea quidem lege, ut historiis pricipue operam daret, in Academia Francofurtensi Historiarum Professoris spartam aliquando ornatus. Proinde itineri se accinxit, socium habens Phil. Buchium, Theol. postea Professorem Francofurtensem, visisque Hamburgo, Brema, Embda, Groningenena Academiam adiit, virosque doctos, Sam. Marelium, Ant. Deusingium & Mart. Schoockium assidue frequentavit. Perrexit postea ad Academiam Franequeranam, ibique Nic. Arnoldi, & Christ. Schotani, Theologorum clarissimorum, favore usus est; inde Amstelodamum atque Lugdunum, ubi lectiones Abr. Heidani, & Jo. Hoornbeckii, Theologicas, historicas vero Jo. Frid. Gronovii (qui parentis ejus quondam discipulus fuerat) & Mart. Hornii, tum publice tum privatum summo cum studio audivit. Quum zetas anno 1663 ferias imperaret, Amstelodamum repetiit, & ut in Rabbinorum Talmudisque monumentis aliquid praeflaret, R. Jac. Abendanz opera usus est. Praterea vero Geographiaz operam non mediocrem impedit, ejusque rei causa Jo. Bleau, & Frid. de Witt, nec non conventum naviculariorum (*bursam* vocamus) assidue adiit, custique natus frequentia de ratione terrarum peregrinarum colloquia instituit. Quum porro ingenti tertum naturalium cognoscendarum desiderio flagraret, Musea virorum summoscum cum cura perlustravit, iisque tam fuit gratus, ut nihil ipsi facile, quo scientiam angere posset, denegarent. Anno sequenti, mensie Mayo Angliam petiit, & Londini notabilia tum aula, tum civitatis obiectavit, Carolum quoque II Regem ducentos quin

quinquaginta et gress gruma laborantes contrectantem vidiit. Oxonii Bibliothecam tum Bodleianam, tum reliquas in Collegiis extantes in usum suum convertit, ibique usque ad mensem Apriliem anni 1666 substituit. Quam vero præter Historiarum cognitionem res naturales quoque sollicite timaretur, simul multos ex Societate Regia sibi familiares reddidit, qui etiam epistolam ejus Francofurto anno 1668 ad se scriptam Tomo I Transactionum suarum inferere non sunt dediti. Oxoniui vero Thomæ Barlow, Theologo celeberrimo, præfidi Collegii Reginensis, postea Episcopo Elenensi, Jo. Fello, post Episcopo Oxoniensi, Thomæ Wallisio, Mathematico clarissimo, innotuit. Quo facto Londonum rediit, Edm. Castelli cultor assiduus, nec non Henrici Oldenburgeri, qui Secretarius erat Societatis Regia, Thoma Hoockii, & Theodori Hackii, cum quibus conventum Societas singularis hebdomadibus institutum adiit. Reditum per utrumque Belgiam instituens anno 1666 Francofurtum rediit & anno sequenti die 30 mensis Jan. a sepa-  
tum  
Academico publice receptus est, ut munus Professoris Graecæ Lingue Ordinarii administraret, quod ille sic ornauit, ut, quin  
antea contemptæ jacerent Graecæ literæ, multos ille auditores numerare posset: præcipue quin Herodianum non tantum Grammatice explicaret, sed & historiam ipsam insigniter illustraret. Junxit his Collégia Geographica, Historica, Politica, Physica, habuitque duas disputationes, de *Titulis Regis communib[us]*, & de *Titulis Regis specialibus*: quæ initia fuerunt operis præstantissimi, quod *Syntagma Dignitatum inscripsit*. Anno 1670 Professio Historiarum Extraordinaria ipsi collata est, quam usque ad annum 1676 administravit, quod Graecæ Lingue Professio cessavit, illique professio Historiarum ordinaria succedit. Post biennium anno 1672 d. 15 Octobris summos Teologiae honores nactus est, postridie quoque primum Rector Academiae constitutus. Eodem anno Bibliotheca Christophori & Gotliebii Pelargartini Academiae emptionis iure cessit, quam ille in bina majoris Collegii conelavia transtulit, in ordinem rededit, & Catalogos, postea bis typis editos, confecit: unde factum, ut Bibliothecarii mutius ipsi a senatu Academice deferretur. A. 1677 iter per Silesiam, Moraviam, Austria-

stiam, Bohemiam & Misniam suscepit, in montibus Rhiphzis plantas, mineralia & metalla scrutatus est: Vratislaviz cum Lohensteinio familiaritem contraxit: Viennam, in eaque arcam, Gazophylacium, Bibliothecam Imperatoriam perlustravit, & Petro Lambacio innotuit: Dresdz quoque quæ visu digna sunt, observavit. De quo itinere illud cum primis notatu dignum est, quod Comitibus de Metternich, aliisque in eodem sociis quotidie binas lectiones, alteram ante, alteram post meridiem, dum curru veherentur, habuit. Anno sequenti Horti Medici, qui Collegium magus ambit, mandato Electoris Seren. fundamenta jecit, qua in re tam assiduus fuit, ut numerus Plantarum post biennium ultra 700 excresceret. Quum anno 1679 fasces Academiz secundum teneret, in suburbio Gubenensi, a cœmetrio usque ad Carthusiam, tilias ordine plantari curavit, quæ nunc adulta amoenissimam civibus & Musarum filiis ambulacionem præbent. Anno 1682 mortuo Philosophiz Practicæ Professore, munia ipsius ita divisa sunt, ut Beccano nostro Politices, Professori vero Rationalis Philosophiz Moraliun doctrina cederet, quo in statu res hodieque permanxit. Post fata Grebenitii anno 1690 Theologiam una cum superioribus docere jussus est, nec non doctrinam Reformatorum de obedientia erga magistratum contra adversarios vindicare. Auditoribus vero præter ordinaria Theologiz studia, casus conscientiz, jus Ecclesiasticum, historiam Ecclesiasticam tradidit. Decani munere in facultate Philosophica octies, in Theol. tredecies, Rectoris vero Magnifici octies functus est, qua de causa singularem divini Numinis providentiam grata mente deprædicavit, quum nemo ante ipsum fasces Academiz plus quam sexies tenuerit. Usus est autem in omnibus actionibus singulari quodam animi vigore præsentia ac dexteritate, quæ causa fuit, ut quoties Academiz nomine aliquid in aula Electorali Regia agendum esset, neq; unum alium quam ipsum deputarent. Inter ea, quibus de coetu suo bene meritus est, illud quoque referri meretur, quod ab Electore Seren. obtinuit, ut Reformatis schola Francosurti concederetur, & Ecclesia Reformata jus patronatus in eaudem haberet: cuius inauguratione anno 1694 Cal. Julii facta est. Quum anno 1706 Academia Jubilare celebraret, ipse omnia Solennia

nia singulari prudentia ac dexteritate moderatus est, quæ res ipsum Regi Serenissimo tantopere commendavit, ut, cum anno sequenti Gymnasium Joachimicum sacra quoque secularia celebraret, is eadem ordinare, & ab eo tempore una cum Cel. Jablonskio singulis semestribus examini seu visitationi interesse juberetur. Anno 1713 idem secularia Reformatorum in his terris oratione solenni habita celebravit. Præterea vero cumulum gratiz divinæ fibi accessisse sensit, quum anno 1716 die X Februarii Jubileum muneric Professorii, gratulante tota Civitate & Academia, celebrare posset: ubi Cl. Schottgenius, Rector Scholæ Senatoriæ, præmisso Programmate de *Stimulo Baum*, orationibus aliquot habitis & concantu Musico instituto, futuri quoque Viro Celeberrimo præstitit officium; quanquam ipse quidem morbo detentus eidem interesse non potuerit. Conjugem anno 1671 mense Mart. duxit Elisabetham Sibylam, Hermanni Langii, Seren. El. Brand. in Regimine Neo-Marchiaco Confiliarii, Cameræque Magistri, filiam, ex qua plures utriusque sexus liberos suscepit: inter eos filium, Christianum, quem, postquam studia non sine laude & spe insigni tractaverat, annum ætatis XXII agentem, anno 1693 amisit: tres quoque filias honestis conditionibus elocatas fata sua ordine præ postero maturantes viderunt. Ceterum in conversatione affabilis erat, blandus, humanus, omnibusque facilis, de variis rebus non sine utriusque sexus delectatione verba faciebat, ex quibus eruditissimæ & prudentiam summam facile perspiceres. Tandem mense Januario 1717 febri correptus, accedentibus terrore ex nocturno quodam tumultu variis symptomatibus, d. 6 Martii post meridiem hora quarta blande obiit, annos natuæ LXXV, mensis quinque, septimanæ tres. Ad scripta Viri summi, quibus orbi eruditio innotuit, pertinent: *Memoranda Francfortana*, 1676, 4 edita, in quibus extant Wolfgangi Justi Chronicon Francof. cum continuacione, Catalogus Bibliothecæ Academicæ, & plantarum in agro Francof. obviarum: verum eadem longe avctius anno 1706 fol. edita sunt, & complectuntur Wolfgangi Justi Chronicon cum continuat. Notitiam Universitatis, Catalogum Bibliothecæ, & Historiam Jubilæi anno dicto celebrati, omisso tamen plantarum Catalogo; *Notitia Ligatum*,

1677,

1677; *Anglica Historica*, ab O. C. ad *Constantinum M. Meditaciones Politicae & Parallelia Politica*, 1679; *Linea doctrina moralis*, eod. Bericht von denen auf den Blättern der Bäume gefundenen Schlangen-Gestalten, 1680; *Historia Orbis terrarum Geographica & Civilis*, 1680; *Conspiclus doctrina politica & moralis*, 1689; *Syntagma Dignitatum*, 1696; *Historia Anhaltina*, 2. voll. fol. 1710, quibus addita sunt *Accessiones*, 1717; Ubel ge gründete Fürstellung der vorgegebenen Geneal. und Historischen Irrthümer in der Historie des Fürstenthums Anhalt. 1710; Actenmäßige Anmerckungen, über das in Anhalt-Köthen publicirte Patent belangend die Historie des Fürstenthums Anhalt, 1711; Anmerckungen von den Johanniter-Orden, ut & *Oratio secularis*, 1713. Ab ejusdem diligentia profecti sunt *Theatris Europaei Tomus XIII & XIV*. Aliorum quoque scripta, partim a se aucta, recudi curavit, ut sunt J. Brunnenmannus de pace politica, 1681, *Massoni. Anatomia triumphans*, 1674, *Grotius de Jure B. & P.* 1681, *Archontologia Cosmica*, 1795. Restant disputationes Academicæ, quarum aliquas sub titulo *Miscellaneorum historicorum* conjunctim edicaravit; plurimas ipse recenset in Catalogo Biblioth. Francosurtensis p. 25, quibus hæ adhuc sunt addenda: *de cognominibus Principum*, 1683, *de novitate*, 1693, *de statu inordinato*, 1710, *de Anthropopathia stylis sacri*, 1711, *de Anthropopathia partium humani corporis*, 1713, *de Anthropopathia actionum humanarum*, 1715, *Hominem haut commode dici Microcosmum*, 1716. Ceterum cum H. G. Masius Interesse Principum circa Religionem Evangelicam ad Regem Danicæ Hafn. 1687 editisset, in qua Reformatorum de Magistratu civili doctrinam incesserat, Noster eum, ut supra jam innuimus, adscito Huberti Mosani nomine, octo scriptis annis 1690, 1691, & 1692, oppugnavit, junctim postea sub titulo: *Huberti Mosani unterschiedliche Schriften von der Reformati Lehre vonder weltlichen Obrigkeit*, Franc. ad Oder. 1695 editis; quibus interea temporis a Masio quoque quindecim fere scripta opposita fuisse, compertum habemus.



# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quæ Lipsie publicantur.*

## SUPPLEMENTA.

*Tom. VII Sect. IV.*

### OSSERVATIONI SOPRA ALCUNI FRAMMENTI DI vasi antichi di vetro, &c.

i. e.

*OBSERVATIONES AD QUÆDAM FRAG-  
menta veterum vasorum vitreorum, quæ fuere inventa in  
cæmeteriis Romanis, dedicata COSMO III Magno  
Herrurie Duci, Autore PHILIPPO  
BUONAROTA.*

Florentiae, apud Jacobum Guiducci, 1716, 4. maj.

Alph. 2 plag. 12 & Tabb. xn. 34.

**Q**Uam ante aliquot annos ex editis ad Numismata Observatio-  
nibus maguopere adauxit. Exhibit hic plurima fragmenta va-  
sorum & calicium vitreorum a Christianis olim in conviviis ad-  
hibitorum, quæ figuris plerumque sacræ ornata conspicimus, ne-  
inter pocula quoque piæ Christianis meditationes decessent. Natu-  
ram & antiquitatem ejusmodi calicum, ut & instituti sui ratio-  
nem, præfatione satis prolixa Cl. Autor exposuit. Etenim  
duobus potissimum modis concinnata olim fuere id generis or-  
namenta. Vel enim imponebant vitro, quod calici funda-  
mentum præbebat, laminam auream, quam, cum figuræ quas vel-  
lent

T

lent insculpsissent, vitro ignis beneficio agglutinabant; vel vitri frustum minus pellucidum ad lubitum cavabant, vacuata liquati coloratique metalli pigmento replebant, toti laminæ encastrum pellucidum superinducebant, & calici tandem agglutinabant. Constat vero, fragmenta hæc Romæ in cœmeteriis a primis Christianis calce loculis eo fine impuncta fuisse, ut inde locum amicorum defunctorum dignoscere & subinde sacra illie pietatis officia exercere possent. Derivat hunc morem Noster ab Ethniciis, qui primo figuræ ex regno vegetabili & animali, deinde vero inscriptiones & cippis sepulcris imponere consuevere. Utī vero catacumbos cum ambulacris subterraneis sub Diocletiani potissimum persecutione extrui cœptos ostendit, ita existimat, calicum fraguenta sub imperio Gordianorum & Philipporum, cum halcyoniis quedammodo frueretur ecclesia, fuisse loculis imposita. Qua occasione tum eortum sententiam refutat, qui monogrammati Christi, quod & in his vittorum fragmentis comparet, demum Constantini M. tempore invaluisse usum existimant, tum negat, scripturæ in his annis ad verfæ cruditatem novitatis indicium præbere, quum artifices plerumque adhibuerint Christiani parum exercitatos, forte & in Græcia, Syria & alibi natos, Româniq[ue] adeo characteris ignaros. Probat & sculptores veteres non tantum majusculis literis fuisse usos, sed etiam minori charactere, quem vulgarem vel currentem dicunt, usos, quod ex Inscriptione quadam probat A. C. 338 confecta, quam Cl. Bianchinus Autori communicavit, a nobis in Tabula I Figura 1 delineata, cujus ultima verba ita legi Noster censem: *Mercurius pater filie Deposita V Idus Novemb. Vrso Et Polemio Coss.* Literæ vero in monumentis hisce vitreis a communii forma abeuntes sunt potissimum A. S. T. & U. diversis utique modis expressæ, de quibus singulis erudite & prolixe Autor agit, adductis inscriptionibus quibusdam a se ipso in cœmeteriis descriptis. Sed his diutius inhærente institutum nostrum non patitur.


Ad ipsum opus potius convertimur, e quo vel pauca quædam Speciminais loco afferre operæ pretium existimamus. Quod Noster Fig. 1 Tab. I exhibet fragmentum, Tebiam juniores piscem effu-

TAB. I.  
Fig. I

*Fig. 3.*



*Fig. 2.*



*Fig. 4.*



flumine Tigri extrahentem sistens, Cl. Autor, nuptiarum solen-  
titatibus fuisse destinatum, putat, quod Tobiam sponsum a Deo  
singulariter ornatum representet. Piscis mystico modo  
Christum, qui humano generi vitam reddidit, designat, quo  
symbolo Christiani sepius olim usi sunt, maxime in sepulcris  
& annulis. Quin & fideles ipsi, quod salutaris aquæ beneficio  
spiritualis vita participes facti essent, a Tertulliano pisciculi  
dicti sunt. Notat vero Autor, Acrostiches quosdam Sibyllæ Ery-  
thræz olim fuisse celebratos, in quibus singularium linearum  
literas primas coniunxeris, primas literas vocum Ιησος Χριστος  
Θεος Της Σωτηριας, sive ipsam vocem Ιχθυς, elicies, ut alia tacean-  
tibus, ab Augustino, Prospero & aliis Patribus observata. Afferit  
& hac occasione ex cœmeterio S. Gordiani inscriptionem, in qua  
ipsa vox ΙΧΘΥC legitur, addita litera N, quæ vocabulum Νομος  
designat, quod etiam in Ecclesiæ Græce oblatis Eucharistiz la-  
cris una cum nomine Christi & signo crucis conspicitur. Tabu-  
la sexta fragmentum singulare sistit, quod paulo fusum explicat.  
Conspicitur Salvator stans in monte, cuius infirmam regionem  
Jordanis alluit: a dextra illius senex, barbam longam & pallium  
gerens, forte Johannem Baptistam referit; a sinistra homo in  
Jordanem descedens, ac sustinens humeris baculum, repre-  
sentatur, qui Salvator librum porrigit, paucas nominis literas  
postremas monstrantem. Nostro verisimile videtur, hunc cali-  
cem a Christianis vel in conviviis, quæ post collatum Catechu-  
menis baptismum celebrabant, vel in anniversariis, quibus me-  
moriam sacri lavacri recolebant, adhibitum, vel denique ideo  
confectum fuisse, ut ab hospite convivæ in donum posset offerri,  
cujus generis dona apophoreta dicebantur. Jam figurarum  
explicationem pergit Autor, & primo declarat, cur baptizandus  
pallio amictus conspiciantur, cum tamen nudos baptizare sueve-  
rint Christiani; nimirum antiquissimum fuisse ritum impo-  
nendi baptizandis seposito vestitu pannum, quo se a principio  
exorcismi usque ad immersionem obtegebant, ex Simone Thef-  
falonicensi, ipsoque Tertulliano probat. Baculum, quem hu-  
meris baptizandus gerit, crucem fuisse Noster autumat, quod  
Aringhius in nonnullis sarcophagis plures ejusmodi figuræ

p. 40.

TAB. I.

Fig. 2.

T 2 draco

cruce ornatas deprehendit. Videntur vero antiqui respexisse imposita baptizandorum humeris cruce ad ista Christi verba : *qui me vult sequi, suscipiat crucem suam & me sequatur.* Plenarumque enim crux & immersio mortem Christi significant, scutum & aseensus ex aqua symbolum est resurrectionis. Præterea illud quoque, cum Christus volumen apertum, cui inscriptum fuit nomen definens in *inxir*, quod Gemini, Sabini, Gabini aut aliud hujusmodi esse potuit, adstanti tradit, ad explicandum baptismi ritum pertinet. Nota enim est formula, nomen dare, unde Gregorius Nyssenus : *Date mibi, inquit, vestra nomina, quoniam ego ista cum atramento libris materialibus inscribo; Deus vero ea dein tabulis incorruptibilibus insculpet.* Offere ergo Catechumenus nomen suum Christo, quo ab eo libro vita inscribatur. De Jordane fluvio paulo inferius depicto res in aprico est, quippe qui, postquam in eo baptizatus est a Johanne Messias, pro symbolo baptismi vulgo fuit habitus, tantique astinatus, ut multi in eodem baptizari desiderarent, quod Origenis, Gregorii Nysseni, Eusebii & alia Patrum loca probant. Ex altera parte Johannes exhibetur, manu dextra novum Christianum, ut Christianum sequatur, quasi invitans. A tergo ejus comparet palma, & phoenix, ramis ejus infidens. Palma victoriam indicat, quam novus Christianus de hostibus spiritualibus reportavit, quare & baptizati nonnunquam coronis ornabantur. Phoenix vero uti novi seculi & resurrectionis apud Gentiles symbolum erat, ita hoc in loco indicat, baptismum fideles ad novam & felicem vitam regenerare, & universaliter hominum resurrectioni quasi præludere. Agnus in monte conspicuus sine dubio Salvatorem, mens, cui infistit, Ecclesiam, respectu ad ejus firmitatem & constantiam habito, quatuor flumina, quæ hinc procedunt, quatuor Evangelistas, qui Evangelii prædicatione aridas gentilium terras quasi irrigarunt, Nostro autore, designant. Ceterum biniis urbibus, quarum alteri vox *Jerusalem*, alteri vox *Bethleem* adscripta est, Hierosolymas & Bethlehem indicari, haud difficulter persuadet Autor. Cum in Tabula VII Salvator spectatur Lazarum a mortuis excitans, additis : *Zefus Christus, exemplum hinc Noster petit permutationis literarum J & Z,*

in etiam gentibus, quibus Latina lingua vernacula erat, familia-  
ris. Pari ratione syllabam Di cum Z commutatam, observat, cuius rei in scriptis Patronum exempla exstant, qui de Diabolo  
scripturi vocem Zabulus adhibuerent. Ut autem de permutatio-  
ne literæ J cum Z eo melius constet, affert Cl. Autor bigam inscri-  
ptionum, in quarum altera Zulia pro Julia, in altera vero Idus  
Mazas positum erat, cum tamen scribendum fuisse Idus Majas.  
Addit & inscriptionem a Dn. Boldetti communicatam:

ZOBINO QUI VIXIT  
ANNIS V. DECESSIT  
VI. KAL. NOB. IN PACE

atque existimat, in voce Zobino loco Z substituendum esse J &  
legendum Jobino. Quæ occasione figuræ in Tab. IX de nimbo  
quo Christi caput ornatum conspicitur, ejusq; apud Aegyptios &  
Romanos gentiles zœ; ac Christianos tuis p. 5 & sequ. nocte dispe-  
runtur, ex ipso fonte hauriri malumus. Tabula XXVIII fabulaq;  
de amore & Psyche representare videtur, ab Apulejo Met. L. 4, §  
& 6 de scriptam. Chaldaei scilicet, ac postea Persæ, Aegyptii &  
Græci sibi finxere, animas descendentes, vagantes & rœdeentes  
comitem semper habere amorem iadissolubili velut nuptiarum  
nodo sibi conjunctum, quod & Homero, Platonis & Virgilij  
persuasum fuisse accepimus. Existimat vero Autor, hisce figu-  
ris potius designari mysteria & cultum absconditum, quo The-  
spientes Cupidinem colebant, teste Pausania Libro IX. Sed ut  
ad figuram veniamus, pingitur Psyche alis instructa, ad mentem  
Chaldaeorum & Græcorum, in signum sublimioris naturæ: atque  
hæ papilionum alas referunt, cui animalculo tum pagani tum  
Christianæ scriptores vulgo animam comparare consueverent,  
quod, quæ in illis obseruantur, vicissitudines animæ degenera-  
tionem, resuscitationem, immaterialitatem & immortalitatem  
optime exprimere videantur. Quod a latere Psyches cernitur spe-  
culum rotundum, Veneri apud antiquos sacrum, ad nuptias ani-  
mæ a corpore separatz & Amoris apprime spectat. Manibus tenet  
Psyche exiguum pannum, qualis forte ille fuit, quem Flamen  
sponsorum capitibus imponebat; ornatum in extremitate fascio-  
la purpurea, quo ornatus genere non solu na integras tuicas, sed

T 3

&amp; alia

TAB. I.  
Fig. 3.

& alia minora distinguere solebant veteres. Brachium Psyches dextrum ambiunt bini circuli, quorum in ornandis foeminitis maximus erat apud antiquos, vel ipso S. Codice teste, usus, quibus armillarum, brachialium, spatialiorum &c. nomine veniebant. Ceterum armillas has ad nuptialem ornatum spectare, Thomas Bartholinus abunde probavit. Plantam, quae a tergo Amoris observatur, forte haud immerito verbenam dixeris, qua sponsa coronabatur; partim quoniam in superficie murorum crescit, & symbolum est maritæ, quæ ab hominum celebritate remota domi se continere debet, quare in veteri inscriptione *domis fide* & a Græcis ὄντας vocatur; partim & quod Veneri consecrata est. Fortassis etiam Elysiorum camporum amicitatem adumbrare hac ratione voluit artifex. ubi facta animæ a corpore separatione celebrandæ quasi sint istæ nuptiæ. Inscriptio addita; ANIMA DVLCIS FRVAMVR NOS SINE BILE ZESES, acclamatiōnē convivali, qua in nuptiis sponsus & sponsa se ad delicias conjugii degustandas mutuo provocabant, similis videtur. Quorū spectat illud Tibulli:

*Interea, dum fata suauis, jungamus amores.*

*Iam veniet tenebris mors adoperta caput.*

*Animas* vocabant gentiles, quos diligebant, ut tenerrimum indicarent amorem, objecti quippe amati denominationem ab excellētissima ejus parte petentes; *dulces* vero, quod *amantes amores suos sua dulcia* dicerent, amirum desiderii declarandi causa, ut se ita cum dilecta vitam agere optent, ne quicquam acerbitatis experiantur. Quod & confirmant sequentia: *Fruamur nos sine bile.* Bilis enim Latinis iram sive triduum notat, quo pertinet inscriptio apud Gruterum:

D. M.

Q. CAVVS. SEVERVS  
RVTILIAE. PRIMITIVÆ  
CONJUGI. SVÆ  
DVLCISSIMÆ  
CVM. QVA. VIXI  
ANNIS XX. SINE BILE.

Idem mutatis paucis verbis in multis inscriptionibus de vita soeiis praedicant conjuges. Hinc soleriores formulae: *sine ulla querere.*

*querela; fine ulla lice; fine ulla discordia; fine injuria; fine consumelia; de qua nihil dolui nisi morte; de qua nihil queror; nunquam marito suo maledixit.* Accedit demum vox Graeca ΖΕΣΟΣ h. e. Ζησες, vivas. Nimis Latinis ob frequentem Graecam Linguam inter Romanos usum, & hominum e Gracia oriundorum frequentiam, Graeca non minus scriptis vernaculis quam sermoni admiscere solenne fuit, qua de re prolixius Noster edidisse. Apprecabantur vero hac acclamatione non solum amicis vitam longam, sed cum primis ad hilaritatem hoc modo se invicem excitabant. Viveret enim ex usu loquendi significabat vitam letam & jucundam ducere. Quod patet ex Nonio, qui ita: *Vitulantes veteres gaudentes dixerant, dictum a bona vita commodo, scutis qui nunc est in summa latitie, vixero eum dicimus;* nec non ex Catullo:

*Vivamus mea Lesbia, atque amemus.*

Ceterum verisimile est, adesse hic ellipsis, per formulam *cura*, ut vivas, aut alia simili ratione explendari. Plura etiam non ingrata exhibe Observationibus affterri possent, si excerpti limites transfilire licaret. Illud insuper monendum, appendicis loco diptycha tria eburnea zeri incisa exhiberi, atque magno eruditio[n]is apparatu explicari, quorum primum ~~consolatum~~ Romuli, alterum effigiem Basili Consulif, & tertium Servatorem in cruce representat.

### ISTORIA DELLA VITA DI BIANCA TERESA

Massei Buonvissi.

h. e.

*HISTORIA VITÆ BLANCAE THERESIAE MASSEI  
Bonvissi, descripta ab ANT. MARIA BONUCCIO, e*

*Soc. Jesu.*

Romæ, e Typographia Bernaboviana, 1716, 4.

Alph. i plag. 3.

**I**iber Clementi XI Pontifici Max. quæsita supplicatione dedicatur, cuius & libelli lectionem eo utiliore fore putat Author, si Pontificis protectio ita ei incumbat, ut olim Spiritus Dei super aquas.

**In** Proemio Cl. Autor vanitatem feminarum in omni vita

## Cap. I.

vita describit, cupitque, ut oculos in Theresia vitam convertentem alienum mentem aliosque induant mores, p. 2. Primum spiritum Theresia haufit in oppido haud procul a civitate Lucensi dissipito patre nobili Petro Massei nec divite solum sed & pio, qui fratres habuit quatuor, adeo ab omni opum cupiditate alienos, ut Alexander legatus ad Regem Hispaniaz sumtus legationis uberes civitati restitueret, tempore annonæ pretiosas picturas ad sustentandos pauperes venderet, p. 6: alter vero Carolus omnibus suis bonis pauperibus datis Eremita Monasterii Camaldulen-sis fieret ac non nisi herbis & purida aqua vesceretur, p. 7: tertius Cæsar post militiam ad Patres Oratorii Romam abiens Innocen-tio XI charissimus esset: Josephus tandem quartus Sodalitatem Jesu intraret, in qua quum Xaverii spiritum induisset, vitam ejus descripsit, p. 7. Matrem vero habuit Margaretam Guinigiam, e qua in lucem edita A. 1656 die S. Alexii, cuius & ipsa memoriam sanctam habuit vitamque imitata. Adultior paulo Lu-cam a parentibus traducta, Canopissis regularibus S. Giovanetti ad institutionem tradita, quorum preceptis ad summam virtutis culturam usq; est, p. 8 & 9. Capite II honestum Theresia ma-trimonium, divini Numinis nutu, cum Equite Bonvisio, Cardinalis Hieronymi Bonvisii Episcopi Cuccensis nepote, iniit, p. 11. Quod nobile conjugium quum magnam inanum speciem flagitaret, eam quidem non tamen sine magna cautione adhibuit, p. 12. Elegans, superba, attamen casta & gravitate cori-spicua fuit, p. 13. Quum vero in emendandis ipius moribus omnem ponenter operam duo Confessionarii, Flaminius Nobili Episcop. Vicarius Generalis & Jacobus Martinus Canonicus Regularis, nil quidem eo tempore obtinuerunt, quam ut singulis mensibus sacramento uteretur largasque pauperibus erogaret eleemosynas, p. 13. In lucem edidit duos filios & quinque filiolas, quorum illi ad conspicuos evesti honores, filiz vero, excepta natu majore, que nobili implicabatur matrimonio, matura obierunt fata, p. 14. Cap. III pium Theresiaz propositum se ab hu-jus mundi vanitate abstrahendi in se continent, quas salubri-mas cogitationes inopinata filiz Ludovicæ mors in ea excita-vit. Quum vero tunc iter cum marito Romam susceptum tum insigne

infigne opum incrementum, quod morte Cardinalis Francisci Bonifaci ipsi obtigit, in exequendo hoc instituto ei impedimento esse viderentur, ad ædem Lauretanam proficiisci ibique. Virginis auxilium implorare constituit, p. 18; ubi & recententur incommoda, quæ nostræ Theresiæ Cortonæ, quod oppidum reliquias B. Margarethæ visendi gratia adiit, imminebant. Tandem vero quuin in æde citata B. Virginem pro assueto suæ gentis studio venerata esset, ad patrios rediit lares, p. 20. Capite IV eas exponit Autor Theresiæ actiones, quæ si non omnem, aliquam tamen mentis inuebant mutationem. Omnis enim generis luxus crebrasque conversationes fugere, tempusque sacrorum librorum lectioni destinare cœpit, quo novo vivendi genere se se æqualium odio ac ludibrio exposuit, p. 22. Omni quoque vestitus ornatu deposito, vili laneoque vestimento corpus texit, p. 23. Quumque Theresia alias singulis diebus mundum soleret induere indusium, huic quoque mori, tanquam Deo displicenti, nuntium misit, p. 25. Capite V Autor Theresiæ victimum describit, qui non adeo exquisitis constabat cibis. Nec enim immoderato ciborum usu foedas accenderet libidines, neve nimio jejunio corporis debilitaret vires, in assumendo victimu certas observarit temperantiz regulas, quæ legi possunt p. 29 & 30. In hoc vivendi genere animus tanto arsit amore Dei, ut ne unius horulæ spatium curis impenderit domesticis, p. 30. Haud vulgaris ipsius patientiaz exhibet Autor duo specimina p. 31 & 32. Capite VI ardenterissimus Theresiæ fervor in rebus ad vitam interiorem spectantibus describitur, ubi Autor asserit, eam in id unice incubuisse, ut legem divinam exactissime impleret, quamquam id ab ea reapse præstatum, quivis divinæ explorationis memor recte dubitabit. Singulis diebus pane Eucharistico vescebatur, & ut mens nocturno quoque tempore piis vacaret meditationibus, Servatoris imaginem albis intextam pannis ante lectura ponebat, p. 36. Cultus religiosus more Romano panu Eucharistico exhibitus legi potest p. 36. Caput VII exponit, quanta venerazione nostra Theresia divam coluerit Virginem, adeo, ut ipsius imaginem collo suspensam gestaret, auxilium ab eo in mortis agone expectans, p. 44. Ut quoque miseras defunctorum,

animas liberaret e purgatorio, lampades aliaque vasa argentea, pretiosas vestes largosque ad instituendas Missas suppeditabat sumitus, p. 46, quæ bona opera si non defunctis, vivis tamen insigne præstitere emolumentum. Cap. VIII nostræ Therefiz assiduas preces refert, quas numeris adstrictas ac juxta rosarii ordinem recitatas Deo obtulit, p. 49; internas dein tentationes, quæ permittente Numine Therefiz mentem afflxere, recenset p. 50. Caput IX insignem hujus fœminæ fervorem animatum salutem promovendi describit, quem tempore missionis jussu Cardinalis Onufrii in dieceſi Lucensi instituta perſpectum reddidit, p. 53 & 54, neve proximo quacunque ratione præberet scandalum, pretiosissimas imagines, impudicum aliquid & turpe intuentium oculis objicientes, e suo removit palatio, p. 54 & 55. Varios ad incrementum spirituale ſpectantes libros propriis imprimi curavit sumtibus, p. 56, ubi & varia beneficij ipfius ſpecimina exhibentur. Cap. X beneficas ac pias exponit Therefiz actiones, quas præcipue eo edidit tempore, quo Paulus Segnerus sacræ missionis officium in Dieceſi Lucensi peragebat, p. 58 & seqq. Maximam bonorum partem in ſuſtentandis monachis, imaginibus Sanctorum comparandis, aliisque ſuo iudicio necessariis rebus conſumſit. Capite XI pergit Autor in recendendis charitatis operibus a Therefia præcipue in ægrotos eollocaſis, quæ omnino ſperabat [divino] Numini non diſplicitura. Capite XII plura adducit beneficij argumenta, quæ in vestiendis pauperibus & ſublevandis ægrotis variisque miseriis edidit. Quum aliquando fœminam pestilenti infectam morbo leproaque laborantem adire detrectaret, vocem quandam internam, hanc animi frigiditatem ac mollitatem exprobrantem, audiisse fertur p. 77. Caput XIII exponit varia pietatis exercitia a Therefia in oppidis S. Pancratii, Forci & Badie non procul a Luca diftis peracta, quæ larga elemosynarum distributione, pauperum ſublevatione, affiduaque templorum frequentatione absolvebantur, p. 79 & seqq. Fœminam alterum pedem in cymba Charrontis habentem virtute lactis B. Mariz, quod e Palæſtina recepisse gloriabatur, pristinæ restituiffe sanitati Autor tradit p. 85 & 86. Cap. XIV & XV ceteræ piz hujus fœminæ virtutes prolixæ

lixe describuntur. Quæ externa poenitentia ediderit signa & quanta patientia se se humanarum traditionum duro admodum iugo subjici passa sit, id legi potest p. 89 & seqq. Capite XXI memorabilia Theresiæ dicta de rebus ad interiorem vitam spectantibus extant, ubi varia occurrunt, quæ, qua ratione cum divinis oraculis convenient, Autori dispiciendum. Caput XVII Theresiæ ex hac vita exitum nobis sistit, qui ipsi per multum sanguinis fluxum sexagesimo ætatis anno obtigit. Inscriptio ab ipius Confessore Ludovico Maraccio elaborata legitur p. 124. Tandem Capite XVIII Autor varia in medium profert testimonia, quibus hactenus dicta probare nititur, sed quium plurima ab hominibus Theresiæ beneficiis adstrictis sunt profecta, non mirum est, si virtutes ipsius ad eosculum usque evehantur. Annexæ sunt huic vitzo epistolas a Theresia conscriptæ, in quibus saepius Salvatori Christo vel D. Virginis, vel alterius cuiusdam Sancti meritum ad latus colloquuntur,

*LUDOVICI ANTONII MURATORII DE  
Corona ferrea, qua Romanorum Imperatores in Insu-  
bus coronari soleant, Commentarius.*

Lipsiæ, apud Georg. Weidmannum, 1619, 8.  
Plag. 12.

DE corona ferrea, cuius inpositione Imperatores Romani Germanici in jura Regni Longobardici immitti suerunt, iam pridem Cl. Muratorius Anecdotorum T. II p. 267 egit accurato Commentario, quem ut cum Fontaniana responsum, in Actis A. 1719 M. Mayo exhibenda, possum conferri, scorsum exindeadum nostri censuerunt. Primo ridiculam eorum opinionem perstringit, qui trinas coronas, quibus iidem a longo iam tempore inaugurari soleant, totas ex triplici metallo, auro, argento, ferroq; confectas sibi & aliis persuadere voluerunt, mysticam aliquam interpretationem hujus consuetudinis venantes: ostenditque, illam, de qua tractatus esset, auream existere, circulo vel lamina ferrea in medio, non vero in summitate sua, muniam. Deinde inquirit, an a Theodolinda sit instituta, & Agi-

lulfo primum imposita? Demonstrat vero, Reges Longobardorum etiam ante Agilulfum coronatos in Chronicis MSS. dici, probarique illud ex numis; ex quibus vero simul elucescat, coronas illas alia forma fuisse, quam est illa ferrea corona, hodienum asservata Modoetiz, quæ est urbs hoc tempore mediocris, *Monza* dicta, non longe Mediolano distans, in qua Basiliacum excitasse coronamque a se institutam depositisse Theodelindam volunt. Sed en hoc loco figuram, qualem Cl. Fontanini ex archetypo expressit. Disquirit deinde, utrum Ticini an Mediolani vel Modoetiz Reges Longobardorum coronati fuerint, proq; Mediolano autoritate Pauli Diaconi sententiam dicit. Imperatores vero Francos nec Mediolani, nec Modoetiz, sed saltem Romanos coronatos notat. Qui Francos in Italiz regno exceperunt Itali principes, nunquam Modoetiz, plerunque Mediolani vel Ticini diadema sumserunt. Otho magnus Mediolani, Otho vero III primum Modoetiz est coronatus, quod esset tum in obdizione Mediolani occupatus, quæ urbs contra Episcopum suum & Imperatore in insurrexerat: idemque Modoetiam caput Regni Longobardici constituit, Mediolano prælatam. Cujus exemplum plures etiam successorum secutos, Modoetiz diadema suscepisse notat. Quin & plerosque eorum, Conrados I, II & III, Henricos, Sanctum (quem primum vocat Muratorius) III, IV, V, (five secundum Muratorium II, III, IV.) Mediolani coronatos, Modoetiz coronationem repetiisse, ex scriptoribus potissimum Modoetensibus probatur. Fridericus Barbarossa Papiz & Modoetiz, atque, ut Muratorio videtur, etiam Mediolani coronam suscepit. Post longum intervallum Henricus VII five Lüzenburgicus in Italiam profectus est ad coronam Regni Italicis five Longobardici sumendam. Cujus coronationis historiam, utpote quæ huic libello dederat occasionem, prolixius describens Doct. Autor ostendit, dubitasse Henricum, utrum Mediolani solum, an vero etiam Modoetiz regalia ornamenta suscipienda essent. Itaque ad se vocatis per literas Archipresbytero Canonieisque Basiliæ S. Joh. Bapt. Modoetensis editi, ut allatis diplomatis ac monumentis ius suum probarent. Exitum controversiz fuisse, ut Henricus Mediolani coronari se pate-

TAB. I.  
Fig. 4.

pateretur; ceterum ad querimonias Modoetienium sedandas etiam ad illam urbem pergeret, privilegiaque ejus confirmaret, huncque actum nihil ipsorum juribus derogaturum statueret. Ludovicus Bavarus, invito licet Pontifice, Mediolani coronatus est, quo loco etiam Carolum IV coronam insignitum fide digniores scriptores luculenter tradunt. Quod ipsum de Sigismundo quoque confirmant publica diplomata a Cl. Autore adducta. Fridericus III ob pestem in Insubribus grassantem Romae a Papa Nicolao V Longobardorum Rex inauguratus, reclamantis licet Mediolanensis quibus scripto confirmatum, hoc nihil eorum juribus derogaturum. Nihilominus tamen hoc exemplum tanti momenti fuisse Nostro videtur, ut Carolo V Imperatori argumento fuerit, cur Bononiz coronam ferream fusciperet.

Postquam de urbibus differuerat, etiam de templis agit, in quibus coronatio peracta. Ea fuerunt Ticini aedes S. Michaelis, Mediolani templum S. Ambrosii, Modoetiae Basilica S. Joh. Baptiste.

De numero coronarum illarum deinde sermonem faciens, non injuste colligit, primo unicam fuisse; postea vero, cum consuetudo inolevisset, non solum Mediolani sed & Modoetiae Regni insignia fuscipendi, probabile est geminas usurpari cepisse, quarum illam, quae Modoetiae asservaretur, palearem ob contemptum a Mediolanensisbus esse dictam; ferre vero nomen superioribus proximis seculis, veluti decimo tertio, demum ortum esse credit. Henricum tamen Luzenburgicum alio insuper diadematate vere ferreo & a Modoetieni plane diverso usum esse liquido constat; quoniam a factione Turriana Modoetienis illud alio asportatum, locusque ejus ignotus erat. Hac vero coronatione absoluta illud Monachis Ambrosianis Mediolanensis custodiendum datum, ex documentis Nostro indubius demonstratur: Laurea nomen corona illa tulit, quod ex ferreis vel chalybeis laminis, lauri folia imitantibus, eleganter esset fabricata.

Actum coronationis ab Archi-Episcopo Mediolanensi vel Abbe Basiliæ Ambrosianæ, vel etiam Archipresbytero Modoetieni administratum esse porro ostendit, qua occasione simul

ne simul questionem examinat, an a Gregorio M. P. R. Archi-Episcopis Mediolanensibus jus eligendi Reges Italiz, ut quidam fabulantur, collatum? eamque negat, omne jus Regum Longobardorum ab armis arcessens. Sub Francis Imperatoribus tamen Archi-Episcopos Mediolanenses hoc jus sibi vindicasse, concedit, ex moribus Longobardorum, qui Regno jam constituto Reges per proceres suos eligi patiebantur, quorum sane primas fuerit dictus Archi-Episcopus. Coronationis variis ritus dum postea exponit, descripta Othonis M. coronatione, vetustissimam liturgiam, in coronatione, uti retur, Henrici V vel IV usurpatam, ex MS. Modoetieni producit integrum.

Postremo ad coronam ipsam accedens, pervulgatam de ejus sanctitate opinionem coram eruditorum tribunali constituit, examinatque, an lamina illa ferrea, quam interius totam coronam auream circuli in modum pervadere diximus, unus sit ex sacris clavis, quibus Christus in cruce pendens confixus est, ut Modoetienes volunt; qui propterea eum cum corona publicae venerationi exponunt, & per processiones deferunt. Notatq; adeo, Emin. Card. Friderico Vicecomiti Archi-Episcopo Mediolanensi cultum hunc minime probatum esse, eoq; prudentes piosque viros delegisse, qui coronam & documenta de ea extantia examinarent, factaq; inquisitione eam ulterius devoto cultui exponere vetusse. Unde Modoetienes precibus & scriptis omnem lapidem moverint apud Archi-Episcopum, ut eum a sententia amoverent, sed frustra, quare illo quidem permitente, Romam ad congregationem rituum causam suam detulerint. Quæcunq; vero futura esset illa decisiō, quæcum hæc Author seriberet, nondum vulgata erat, nihilominus probare Noster nititur, sine periculo infringenda veritatis Coronæ Modoetienis sanctitatem definiri non posse.

Sententiam vero Modoetienium eo redire existimat; Helenam sanctos clavos invenisse, unum eorum fræno, alterum diademati, cetera quidem aurato gemmatoque, filii sui Constantini infertum, de quibus quidem testimonio veterum constet; esse autem hoc Constantinum idem cum Modoetieni, quod dono eidem miserit Gregorius magnus, cuius rei pro-

probatio defumatur ex fama, conjecturis & scriptoribus quibusdam. Inter quas conjecturas locum habeat, quod anq

uis
 ille nunquam rubiginem contraxerit, prodigiose sane, utpote in loco humido constitutus.

Respondet ad hæc sigillatum: probari non posse identitatem coronæ hujus cum Constantiniæ. Ex nummo quodam *D<sub>u</sub> Fresni* constare, Constantium usum corona radiata sine gemmis; ferream esse sine radiis, gemmis vero instructam. Imo tradere veterum scriptorum quosdam, clavum fuisse coronæ infirmum, non in circuli modum formatum. Nec probatu facile esse, eandem in potestatem Gregorii, ut Theodelindz dono dari potuerit, devenisse, coronam Imperatoribus Romanis inaugrandis destinatam ab eodem Regibus partis saltem Italiz concessam, ipsum omnino pretiosum ejusmodi cinnelium aliis donare voluisse, qui reliquarum sacrarum adeo tenax fuerit, ut Constantius Augustus vel sudarium S. Pauli Apostoli negaverit: ino ne quidem probatum, Modoetiensi templo coronam aliquam datam fuisse, tacentibus omnibus scriptoribus coetaneis.

Quorum quidem silentium etiam faciat contra opinionem in primis, qua præsenti coronæ ferreæ ex insertione clavi Dominici sanctitas asseritur, utpote cum superiores scriptores, qui laminæ ferreæ mentionem diserte faciunt, de clavo sacro constantissime taceant. Unde sententiam illam ad summum medio demum penultiimi seculi Modoetensium animis traditam credit: quod constet inter alia ex eo, cum ne quidem Caroli V Imperatoris tempore ejus rei recepta fuerit notitia. Nam cum ejus Imperatoris jussu documenta ad coronam ferream pertinentia collecta essent, dataque publicis notariis cura, ut acta universa literis mandarent, in diplomatibus illis ne minimam quidem sacri clavi mentionem factam fuisse. In litteris vero Sixti V Papæ quibusdam eandem a sacris reliquiis distinguui.

Suspicatur adeo Cl. Autor, coronam illam Modoetensem ad alios olim usus procusam, præfertim cum magnitudo ejus adeo sit exigua, ut vix biennis pueri capiti imponi posset, quinque digitorum saltem diametrum habens, pondere vero

ne simul questionem examinat, an a Gregorio M. P. R. Archi-Episcopis Mediolanensibus jus eligendi Reges Italiz, ut quidam fabulantur, collatum? eamque negat, omne jus Regum Longobardorum ab armis arcessens. Sub Francis Imperatoribus tamen Archi-Episcopos Mediolanenses hoc jus sibi vindicasse, concedit, ex moribus Longobardorum, qui Regno iam constituto Reges per proceres suos eligi patiebantur, quorum sanc primas fuerit dictus Archi-Episcopus. Coronationis vari os ritus dum postea exponit, descripta Othonis M. coronatio ne, vetustissimam liturgiam, in coronatione, uti retur, Henrici V vel IV usurpatam, ex MS. Modoetiensi producit integrum.

Postremo ad coronam ipsam accedens, pervulgatam de eius sanctitate opinionem coram eruditorum tribunali conslituit, examinatque, an lamina illa ferrea, quam interius totam coronam auream circuli in modum pervadere diximus, unus sit ex sacris clavis, quibus Christus in cruce pendens confixus est, ut Modoetienes volunt; qui proptera eum cum corona publice venerationi exponunt, & per processiones deferunt. Notatq; adeo, Ermin. Card. Friderico Vicecomiti Archi-Episcopo Mediolanensi cultum hunc minime probatum esse, eoq; prudentes piosque viros delegisse, qui coronam & documenta de ea extantia examinarent, factaq; inquisitione eam ulterius devoto cultui exponere vetusse. Unde Modoetienes precibus & scriptis omnem lapidem moverint apud Archi-Episcopum, ut cum a sententia amoverent, sed frustra, quare illo quidem permitente, Romam ad congregationem rituum causam suam detulerint. Quzceunq; vero futura esset illa decisio, quz, cum haec Author scriberet, nondum vulgata erat, nihilominus probare Noster nititur, sine periculo infringenda veritatis Coronz Modoetensis sanctitatem definiri non posse.

Sententiam vero Modoetensium eo redire existimat; Helenam sanctos clavos invenisse, unum eorum fræno, alterum diademati, cetera quidem aurato gemmatoque, filii sui Constantini insertum, de quibus quidem testimonio veterum constet; esse autem hoc Constantinum idem cum Modoetensi, quod dono eidem miserit Gregorius magnus, cuius rei pro-

probatio desumatur ex fama, conjecturis & scriptoribus quibusdam. Inter quas conjecturas locum habeat, quod anquius ille nunquam rubiginem contraxerit, prodigiose sane, utpote in loco humido constitutus.

Respondet ad hæc sigillatum: probari non posse identitatem coronæ hujus cum Constantiniana. Ex numero quodam *Dñs Fresnii* constare, Constantinum usum corona radiata sine gemmis; ferream esse sine radiis, gemmis vero instructam. Imo tradere veterum scriptorum quosdam, clavum fuisse coronæ insertum, non in circuli modum formatum. Nec probatu facile esse, eandem in potestatem Gregorii, ut Theodelindæ dono dari potuerit, devenisse, coronam Imperatoribus Romanis inaugrandis destinatam ab eodem Regibus partis saltem Italæ concessam, ipsum omnino pretiosum ejusmodi cimelium aliis donare voluisse, qui reliquiarum sacrarum adeo tenax fuerit, ut Constantinus Augustus vel sudarium S. Pauli Apostoli negaverit: imo ne quidem probatum, Modoetiensi templo coronam aliquam datum fuisse, tacentibus omnibus scriptoribus coetaneis.

Quorum quidem silentium etiam faciat contra opinionem imprimitur, qua præsenti coronæ ferreae ex insertione clavi Dominici sanctitas asseritur, utpote cum superiores scriptores, qui laminæ ferreae mentionem diserte faciunt, de clavo sacro constantissime taceant. Unde sententiam illam ad summum medio demum penultimi seculi Modoetiensium animis traditam credit: quod constet inter alia ex eo, cum ne quidem Caroli V Imperatoris tempore ejus rei recepta fuerit notitia. Nam cum ejus Imperatoris iussu documenta ad coronam ferreain-pertinentia collecta essent, dataque publicis notariis cura, ut acta universa literis mandarent, in diplomaticis illis ne minimam quidem sacri clavi mentionem factam fuisse. In literis vero Sixti V Papæ quibusdam eandem a sacris reliquiis distinguiri.

Suspicatur adeo Cl. Autor, coronam illam Modoetiensem ad alios olim usus procusam, præsertim cum magnitudo ejus adeo sit exigua, ut vix biennis pueri capiti imponi posset, quinque digitorum saltem diametrum habens, pondere vero

vix

vix tres uncias æquans. Postea vero vel inopia aliarum vel alio consilio ab Imperatoribus usurpari coepisse. Ad ultimum vix credibile esse ait, quod sanguinis, quo sparsus fit clavus Dominicus, & unde totum ejus pretium, tam levem rationem habuerit antiquitas, ut evandem in fornacula coquendum, limaque atterendum in circuli hujus (cujus tamen quantitas vix tertiam justi clavi partem adæquare possit) figuram cogeret: & ad Caroli Borromæi inter sanctos relati suffragium provocantibus Modoetienibus objicit, nullam eum memoriam sancti clavi reliquise in libro visitationum Basiliæ illius; prodigiorumq; quæ hanc sanctitatem coronæ confirmare dicantur examen inquisitoribus Romanis permittit.

THE HISTORY OF PERSIA TO WHICH IS  
added an Abridgement of the Lives of the Kings of  
Harmuz &c.

sive

*HISTORIA PERSIÆ, UNA CUM COMPENDIOSA EXPOSITIONE VITARUM REGUM HARMUZIANORUM: ex Hispanico TEXEIRÆ in Anglicum idioma translatæ a JOH. STEVENS.*

Londini, apud Jonam Brown, 1715, 8.

Alph. I plag. 4.

**A**utor hujus historiæ est Antonius Texeira, Hispanus, qui Ormoziæ sive Harmuziæ inque vicinia Persiæ degens, cum amore historiæ ducaretur, in celeberrimæ gentis hujus res gestas inquirere studuit; præsertim cum, quæ alii de Persicarum rerum temporibus posterioribus dederunt, Procopius nempe, Agathias, Genebrardus, Zonaras, Tornamina, manca & non satis certa deprehendisset. Conquirenti ergo Autore ex ipsamet hac gente oriundos, adeoque fide digniores, obtulit se Chronicon Mirkondi, Tarik Mirkond dictum, magnique in pretio habitum; quod adeo in linguam Hispanicam translulit, relectisque superfluis compendium ex eo fecit. Alia tamen curiosa, quæ spectant mores Persarum, descriptiones regionum

gionum ipsarum & urbium, & quæ sunt similia, inspergere non neglexit, postremo subnexuit vitas Ormuziz Regum a' Torunxa Rege ejus Infulæ Scriptas. us hoc in Anglicum sermonem vertit Joh. Stevens, comn is suæ gentis velificaturus, adjuncto supplemento hujus historiæ ab ætate Teixeiræ ad nostra usque tempora deducto, & ex Thevenotii, Tavernerii, Chardini & Geurelli relationibus concinnato.

Ceterum cum circa initia hujus historiæ multa fabulosa occurrant, imprimis Chronologia Mirkondi a nostrorum Autorum sententiis immaniter dissentiat, & numerus annorum, quos regimini quorundam Regum tribuit, omnem fidem excebat, tum Author Teixeira tum ejus interpres hoc excusatione egerent censentes, dandam eandem veniam Mirkondo quam nostris historicis judicant, qui circa origines & antiquitates nostras multa pariter fabulosa immisceant.

Arbitrium adeo ejus rei lectoribus ipsis relinquentes, pauca quædam saltem speciminis loco decerpimus, notamusque, incunabula celeberrimi hujus Regni a Persico scriptore ad tempora proxima diluvio universali referri. Nam turbarum, quæ inter novos incolas provinciæ Arzerbajon (quæ est Atropatene & provinciam ignis notat) in statu anarchico ortæ erant, pertuleros eosdem unanimi consensu dicit elegisse Rayumarra-sum, filium Arami, cuius pater Semus ex Noacho, quem secundum Ademum Persæ vocitant, fatus fuerit. Successisse ei dicitur ab nepos Ouxang, eique filius ejus Tamars Divband. Post hunc qui regnavit, Jambzedum Philosophiæ & Physiciæ datum, Schirafique urbis Regis suæ conditorem, a Zoakko ob impietatem, qua se ut Deum adorari jussérat, interemptum; Zoab-kumque Philosophiæ studio celebratum (ob quam causam eum Teixeira pro Zoroastre habet) imperium occupasse, occisum vero ipsum a Freydbuno, Jainbredi filio, Abrahami contemporaneo, narrat Mirkondus. Et hunc quidem Regnum inter filios divisisse, quorum unus, condita urbe Turon, in Regione Turkestania inde dicta, Turcarum autor extiterit. Secutus est eum, si Mirkondo fides, nepos ejus Manuchier 120 annis Regnum tenens, successoremque filium Nandaram habens. Quo

a Turcis rebellibus occiso, post aliquot annos imperium ad nepotem ejus *Kaykobadum* rediit, qui illud ad filium *Kaykavusum* transmisit; de quo idem refertur, quod de Artaxerxe Longiuano, habuisse eum nempe brachium unum longius altero, adque genu usq; protensum. Filium ejus *Syavexium* ducta in Turkestania uxore filia *Afrasiabi* sustulisse filium *Kaykozran*; qui, cum pater ejus infidiis Turcarum periisset, avo paterno successerit, avum vero maternum petierit bello. Cujus tempore etiam celebris ille Persarum Philosophus & Mythologus *Lokmanus*, quem Mirkondus Judæum fuisse perhibet, Teixeira vero pro Æsopo habet, vixisse prædicatur. Qui ei succedit *Loraspbus*, per præfectum suum *Gudarz* Mesopotamiam, Syriam, Judæamque bello appetuisse dicitur, & Hierosolymam, ejus Rege in dedictionem accepto, cepisse, mox vero rebellantem iterato expugnasse, multosque Judæorum in Persiam traduxisse, imperium tandem filio *Gustaspho* tradidisse. Duobus his Regibus non solum 240 regiminiis annos Mirkondus tribuit, sed postremum hunc etiam imperio nepoti tradito in villa amoenissima a Salomone Davidis filio prope Schirasum exædificata diem obiisse fabulatur. Nepos adeo & successor ejus *Daraz Daz*, quod Longimanum significat (nam & hunc manum altera longiorem habuisse) itemque *Ardxir* dictus esse fertur, ejusque tempore floruisse Hippocratem, quem Persæ *Bokerat*, Democritum, quem *Dimocritis* idem voent, traditur; quorumq; scripta Persas aequæ possidere ac Platonis, quem *Apblatum*, Socratis, quem *Socorat*, ac Galenī, quem *Gialonum* appellant. Decedentem vero Longimanum uxorem gravidam reliquisse, quæ infantem editum ob funesta vatum prælagia exponere coacta fuerit, regno vero per aliquot annos feliciter administrato, illud huic ipsi filio adulto restituerit, *Darab Seguero* dicto, quique bellum fecerit *Pbylaco Iununi*, id est, Philippo Macedoniz Regi, ob tributum negatum, filiumque habuerit *Darab Segver* vel *Kucheb* ab *Afcandro* (Alexandrum audis) victimum & Regno privatum, memoratur.

Enimvero sicut veteres illas historias ita deformare videimus Mirkondum, ut vix celeberrimos Reges Cyrum, Darium, &c. agnoscas, ita etiam mox dicti belli historiam tot fabulis obnubilat, ut

lat, ut fidem fere omnem dictorum suorum apud nos dubiam faciat. Aliquas ex iis si afferre deceat ad indolem hujus historie cognoscendam, Darium illum non corpore solum deformem sed & animo pravum depingit, proptereaque suis invisum, qui Alexandrum, non Philippi filium, sed uxoris ejus, ab eo tamen adoptatum, ad bellum Dario inferendum invitaverint. Ultimum praelium compitum esse refert in Perside, fugientemque Darium flumen gelu obductum equo transmisso, comites ejus magno numero, glacie oneri cedente, flumine mortos; Darium insidiis suorum petitus, & letaliter vulneratum praesente Alexander expirasse, eique filiam suam uxorem commendasse; *Alexandrum* adeo in ordine Regum Persicorum decimum nonum, urbibus *Mardoba* ad fluvium *Jebun*, *Hrav* in *Korazane*, & *Semarcanda* in *Uerbekia* conditis, in *Indiam* processisse. Ibi cum Rege *Tor* seu *Poro* pugnasse, hunc praelio superatum novas copias collegisse, & tanta virtute per 20 dies continuos dimicasse, ut de successu desperans Alexander eum ad singulare certamen provocaverit, & easu potius quam virtute vicerit. Ulterius progresso in Indiam occuruisse *Keydum*, alicujus partis ejus regionis Regem, 300 annos etatis habentem placideque; ab Alexander dimissum, qui ad ultimum in *Cbinam* usque processerit, aque Rege ejus *Kba Kbn* donis cultus fuerit. Quam fabulam ita excusandam Teixeira putat, quod Persae non solum remotissimum illud Regnum Asiz, sed & magnam Tartariæ adiacentis partem eo nomine appellant.

Post mortem Alexandri interregnum facit Mirkondus 72 annorum, quibus exactis imperium ad familiam pristinorum Regum redierit. Ceterum si ex affinitate nominum Regum, qui postea regnarunt, judicium ferre licet, totam seriem Syrorum & Parthicorum Regum, qui Persae imperarunt, enarravit, hiaturaque adeo illius infeliciter interregno 72 saltem annorum supplet. Primum ex his Regibus facit Schapurem, eiusque successorem *Ardxir Babar Kbn*, qui circa tempora Servatoris nostri regnaverit. Post eum regnasse predicat Schapur-Zabel-Kesafum, & posthunc alios usque ad *Iaz Gerden* primatum, Persis non laudatum principem, qui duos filios

habuerit, quorum primus *Babaron Gur* Tartaros irruentes in Persiam repulerit, & cum Romanis primus bellaverit, secundus nomen etiam *Yaz Gerdis* secundi tulerit. Nepotem ejus *Kobadem*, quod seest cujusdam *Mezdabki*, qui se prophetam dictitarat, & omnia communia, etiam liberos & uxores, habenda esse docuerat, nomen dedisset, solio depositum, sed e vinculis elapsum Regnum post aliquot annos recuperasse. *Mezdabkum* ipsum a successore & filio Kobadis *Kesere Anuxiron* cum omnibus asseclis sublatum. Hunc variis ditionibus in potestatem redactis & repulsi Tartaris, irruptionem fecisse in Romanorum imperium, & Mesopotamiam cum variis aliis provinciis eisdem eripuisse. Filium habuisse ex uxore Christiana, etiam Christianum, qui rumore falso de patris morte dilato, regnum invaserit, inque prælio occisus fuerit. Filium alterum *Hormisdam* vel *Hormoz* Romanis erectas provincias ob Tartaros ex alio latere eum prementes reddere coactum, aque filio *Khosrao Parvez* throno dejectum, sed tamen invito filio occisum. Hunc quidem cum *Heractio*, quem Persæ *Ariol* vocant, infeliciter pugnasse, posteaq; ob crudelitatem a suis throno dejectum, surrogato filio Kobad Schirughe. Postquam cum aliquot regnassent, interque eos binæ fœminæ filiæ Cosrois, stirps illorum Regum extincta, & *Yaz Gerde* ultimo occiso, regnum ad Califas Babylonenses translatum.

Primus adeo Califarum, qui Persiam anno 33 Hegiræ sive æræ Mohammeticæ in potestatem suam redegit, fuit *Homar*, secundus a Mohammete. Cui ordine succederunt reliqui: quorun cum historiam aliunde petere licet, eaque nihil peculiare, nec adeo celebres eventus habuerit in Persia, eam nunc non attingemus. Nisi quod notandum censemus, undecimum ex his *Oeldum Turquestaniam*, *Maurenabariam* & *Cbrovarefiniam* provincias Persæ adiecisse. Regnante vero *Waceko*, 28 ex Califis, eos qui gentilium superstitioni in Persis adhuc dediti erant, a Mohammetanis gravi persecutio afflictos, multosque eorum occisos. Trigesimo quinto ex Califis *Almato Hammed Bile* imperium tenente, quidam *Yacub Leis* a parvis initis progressus, primo Corasaniam deinde tota Persia potitus, ad ipsum Califam

Califam Bagdadi oppugnandum profectus est. Eo autem in iterere mortuo, frater ejus Califæ se submittit, administrationem provinciarum, quæ fratri paruerant, præmii loco accipiens, mox vero ob crudelitatem dejectus, ultimoque occisus. Hujus tamen posteri sèpius turbas dederunt in Persia, modo quasdam ejus Regni provincias sibi vendicantes, modo eas vicario nomine Califarum administrantes. Quos inter motus peculiare Regnum Maurenaharæ & Corasaniæ, cui etiam quædam Indiæ provinciæ junctæ erant, caput erexit, annuentibus quidem Califis, qui Regibus ejusdem contra rebelles ceteros utebantur. Quadragesimus tertius Califarum *Mostachfy Abdela ab Abusaja*, cum filiis tribus, qui *Dauliorum* nomen omnes tulerunt, rebellante, Bagdadi occisus est, Persiæque maxima pars cum Bagdadensi Regno aliquot Principibus ex hac familia paruit. Quorum qui Bagdadum tenuerunt (nam in plures erant divisi) Califis nomen inane Principum cum potestate aliqua in rebus ad religionem spectantibus reliquerunt, politicam cum regio titulo sibi met vindicarunt. Ceterum *Dauliorum* familia ab anno Hegiræ 330 ad 487 in Persia floruit. Qua extincta potioris partis Persiæ imperium ad Califas rediit, præter aliquot provincias, quas minores quidem reguli inter hasce turbas ad se rapuerunt.

Omni tandem Persia Califas expulerunt imo ipsos funderunt anno Hegiræ 655 Mugali five Mogalenses Tartari, qui sub Rege suo *Chingis Rano* primum anno Hegiræ 620 Murenahara in suam ditionem redacta, Persia populati fuerunt, mox Corasaniæ Reges in Indiam usque perirent, Multanum regnum ejusque caput urbem Lahor cepere, sub Oktay filio ejus totam Persiam & tandem sub nepo eius *Abusaydo*, ultimo ex his, regnum eorum, provincias que gubernatores imperio suorum vindicarunt. idem brevi eripuit Tame

Hic ex familia Re-

Mugalicos p

vix tres uncias æquans. Postea vero vel inopia aliarum vel alio consilio ab Imperatoribus usurpari cœpisse. Ad ultimum vix credibile esse ait, quod sanguinis, quo sparsus sit clavus Dominicus, & unde totum ejus pretium, tam levem rationem habuerit antiquitas, ut eundem in fornacula coquendum, limaque atterendum in circuli hujus (cujus tamen quantitas vix tertiam justi clavi partem adæquare possit) figuram cogeret: & ad Caroli Borromæi inter sanctos relati suffragium provocantibus Modoetensibus objicit, nullam eum memoriam sancti clavi reliquisse in libro visitationum Basilicæ illius; prodigiorumq; quæ hanc sanctitatem coronæ confirmare dicantur examen inquisitoribus Romanis permittit.

THE HISTORY OF PERSIA TO WHICH IS  
added an Abridgement of the Lives of the Kings of  
Harmuz &c.

five

*HISTORIA PERSIÆ, UNA CUM COMPENDIOSA EXPOSITIONE VITARUM REGUM HARMUZIANORUM: ex Hispanico TEXEIRÆ in Anglicum idioma translatæ a JOH. STEVENS.*

Londini, apud Jonam Brown, 1715, 8.

Alph. I plag. 4.

**A**UTOR hujus historiæ est Antonius Texeira, Hispanus, qui Ormozia sive Harmozia inque vicinia Persiæ degens, cum amore historiæ duceretur, in celeberrimæ gentis hujus res gestas inquirere studuit; præfertim cum, quæ alii de Persicarum rerum temporibus posterioribus dederunt, Procopius nempe, Agathias, Genebrardus, Zonaras, Tornamina, manca & non satis certa deprehendisset. Conquirenti ergo Autore ex ipsamet hac gente oriundos, adeoque fide digniores, obtulit se Chronicon Mirkondi, Tarik Mirkond dictum, magnoque in pretio habitum; quod adeo in linguan Hispanicam translulit, resectisque superfluis compendium ex eo fecit. Alia tamen curiosa, quæ spectant mores Persarum, descriptiones regionum

gionum ipsarum & urbium, & quæ sunt familiae, inspergere non neglexit, postremo subnexuit vita Ormuziæ Regum a' Gorunxa Rege ejus Infulæ Scriptas. us hoc in Anglicum sermonem vertit Joh. Stevens, commis sive gentis velificaturus, adjuncto supplemento hujus historiæ ab ætate Teixeiræ ad nostra usque tempora deducto, & ex Thevenotii, Tavernerii, Chardini & Geurelli relationibus concinnato.

Ceterum cum circa initia hujus historiæ multa fabulosa occurrant, imprimis Chronologia Mirkondi a nostrorum Autorum sententiis immaniter dissentiat, & numerus annorum, quos regimini quorundam Regum tribuit, omnem fidem excebat, tum Autor Teixeira tum ejus interpres hoc excusatione egerent censentes, dandam eandem veniam Mirkondo quam nostris historicis judicant, qui circa origines & antiquitates nostras multa pariter fabulosa immisceant.

Arbitrium adeo ejus rei lectoribus ipsis relinquentes, pauca quædam saltem speciminis loco decerpimus, notamusque, incunabula celeberrimi hujus Regni a Persico scriptore ad tempora proxima diluvio universalis referri. Nam turbaram, quæ inter novos incolas provinciæ Arzerbajon (quæ est Atropatene & provinciam ignis notat) in statu anarchico ortæ erant, pertuleros eosdem unanimi consensu dicit elegisse Rayumarrafum, filium Arami, cuius pater Semus ex Noacho, quem secundum Ademum Persæ vocitant, fatus fuerit. Successisse ei dicitur ab nepos Ouxang, eique filius ejus Tamuris Divband. Post hunc qui regnavit, Jambzedum Philosophiæ & Physiciæ datum, Schirafique urbis Regiæ suæ conditorem, a Zoabko ob impietatem, qua se ut Deum adorari jussérat, interemptum; Zoabkumque Philosophiæ studio celebratum (ob quam causam eum Teixeira pro Zoroastre habet) imperium occupasse, occisum, vero ipsum a Freydhuno, Jambzedi filio, Abrahami contemporaneo, narrat Mirkondus. Et hunc quidem Regnum inter filios divisisse, quorum unus, condita urbe Turon, in Regione Turkestania inde dicta, Turcarum autor extiterit. Secutus est eum, si Mirkondo fides, nepos ejus Manucher 120 annis Regnum tenens, successoremque filium Naudaram habens. Quod

¶ Turcis rebellibus occiso, post aliquot annos imperium ad nepotem ejus *Kaykobadum* rediit, qui illud ad filium *Kaykeusum* transmisit; de quo idem refertur, quod de Artaxerxe Longimanio, habuisse eum nempe brachium unum longius altero, adque genu usq; protensum. Filium ejus *Syavexium* ducta in Turkestania uxore filia *Afrasiabi* sustulisse filium *Kaykozran*; qui, cum pater ejus infidiis Turcarum periisset, avo paterno successerit, avum vero maternum petierit bello. Cujus tempore etiam celebris ille Persarum Philosophus & Mythologus *Lokmannus*, quem Mirkondus Judaeum fuisse perhibet, Teixeira vero pro *Æsopo* habet, vixisse prædicatur. Qui ei successor *Loraspus*, per præfectum suum *Gudarz* Mesopotamiam, Syriam, Judæamque bello appetuisse dicitur, & Hierosolymam, ejus Rege in ditionem accepto, cepisse, mox vero rebellantem iterato expugnasse, multosque Judæorum in Persiam traduxisse, imperium tandem filio *Gustaspho* tradidisse. Duobus his Regibus non solum 240 regiminiis annos Mirkondus tribuit, sed postremum hunc etiam imperio nepoti tradito in villa amoenissima a Salomone Davidis filio prope Schirasum exædificata diem obiisse fabulatur. Nepos adeo & successor ejus *Daraz Daz*, quod Longimanum significat (nam & hunc manum altera longiore habuisse) itemque *Ardxir* dictus esse fertur, ejusque tempore floruisse Hippocratem, quem Persæ *Bokarat*, Democritum, quem *Dimocritis* iidem voent, traditur; quorumq; scripta Persas & que possidere ac Platonis, quem *Aphlatum*, Socratis, quem *Socorat*, ac Galeni, quem *Gialenum* appellant. Decedentem vero Longimanum uxorem gravidam reliquisse, quæ infantem editum ob funesta vatum prætagia exponere coacta fuerit, regno vero per aliquot annos feliciter administrato, illud huic ipsi filio adulto restituerit, *Darab Seguero* dico, quique bellum fecerit *Pbyylaco Tununi*, id est, Philippo Macedoniz Regi, ob tributam negatum, itemque haberet *Darab Segver* vel *Kucheb* ab *Ascandro* (Alexandrum audis) victimum & Regno privatum, memoratur.

Enimvero sicut veteres illas historias ita deformare videntur Mirkondum, ut vix celeberrimos Reges Cyrum, Darium, &c. agnoscas, ita etiam mox dicti belli historiam tot fabulis obnubilat, ut

lat, ut fidem sere omnem dictorum suorum apud nos dubiam faciat. Aliquas ex iis si afferre deceat ad indolem hujus historie cognoscendam, Darium illum non corpore solum deformem sed & animo pravum depingit, proptereaque suis invisum, qui Alexandrum, non Philippi filium, sed uxoris ejus, ab eo tamen adoptatum, ad bellum Dario inferendum invitaverint. Ultimum praelium communissimum esse refert in Perside, fugientemque Darium flumen gelu obductum equo transmisso, comites ejus magno numero, glacie oneri cedente, flumine mersos; Darium insidiis suorum petitus, & letaliter vulneratum praesente Alexander expirasse, eique filiam suam uxorem commendasse. *Alexandrum* adeo in ordine Regum Persicorum decimum numerum, urbibus Marwoba ad fluvium Jebun, Herat in Korazane, & Samarcanda in Uerbekia conditis, in Indianam processisse. Ibi cum Rege Tor seu Poro pugnasse, hunc praelio superatum novas copias collegisse, & tanta virtute per 20 dies continuos dimicasse, ut de successu desperans Alexander eum ad singulare certamen provocaverit, & easu potius quam virtute vicerit. Ulterius progresso in Indianam occurrisse Keydum, alicujus partis ejus regionis Regem, 300 annos etatis habentem, placideque; ab Alexander dimisum, qui ad ultimum in Cbinam usque processerit, aque Rege ejus Kba Kbon donis cultus fuerit. Quam fabulam ita excusandam Teixeira putat, quod Persae non solum remotissimum illud Regnum Aiz, sed & magnam Tartariæ adjacentis partem eo nomine appellant.

Post mortem Alexandri interregnum facit Mirkondus 72 annorum, quibus exactis imperium ad familiam pristinorum Regum redierit. Ceterum si ex affinitate nominum Regum, qui postea regnarunt, judicium ferre licet, totam seriem Syrorum & Parthicorum Regum, qui Persae imperarunt, omittit, hiatumque adeo illum infeliciter interregno 72 saltem annorum supplet. Primum ex his Regibus facit Schapurem, ejusque successorem Ardxir Baber Kbon, qui circa tempora Servatoris nostri regnaverit. Post eum regnasse praedicit Schaper-Zabel-Kesafum, & posthunc alias usque ad Yaz Gerdem primam, Persis non laudatum principem, qui duos filios

habuerit, quorum primus *Babaron Gur* Tartaros irruentes in Persiam repulerit, & cum Romanis primus bellaverit, secundus nomen etiam *Yaz Gerdis* secundi tulerit. Nepotem ejus *Kobadem*, quod sectæ cujusdam *Mezdabki*, qui se prophetam dictitarat, & omnia communia, etiam liberos & uxores, habenda esse docuerat, nomen dedisset, solio depositum, sed e vinculis elapsum Regnum post aliquot annos recuperasse. *Mezidabkum* ipsum a successore & filio Kobadis *Kescre Anuxiron* cum omnibus asseclis sublatum. Hunc variisditionibus in potestatem redactis & repulsi Tartaris, irruptionem fecisse in Romanorum imperium, & Mesopotamiam cum variis aliis provinciis eisdem eripuisse. Filium habuisse ex uxore Christiana, etiam Christianum, qui rumore falso de patris morte dilato, regnum invaserit, inque prælio occisus fuerit. Filium alterum *Hormisdam* vel *Hormoz* Romanis erectas provincias ob Tartaros ex alio latere eum prementes reddere coactum, aque filio *Khosrao Parvez* throno dejectum, sed tamen invito filio occisum. Hunc quidem cum *Heractio*, quem Persæ *Ariol* vocant, infeliciter pugnasse, posteaq; ob crudelitatem a suis throno dejectum, surrogato filio Kobad Schirughe. Postquam cum aliquot regnassent, interque eos binæ feminæ filiæ Cosrois, stirps illorum Regum extincta, & *Yaz Gerde* ultimo occiso, regnum ad Califas Babylonenses translatum.

Primus adeo Califarum, qui Persiam anno 33 Hegiræ five æræ Mohammeticæ in potestatem suam redegit, fuit *Homar*, secundus a Mohammete. Cui ordine succederunt reliqui: quorum cum historiam aliunde petere licet, ea que nihil peculiare, nec adeo celebres eventus habuerit in Persia, eam nunc non attingemus. Nisi quod notandum censemus, undecimum ex his *Oeldum Turquestaniam*, *Maurenabariam* & *Cbrovarecniam* provincias Persæ adjecisse. Regnante vero *IVaceka*, 28 ex Califis, eos qui gentilium superstitioni in Persis adhuc dediti erant, a Mohammetanis gravi persecuzione afflictos, multosque eorum occisos. Trigesimo quinto ex Califis *Almato Hammed Bila* imperium tenente, quidam *Yacub Leis* a parvis initis progressus, primo Corasania deinde tota Persia potitus, ad ipsam Califam

Califam Bagdadi oppugnandum prosectorum est. Eo autem in iteris mortuo, frater ejus Califæ se submittit, administrationem provinciarum, quæ fratri paruerant, prœmii loco accipiens, mox vero ob crudelitatem dejectus, ultimoque occisus. Hujus tamen posteri sibi turbas dederunt in Persia, modo quasdam ejus Regni provincias sibi vendicantes, modo eas vicario nomine Califarum administrantes. Quos inter motus peculiare Regnum Maurenaharæ & Corasaniæ, cui etiam quædam Indiæ provinciæ junctæ erant, caput erexit, annuentibus quidem Califis, qui Regibus ejusdem contra rebelles ceteros utebantur. Quadragesimus tertius Califarum *Mofschy Abdela ab Abusaja*, cum filiis tribus, qui *Daulorum* nomen omnes tulerunt, rebellante, Bagdadi occisus est, Persiæque maximâ pars cum Bagdadensi Regno aliquot Principibus ex hac familia paruit. Quorum qui Bagdadum tenuerunt (nam in plures erant divisi) Califis non men inane Principum cum potestate aliqua in rebus ad religionem spectantibus reliquerunt, politicam cum regio titulo sibi met vindicarunt. Ceterum *Daulorum* familia ab anno Hegiræ 330 ad 487 in Persia floruit. Qua extincta potioris partis Persiæ imperium ad Califas rediit, præter aliquot provincias, quas minores quidem reguli inter hasce turbas ad se rapuerunt.

Omni tandem Persia Califas expulerunt imo ipsos futilerunt anno Hegiræ 655 Mugali sive Mogalenses Tartari, qui sub Rege suo *Chingis Rano* primum anno Hegiræ 620 Maurenahara in suam ditionem redacta, Persiam populati fuerant; mox Corasaniæ Reges in Indianam usque persecuti, Multaniam regnum ejusque caput urbem Lahor ceperant; sub *Oktay Kano* filio ejus totam Persiam & tandem sub nepote ejus *Ulabku Kano* Bagdadum ipsum occupaverant, in Syriam usque progressi, eamque imperio suo jungentes. Duravit illud, ab ipso *Ulabku* inter filios divisum, ad annum Hegiræ 736. Quo ipso extincta cum *Abusaydo*, ultimo ex his, stirpe eorum, provinciarum plerarumque gubernatores imperium sibi vindicarunt. Quibus tamen idem brevi eripuit Tamerlanes.

Hic ex familia Reges istos Mugalicos proxime contin-

gente aque ipso *Chinguis Kano* deducta ortus, cum Regis ultimi, qui ex Mugalica familia Maurenaharam tenuerat, dux fuisse, ipso sine liberis decedente, unanimi consensu ob fortitudinem Rex electus. In Persiam mox exercitu ducto omnia minora ejus regna cum Indiæ parte in ditionem suam rediget, progressusque in Syriam, Ægyptios & Turcas vicit, horumque Sultanum *Bajazethem* cepit. Regnavit usque ad annum 807 Hegiræ. Quartus ex filiis ejus *Mirzab Scharak* ei in majori parte regnum successit, ceteris provinciis aliis filiorum Tamerlanis attributis. Hujus filius *Ologh Beg*, ob Geographie & Mathefeos studiū celeberrimus, 39 annis vivo patre Maurenaharam administraverat, & duobus annis solus regnaverat, a filio rebelle Abdalatife occisus. Ceterum Regno Tamerlanis in plures partes inter posteros ejus diviso, borealiorum provinciarum Reges a *Kagbeko Kan Usbekensi* expulsi; maturius vero ab eodem ii, qui Maurenahare & Indiæ præfuerant, ex priori provincia ejecti: qui quidem in Indiam concedentes, posteritate ad nostra usque tempora producta, Regnum quiete ibi tenuerunt, magnique Mogoles apud nos audiunt.

Provincias vero occidentaliores mortuo statim Tamerlane Turcæ occuparunt. Binæ eorum fuerant familie, una autorem *Kara Iffufum* habens, vocata *Kara Kuyonlu*, id est, tribus nigræ ovis, ab insignibus, quibus utebatur; quæ ab anno circiter 810 Hegiræ ad 873 rerum potita, locum fecit alteri dictæ ab ove candida, quæ ipsa non nisi ad annum usq; 920 rerum sumam tenuit.

Nam *Scha Ismael*, intestinis horum Regum dissidiis in commodum suum conversis, provincias illas occidentaliores primo in suam ditionem rediget. Ortus erat ex familia Sofi, viri inter Persas sanctitate vite celebris, quæ in Trapezuntino regno occupando fundamenta majoris potentiaz jecisse dicitur. Nec contentus Ismael provinciis Turcis erexit, Mesopotamiam & Corasaniam imperio suo adjecit, cum *Selimo* vero Turca congregatus vincitur, nullis tamen provinciis amissis. Ab hoc itaq; Reges Persarum nunc imperium tenentes continua serie descendunt. Cum hujus vita finitur etiam historia Teixeiræ, cui inter-

interpres continuationem adjunxit, ad nostra usque tempora deductam.

Historiae Aranuzianæ versa & prosa oratione scriptæ Autor *Torunxa vel Turon Scha*, qui ab anno 447 ad 479 Regnum illud tenuit, genealogiam illorum Regum ab Adamo usque deducere non veretur. Ceterum in compendium eum redigens *Teixeira ostendit, Mabamedem Dramka*, quem a Regina Sabz, quæ ad Salomonem profecta esse in sacris dicitur, recta linea descendenter faciunt, primum vel sedium commodorum querendarum causa, vel hostes fugientem, in regiones Persico sinui assitas se contulisse, regiaunque ibi condita in continenti urbe *Harmozia* constituisse. A quo deinde ceteri Reges descendunt. Ditioni hujus regni, cum florentissimum esset, parebat terræ in continentí Persicæ, quæ se in longum secundum mare 70 leucas, in latum versus Mediterranea ad 28 leucas extendebant, una cum quibusdam locis in Arabia oppofita, Insulis Keys, & Babaren, pifcatura unionum celebri.

Erat æquale ei & contemporaneum aliud regnum, cuius caput ipsa illa Insula Keys, toto oriente celeberrimum & mercatura florentissimum, navibus in Indianum usque emis. Harmuziani undem superiores facti idem ditioni suæ subjecerunt. Ceterum circa annum Hegiræ 700 Turcz Persiam depopulantes ad hos fines cum accessissent, crebris incursionibus permoverunt Regem Harmozianum ad sedes mutandas. Primo ergo in Insulam *Querzomam*, deinde ex ea in aliam minorem, omni fere commoditate vita defitutam, quam a Rege Insulae Keys, illa tunc potente, precibus obtinuerat, populum traduxit, urbique conditæ nomen Hormoziz dedit. Tandem regnante *Seyfadino* anno Christi 1507 Lufitani ad hanc insulam appulsi, eam in potestatem suam redegerunt, Regibus nominis titulum relinquentes, omnem potestatem interim habente Praefecto Lusitanorum, ita ut Regi ne quidem sine ipsius venia insula egredi licet. His autem postea eandein esse a Persis eruptam, urbem solquatam, nemo est qui ignorat.

gente aque ipso *Chinguis*; *Kano* deducta ortus, cum Regis ultimi, qui ex Mugalica familia Maurenaharam tenuerat, dux suisset, ipso sine liberis decedente, unanimi consensu ob fortitudinem Rex electus. In Persiam mox exercitu ducto omnia minora ejus regna cum Indiæ parte inditionem suam redegit, progressusque in Syriam, Ægyptios & Turcas vicit, horumque Sultanum *Bajazethem* cepit. Regnavit usque ad annum 807 Hegiræ. Quartus ex filiis ejus *Mirzab Scharak* ei in majori parte regnum successit, ceteris provinciis alius filiorum Tamerlanis attributis. Hujus filius *Ologh Beg*, ob Geographie & Mathefeos studium celeberrimus, 39 annis vivo patre Maurenaharam administraverat, & duobus annis solus regnaverat, a filio rebelle Abdalatife occisus. Ceterum Regno Tamerlanis in plures partes inter posteros ejus diviso, borealiorum provinciarum Reges a *Kagbeko Kan* Usbekensi expulsi; maturius vero ab eodem ii, qui Maurenaharæ & Indiæ præfuerant, ex priori provincia ejecti: qui quidem in Indiam concedentes, posteritate ad nostra usque temporis producta, Regnum quiete ibi tenuerunt, magnique Mogoles apud nos audiuunt.

Provincias vero oecidentaliores mortuo statim Tamerlane Turcæ occuparunt. Binæ eorum fuerant familiz, una autorem *Kara Ifsufum* habens, vocata *Kara Kuyonlu*, id est, tribus nigrae ovis, ab insignibus, quibus utebatur; quæ ab anno circiter 810 Hegiræ ad 873 rerum potita, locum fecit alteri dictæ ab ove candida, quæ ipsa non nisi ad annum usq; 920 rerum fuitimam tenuit.

Nam *Scha Ismael*, intestinis horum Regum dissidiis in commodum suum conversis, provincias illas occidentaliores primo in suam ditionem redegit. Ortus erat ex familia Sofi, viri inter Persas sanctitate vite celebris, quæ in Trapezuntino regno occupando fundamenta majoris potentiaz jecisse dicitur. Nec contentus Ismael provinciis Turcis erexit, Mesopotamiam & Corasaniam imperio suo adjecit, cum *Selimo* vero Turca congressus vincitur, nullis tamen provinciis amissis. Ab hoc itaq; Reges Persarum nunc imperium tenentes continua serie descendunt. Cum hujus vita finitur etiam historia Teixeiræ, cui  
inter-

interprete continuationem adjunxit, ad nostra usque tempora deductam.

Historix Aruanianæ versa & prosa oratione scriptæ Autor *Torunx* vel *Turon Schæ*, qui ab anno 447 ad 479 Regnum illud tenuit, genealogiam illorum Regum ab Adamo usque deducere non veretur. Ceterum in compendium eum redigens Teixeira ostendit, *Mabamedem Dramku*, quæ a Regina Sabæ, quæ ad Salomonem profecta esse in sacris dicitur, recta linea descendenter faciunt, primum vel sedium commodorum querendarum causa, vel hostes fugientem, in regiones Persico sinui assitas se contulisse, regnumque ibi condita in continenti urbe *Harmozia* constituisse. A quo deinde ceteri Reges descendunt. Ditioni hujus regni, cum florentissimum esset, parebant terræ in continentis Persicæ, quæ se in longum secundum mare 70 leucas, in latum versus Mediterranea ad 28 leucas extendebant, una cum quibusdam locis in Arabia opposita, Insulis *Keys*, & *Babaren*, pescatura unionum celebri.

Erat et quale ei & contemporaneum aliud regnum, cuius caput ipsa illa Insula *Keys*, toto oriente celeberrimum & mercatura florentissimum, navibus in Indianam usque emissis. Harmuziani vnde superiores facti idem ditioni suæ subjecerunt. Ceterum circa annum Hegiræ 700 Turcæ Persiam depopulantes ad hos fines cum accessissent, crebris incursionibus per moverunt Regem Harmozianum ad sedes mutandas. Primo ergo in Insulam *Quicxomam*, deinde ex ea in aliam minorem, omni fere commoditate vita destitutam, quam a Rege Insulæ *Keys*, illa runc potente, precibus obtinuerat, populum traduxit, urbique conditæ nomen Hormoziz dedit. Tandem regnante *Seyfaddino* anno Christi 1507 Lusitanis ad hanc insulam appulsi, eam in potestatem suam redegerunt, Regibus normisi titulum relinquentes, omnem potestatem interim habente Praefecto Lusitanorum, ita ut Regi ne quidem sine ipsius venia insula egredi licet. His autem postea eandem esse a Persis creptam, urbem solazquatam, nemo est qui ignorat.

**DIALOGI PAULI MATHIÆ DORIAE, QUI  
bus respondetur ad Articulum quendam Dom. Autorum  
A. L. Lipsiensium, & ostenditur ars examinandi Demonstra-  
tiones Geometricas, & veri falsique cognitionem a Geome-  
tria Synthesica derivandi, qua occasione simul Al-  
gebra aliarumque methodorum recentium  
examen instituerit.**

Amstelodami, 1718, mense maio, 4.

Plag. 22 Tabb. 10.

**P**lacuit Illustrissimo hujus operis Autori ostendere, quam finititudinis & monstrosis contradictionibus plena sit Relatio Novæ ipsius Methodi Mesolabicæ, inserta Actorum Erud. A. 1717 p. 226: porro falsitatis convincere Algebraam methodosque infinite parvorum, in his Actis sèpius commendatas, & a Leibnitio loco ibidem citato a reliquis ita distinctas, ut Cavalerii Indivisibilia Geometria renascentis infantiam vocet. Hinc nati sunt Dialogi tres, quibuscum nostram methodi suæ relationem imprimi curavit; Amstelodami quidem, ut nuper Antverpiae. Hæc fere sunt, quæ ex præfatione Lectori communicari attinet. Quantum finem suum sit consequutus, alibi commodius inquirendi occasio erit. Jam summam videamus Dialogorum: collocutores ubique sunt Doria & Philotimus. Ii rem primo Dialogo sic agunt.

Collectores horum Actorum tam confuse loqui queruntur, ut non satis constet, utrum relatorum, an judicium nomine venire velint. In modo proponendi Relatores, postea facta objectiuncula *Cui addi poterat &c.* opponentes, ubique judices contentum loquentes fere videri, ut quando dicant *ut illi persuasum est.* Porro e verbis citatae Relationis deinde postquam methodum Indivisibilium satis laudavit &c. item; multumque ex methodis aliarum nationum &c. item; qua & bic & in sequentibus &c. patere, indignari ipsos Cavalerii a se methodum aliis fuisse antelatam; hac ira motos Dorianarum propositionum solam constructionem notare, cum de adversiorum obje-

objectionibus amplissime loquuntur. Ad illa vero loca ita respondet, Excerptorem, si prefationem legisset, deprehensum fuisse, præter Cavalerium etiam laudari Galileum, & ingeniosissimas vocari methodos Ultramontanas; & quanquam eas a rigore demonstrationis alienas dixerit, & simplici approximatione contentas, id tamen graviter ferri non debere; nam minem enim doctorum Ultramontanorum, quantum sibi constet, unquam voluisse, methodos infinite parvorum, differentia- lium & integralium, cum rigore demonstrationum vere Geometricarum, ut illarum Euclidis, æquiparari. Ceterum quid ipsi cum adverbiis Neapolitanis intercesserit, ignorare Collectores, neque se jam curare, acrioris sui in illos styli rationem reddere.

Hypothesin, quam nemo objectorum percepisse ipsi videbatur, narrata nobis fatentur, perinde ac constructio- nem paulo ante agnoscunt allatam, at loco demonstrationum, quarum facienda intentio erat, judicio finiri in se falso *Et hic quidem si quorundam talis est novitas ut &c.* Id judicium in se falso esse, & ne ab imperitis quidem harum rerum ob id sibi derogatum iri, cum judicium unius Monforti plus valeat circa novas inventiones, quam multorum; præterea contradicere si- bi Collectores Actorum, cum anno M DCC XVI in excerpto tractatus de Vita Civili ita loquuntur: *Debemus & eisdem ingenio- affimo Autori, qui Neapoli ingensi & Mathematicum scientia claus agit, librum alium vernaculum, Reflectioni intorno alla me- canica de' corpi insensibili, nec ita pridem ab amico accepimus, no- bilissimum problema, de inveniendis duabus & infinitis mediis proportionalibus inter duas datas, solvisse.* Incautam igitur esse studioque partium teneri hanc Academiam; idque porro patere ex artificio, quo Monfortianæ epistolæ mentionem facien- tes, dicant velut in transitu *Alia est sub finem operis &c. & quo dissimilarent responsionem Dotianam, ad objectionem Ariani, cuius tamen mentionem faciant Secunda objectio &c.* Monfor- tium fortasse adulatum Autori credere cum Ariano, qui idem in epistola, *Osservazioni su di una lettera del Signor Antonio Monforte scritta al Signor Paolo Mattia Doria, dixerit.*

X

Huic

Hinc satisfactum a Bonellio; ejusque rei indignitatem motos Doriani Veneti Autores, post factam honorificam inventionis Dorianae mentionem Tomo XVIII & XXIV, in sequente Tomo dicere, il Signor Monforte l' approva.

Nihil circa demonstrationes Dorianas mouuisse: verbis animi *Ex hic si quorundam &c.* directe novam methodum improbare, & afferendo objectiones adversariorum aperte pro ipsis loqui videri *Summa demonstrationis* *bac est CF, QL, BB* *Just cubi per constructionem;* si ergo *intermediarum ordinatarum* *cubi respectively non ad BL & LF terminantur, intra vel extra carent, quod sane certissimum est.* Se precise demonstrasse cubos ad BL, LF terminari: adversarios objicientes dicere, si ad ipsas non tarrantur, terminari intra vel extra, & Autores Actorum subjungere, applaudentes præclaræ hujc veritati, quod sane certissimum est. Posthac quando dicant *Cui addi poterat, differentias productarum ordinatarum extra vel intra BL & LF cubos terminantium posse decrescere, neque illa insommoda sequi, nisi supponatur differentiarum aequalitas, quod idem est, ac supponere id, quod probari oportebat,* innuere, opposentes potuisse adjungere ordinatarum unam alia semper posse esse minorem, nisi supponatur æqualitas &c. eoque ipsos non negare differentias cuborum posse esse æquales, sed supposuisse, Dorianam illud non demonstrasse: id autem injuria, cum progressionem Arithmeticam in cubis obtinere ostenderit propos. X Novæ Methodi, imo seorsim demonstraverit, terminari ad rectam, adeoque in progressione Arithmeticæ esse. Proprium denique prodere artificium Collectores *Qubus omnibus &c.* usque alii judicaverint, quo in antecedentibus novam inventionem suspectam reddere conati fuerint; nam hic aliorum judicio relinquere, an objectores hypothesin ejus sequuntur fuerint. Hic eos graviter reprehendit, quod pro re parva habent, in Geometricis hypothesin non sequi; et abusque positio diversis hypothesisbus (eo sensu quo duæ diversæ geneses ejusdem linearum venire possunt) ad diversa posse perveniri defendit, comparatione instituta cum diversis itineribus pilotarum. Tandem sateri ipsos, se novæ methodi examen non instituisse, verbis

*verbis, Quibus de cetero &c. & Qui horum omnium accuratius examen &c.*

Ceterum afferere ubique temerarie, evitare tamen ubique arguere erroris. Sic silentio fere præterire epistolam ad Salcicum, *Cum enim &c.* & ne ea quidem intellexisse videri, quæ solam narrationem respiciunt: retulisse enim Hyacinthum inter oppositores declaratos, cum ipse Doria pro incerto eum habeat, *Hyacinthi enim &c.* quæ in re ipsis fortasse evenire potuerit, quod Diarii Veneti autoribus, quos invida iniuncti deceperit epistola, circa eandem rem; vel cum adversariis Autoris fortasse ipsis convenisse, quod & p. 161 repetit. Atque hic Dialogus cum invectiva in malignam & tumultuosam relationem Lipsiensium explicit, qui contra illam ex instituto scripsus est. Jam Lector ad reliquos eadem patientia ne gravetur advertere, certoque persuasum habeat, nos prolixissima farragine formularum altercandi, quæ in hoc opere: occurrunt, ut in primi, ita in reliquorum enarratione, molestos ipsi haud futuros.

Negari autem non potest, hos Dialogos repetitionibus scatere pluribus, ut capitalia ratiocinia, multis præterea allotriis involuta, non sine tardio e reliquis extricentur. Secundo Dialogo explicatur, quam utilis sit Synthetica methodus naturæque conformis, quanto damno fint Algebra, & calcoli Analyticæ, quam falsæ & nocivæ fint omnes methodi novæ, præter unam Cavalierii. Et Geometriæ quidem Syntheticæ meditacionem ab ipso Geometriæ objecto abstractam fuppeditare ideam veri & falsi in genere: praxi deinde istius ratiocinii, quod in ipsa occurrit, acquiri habitum solvendi problemata. Unitatem enim essentiam veri esse, hancque conspicuam esse in Geometria Syllogismis suis a notioribus ad ignotiora per abstractiones intellectum continuo ducente, id est, eo ordine sua probante, qui naturali ratiocinio solus conformis est. Id ut clare ostendat, Geometriam Euclidis considerat, primo ratione ordinis, quem tenet in inventione & explicatione particularium propositionum, secundo ratione illius, quo compagem & catenam omnium necit, tertio ratione dispositionis materiarum per totum elementorum corpus occurrentium. Egregia porro reflexione

flexione ostendit, falsa etiam ratiocinia a vitiosis sensuum principiis circa ideas iucundi & gravis, utilis & damnosí, &c. axiomata condere falsa, & paralogismis suis ex uno in alterum delata eodem progreedi ordine, nec evadere falsa, quam in quantum aberrent ab illa unitate in qua consistat essentia veri. His fontibus solutionis uti visum est Celeberrimo Autori in discutiendis objectionibus modernorum contra Euclidem factis; quod a problemate elementa incepit, quod post figuras magis compositas de circulo tractando, ordinem materiarum confuderit; quod proportionem per seque multiplices definiverit; quod ante numeros de quantitate in genere scriperit; quod denique Synthesis Euclidea minus propria sit ad solvenda problemata, propterea quod in immenso numero propositionum de diversis materiis tractantium querendum sit, quo ad propositum est opus, indeque nascatur plurimum vagæ neque directæ ad scopum suum operæ. Ad hanc difficultatem respondet, numerum illum immensum ad per pauca reduci posse, reducendo ideas particulares ad unitatem, id est, ut Antor exemplo Euclidez Geometriz, cui hoc applicat, copiose ostendit, redigendo omnes materias in paucas classes, quæ ob oculos positæ in complexis ideis, facilem praebant viam ad inveniendum proprium fontem solutionis cuiusvis propositæ questionis. Hoc ipsum junctum exercitio, laborioso quidem sed eo utiliore, intellectum abunde formatum ad eruenda ignota, eo modo, quo erit ab Euclide, studium Geometriz ejus Metaphysicum, quale supra delineaverat, docuit. In hoc vere consistere illam artem, quam vocant inventricem scientiarum, ea omnia excolentem, quæ requiruntur ad inveniendum, & dijudicandum inventa aliorum. Menter enim exactam, ordinatam & distinctam, acrem, amplam, fortem, vivam & penetrantem, tandemque instinctu veluti quedam Enthusiasmī afflatam in inventoribus requiri. Quas omnes ingenii vires quomodo Geometria Synthetica exerceat & perficiat, enumerat sigillatum.

Jam quod ad Algebraam spectat, non tantum ratiocinatum analyticum minus naturale esse, quod ab ignotis incipiat, quamvis ingeniosissimum, sed & deductum ex ipso calculum in de-

in denominatione, & constructione defectuosum esse. Nam neque illi regulas esse generales, sed ipsa Synthesi adjuvari calculatorem oportere, neque huic curvas ab Euclide pro Geometricis adunissas adhiberi. In hanc rem iam in consideratione ordinis, quo utitur Euclides in particularibus, p. 26 sic scripsérat : „ Ubi notandum, non sine ratione Euclidem alias lineas magis compositas, (quam rectam & circulum) inter geometricas non admittere, cum perfectionem in se non contingant, quae a puncto ad punctum, vel cum dato intervallo non describuntur, quippe non simplicissimae ; unde nec in praxi per approximationem quicquam ipsarum natura suppeditatur, cum e contrario rectis & circulis, ut simplicissimis, nihil non continent effici per ipsorum naturam possit, quae saltem mens conciperet valet; neque, si in praxi minus satisfacere videntur, ab ipsis quam a sensuum nostrorum imperfectione potius repetenda sit causa. Ex eo itaque quod Euclides non nisi simplicissimas operationes postulavit, patet, ipsis propositum fuisse omisso mechanico exactum ratiocinium sequi. „ Hoc autem loco p. 61, 62, 63, 64 constructionis, ait, scopum esse simplicissimam effectuam, uti demonstrationis veri inventionem, nec sufficere, ut proprietates curvarum cognoscantur, quae describi non possit, alias enim in venum docuisse simplicissimas constructiones Euclides. Neque attinere quod aliter quædam problemata construi non possint : non enim ideo ejusmodi constructiones pro Geometricis venditandas, quibus simpliciores ignoramus, quod nec fecit Pappus nec Archimedes, quamvis nec ipsi unquam Curvarum numerum in infinitum multiplicaverint, ut faciunt moderni : ceterum se ostensurum nec Apollonii Curvas Geometricas esse, (quod econtra illas, deduxerit, ut ait p. 97 & 143, 178, 179) ostendisse autem problemata omnia rectis & circulo construi posse, idque in Methodo sua Nova. Itera p. 78 Archimedem ait & Pappum coactos fuisse curvis in constructionibus uti, cum aliter quomodo facerent non haberent perspectum. Sed non ideo pro Geometricis agnovisse. Porro p. 20, 91 Dialogo tertio, postquam idem repetiisset, addit, circulo nil cum Sectionibus Coni, multum autem cum recta communem intercedere.

cedere. Secretum illud Platonis reducendi problemata solida ad plana, de quo in Epinomide loquitur, aliud fortasse non esse ab autoris methodo nova, p. 94 contra Cartesium monet, pro foliocismo in Geometria habentem, confundere problematum ordines.

In universum autem, Algebraam speciosam ad vera particularia non descendere, quaque attingit, ea ex calculo, non ex ratiocinio nasci, p. 50, artemque esse inveniendi multas proprietates inutiles. Synthesin negligere: hinc Analystarum in fine suorum problematum decantatum illud, *satis tibi materia suppeditabit*. Facilem calculi praxin ubique preferendo ratiocinio naturali labefactare ingenii vires, p. 19, 20, 29, 48, 64, 66, singulasque quaz ad inveniendum requiruntur mentis qualitates corrumpere, prolixè enumerat, uti perfici Synthetica meditatione ostenderat in superioribus. Propterea non esse inventri-  
eem scientiarum.

Cum Algebra sit damnoſa, quaz ratiocinium naturale non sequitur, & calculo pratico ab illo avertit: facile patere, quid de methodis novis dicendum, quaz & calculo utantur, & ab omniſ rigidore ratiocinti alienæ sint. In his approximatio-  
nem obtinere, ut differentia a vero sit minor data quavis quantitate: idem repetit p. 122, 123, ubi novas methodos filias spurias Indivisibilium vocat. Quod si Geometricum dici debeat, fatidum etiam geometricè quadratum esse circulum. Hæcque sufficere ad probandum, differentialium integralium & infinite par-  
vorum methodos falsas esse. Contra methodum indivisibilium geometricam esse; propterea quod considerando figuræ repletæ lineis infinitis occasionem det inveniendi multas proprietates, quod ratiocinio naturali Euclidis, non calculo, utatur, quod ab Albio, Bullialdo, Scotenio, Barrovio, Torricellio, & Mathema-  
ticis fere omnibus, pro tali recepta sit.

Dialogo tertio leges exponit, quibus solis in Geometria disputanduan, cui accedit de nova methodo episodium, & con-  
fiderationes super illud. Leges examinandi propositiones deduci e considerationibus Metaphysicis Geometriæ Euclidæ supra explicatis, neque verendum, ut demonstrationes novarum inven-  
tionum

ciontur juxta normam illam examinari non possint. Male Actorum Collectores novitatem in demonstrationibus potius, quam constructionibus novæ methodi querere; & *novas satisque longas demonstrationes*; eoque ostendere, calculis deditos cognitionem veri & falsi amittere. His præmissis, juxta normam considerationum Euclideanarum, charactere veri & falsi in unitate posito, & explicata diversitate Theorematum & Problematum, binoque demonstrandi genere declarato; partes e quibus constat propositio quævis, conditionesque in ipsa requisitas enumerat, & juxta hæc requisita examen instituit primæ tertii elementorum. Quicquid in propositione Geometrica ab harum legum aliqua aberret, verbi gratia, si in constructione aliquid imperetur, quod circino & regula fieri non possit, id pro vero habendum non esse. Neque proinde Actorum Autores Theorema de terminatione cuborum ad rectas falsum declarare posse, quod ipsis ad curvam terminari videantur; sed examen instituere teneri, juxta regulas supra positas: neque illud examen effugere posse, nisi demonstrent duplicationem cubi, methodo problematis plani effectam, repugnare propositioni Euclideæ. Neque id consequi si ostendant descriptis quibuscumque curvis cubos ad rectam terminari non posse. Nam in utroque demonstrandi genere, tam positivo, quam negativo, conclusioni debere inesse unitatem: demonstrationem autem ope curvarum institutam contra locuni cuborum rectilineum, continere casus particulares infinitos, quos omnes examinare impossibile sit: & propterea unitatem huic demonstrationi non inesse, nec quicquam ex illa aliud sequi, quam per curves cubum duplicari non posse.

Ut autem propositi sui finem rectius consequatur hoc opere Celeberrimus Autor, praxim genuini examinis inventi Geometrici, exemplo Novæ Methodi suæ illustrat. Examinit enim primo singulas propositiones; deinde totius artificii ideam complexam format; objectionibus tandem contra Methodum novam factis alias addit, factoque examine, rejicit omnes, & Philotimum suum, occasione propositi problematici nova Methodo pendentis, graviter perstringit, quod convictioni-

cedere. Secretum illud Platonis reducendi problemata solida ad plana, de quo in Epinomide loquitur, aliud fortasse non esse ab autoris methodo nova, p. 94 contra Cartesium monet, pro folœcismo in Geometria habeat, confundere problematum ordines.

In universum autem, Algebraam speciosam ad vera particularia non descendere, quæque attingit, ea ex calculo, non ex ratiocinio nasci, p. 50, artemque esse inveniendi multas proprietates inutiles. Synthesin negligere: hinc Analystorum in fine suorum problematum decantatum illud, *satis tibi materia suppeditabit*. Facilem calculi praxis ubique preferendo ratiocinio naturali labefactare ingenii vires, p. 19, 20, 29, 48, 64, 66, singulasque quæ ad inveniendum requiruntur mentis qualitates corrumpere, prolixe enumerat, uti perfici Synthetica meditatione ostenderat in superioribus. Propterea non esse inventricem scientiarum.

Cum Algebra sit damnosa, quæ ratiocinium naturale non sequitur, & calculo pratico ab illo avertit: facile patere, quid de methodis novis dicendum, quæ & calculo utantur, & ab omnis rigore ratiocinti alienæ sint. In his approximacionem obtinere, ut differentia a vero sit minor data quavis quantitate: idem repetit p. 122, 123, ubi novas methodos filias spurias Indivisibilium vocat. Quod si Geometricum dici debeat, fatendum etiam geometrice quadratum esse circulum. Hæcque sufficere ad probandum, differentialium integralium & infinite parvorum methodos falsas esse. Contra methodum indivisibilium geometricam esse; propterea quod considerando figuræ repletas lineis infinitis occasionem det inveniendi multas proprietates, quod ratiocinio naturali Euclidis, non calculo, utatur, quod ab Albio, Bullialdo, Scotenio, Barrovio, Torricellio, & Mathematicis fere omnibus, protali recepta sit.

Dialogo tertio leges exponit, quibus solis in Geometria disputandum, cui accedit de nova methodo episodium, & considerationes super illud. Leges examinandi propositiones deduci e considerationibus Metaphysicis Geometriæ Euclideæ supra explicatis, neque verendum, ut demonstrationes novarum iventionum

tomur juxta normam illam examinari non possint. Male Actorum Collectores novitatem in demonstrationibus potius, quam constructionibus novæ methodi quererere; & *novas satisque longas demonstrationes*; eoque ostendere, calculis deditos cognitionem veri & falsi amittere. His præmissis, juxta normam considerationum Euclideanarum, charactere veri & falsi in unitate posito, & explicata diversitate Theorematum & Problematum, binoque demonstrandi genere declarato; partes e quibus constat propositio quævis, conditionesque in ipsa requifitas enumerat, & juxta hæc requisita examen instituit primæ tertii elementorum. Quicquid in propositione Geometrica ab harum legum aliqua aberret, verbi gratia, si in constructione aliquid imperetur, quod circino & regula fieri non possit, id pro vero habendum non esse. Neque proinde Actorum Autores Theorema de terminatione cuborum ad rectas falsum declarare posse, quod ipsis ad curvam terminari videantur; sed examen instituere teneri, juxta regulas supra positas: neque illud examen effugere posse, nisi demonstrent duplicationem cubi, methodo problematis plani effectam, repugnare propositioni Euclidez. Neque id consequi si ostendant descriptis quibuscumque curvis cubos ad rectam terminari non posse. Nam in utroque demonstrandi genere, tam positivo, quam negativo, conclusioni debere incelle unitatem: demonstrationem autem ope curvarum institutam contra locuni cuborum rectilineum, continere casus particulares infinitos, quos omnes examinare impossibile fit: & propterea unitatem huic demonstrationi non incelle, nec quicquam ex illa aliud sequi, quam per curvas cubum duplicari non posse.

Ut autem propositi sui finem rectius consequatur hoc opere Celeberrimus Anter, praxim genuini examinis inventi Geometrici, exemplo Novæ Methodi suæ illustrat. Examinit enim primo singulas propositiones; deinde totius artificii ideam complexam format; objectionibus tandem contra Methodum novam factis alias addit, factoque examine, rejicit omnes, & Philotimum suum, occasione propositi problematici *a nova Methodo* pendentis, graviter perstringit, quod convictioni-

ctionibus locum eo usque dare notit, ut methodi novæ præstantiam & utilitatem fateatur. Quo loco de vera doctrina, de veritatis libero amore, deque virtutibus reliquis differit, quibus animum formare expedit eos, qui Reipublicæ aliquando utiles esse volunt. In fine autem profitetur, se contra methodum suam præoccupatis amplius non responsurum; adeo rem in apri-  
co positam ratus.

In his memorabile est, quod pro artificio singulari fibi-  
que haud obscure ascribendo habeat expositionem numerorum  
per lineas: quod in responsione ad quandam formatam difficul-  
tatem p. 140, 141, 142 indivisibilia non habeat pro quantis  
evanescientibus seu ultimis, sed indivisibili distantia distare con-  
tentat: quod modo falsas proprietates conicarum sectionum,  
modo ob constantes proprietates eas geometricas tantum audi-  
re dicat, ut p. 179, quod p. 133 exprobret iis, qui methodum no-  
vum non probant, quod ad priam propositionem ubi parabolæ  
planæ rectilineum substituit nil fuerit objectum, & p. 144 fatea-  
tur tamen, se non determinasse prima propositione an parabola  
Galilaica sit rectilinea, an curva: quod denique p. 123 inter axi-  
omata ponat: *propositioni, quam aliquis demonstrasse se profi-  
cetur, deductionem ad absurdum opponi non posse, cum in Geome-  
tria due contradictione propositiones vera esse amba non pos-  
sint;* adeoque opponentem simul errorem notare debere, quem  
inesse paret in demonstratione istius propositionis &c. & tamen ab  
autoribus Actorum horum requirat, ut ostendant methodum  
suam repugnare propositioni Euclidez p. 93, & ejusmodi plura,  
quæ cuncta nudæ recensioni inferere longum esset.

### TRAITE DE LA DYSSENTERIE,

i. e.

*TRACTATUS DE DYSENTERIA, AUTO-  
RE M. MAUBEC, Doctore Medicinae & Facultatis Montis-  
pessulane Affiliore.*

Lutetiaz Pariforum, apnd Laurentium d' Houry, 1718, 12.  
Plag. 15 $\frac{1}{2}$ .

Tac-

**T**ardius ad nos pervenit liber iste, quod dolens; nova enim hæc ejus est editio, quam ut recenseremus, ideo dignam jucundavimus, quod novam pandit Medicinæ systema, cum observationibus Veterum & que ac Recentiorum inventis mire conveniens. Postquam enim Autor Clariss. in symptomata tam quæ dysenterie essentiam constituunt, quam quæ subinde eidem supervenire solent, inquisivit, eorumque genesis explicuit, causam morbi immediatam glareosam illam atque glutinosam materiam, cum secessibus prodeunt, constituit, cuius originem in sanguinis spissitudinem ideo non rejiciendam esse putat, quod hujus coagulatio & dissolutio perperam pro morborum causis venditetur; cui quidem opinioni Autor ipse hactenus subscriperat, numc vero meliora edocet, sanguinis corpus in plenisque morbis insors pronuntiat, culpam vero in particulares humores, eidem affusos, in primis viis plerumque alterationem nascens, rejicit. In hisce enim locis cruditates sœpe generantur, vel ob alimenta qualitatibus vitiatis praedita, vel ex vito fermentorum, liquoris gastrici puta, bilis, lucci pancreatici, & humoris intestinalis, vel ob nimiam ciborum copiam ingestam. Prout enim alimenta sunt aquæ, unctuosa, dulcia, amara, acris, salsa, iisdem se portibus imbuunt chylum; quicquid autem solventium actionem eludit, illud vel fundo stomachi, vel intestinis affigit, & in cruditates degenerat. Fermenta vero si minus fuerint activa, aut aqueis, sulphuratis, vel salis particulis referta, chylum vel non probe solvunt, vel iisdem qualitatibus inficiunt; & quoniam alimentis, in nimia copia ingestis, digerendis minus sufficiunt, cruditates necessario relinquunt. Ex hisce cruditatibus quedam mox per varia, quæ patrant, symptomata se produnt, & modo per vomitum, modo per secessus evacuantur; aliae vero coacervantur sensim, nec nisi post aliquod temporis intervallum se manifestant, ac non solum in ventriculo aut intestinis varios excitant tumultus, sed & cum chylo ad sanguinem properant, postquam a superingesto potu, menstruis naturalibus & fermentatione, per moram contracta, satis fuerunt dilutæ. Videndum itaque, quid in sanguine efficiat talis chylus crudus & indigestus. Ad illius igitur examen se accingens Autor ante omnia supponit,

mixtum

Cap. II.

2.

3.

4.

5.

mixtum eum constituere corpus, quod varios formaliter in se  
 coantinat humorcs, inter se invicem minus permiscibiles, adeo-  
 que non aptum, quod analyli chymicæ subjiciatur, quæ princi-  
 pia ejus potius confunderet, quam seorsim in apricum poneret.  
 Observandum potius injungit, ex quibus humoribus ille sit con-  
 flatus. Credit itaque, sanguinem compositum esse ex globar-  
 lis rotundis, lymphæ innatantibus, ex humoribus, qui ex ejus  
 sinu secernuntur, & ex chylo & potu, materiam proximam con-  
 stituente, qua omnes reparantur ejus particulæ. Fermentatio-  
 nis motui subjectam esse massam sanguineam, extra controver-  
 siam esse putat, ita tamen ut ea nec acidi cum alcali conflictui,  
 nec ulli humorum, qui ex sanguine in colatorio quodam sepa-  
 rantur, adscribi queat; existimat potius, secerni ex sanguine flu-  
 idum quoddam subtile sulphureum, seu oleum æthereum, in vio-  
 lenta fermentatione constitutum, a rubicunda ejusdem portione  
 continuo reparandum, quod & circulationis & fermentationis  
 & fluiditatis sanguinis, uno verbo, vite principium sit. Atque  
 hoc fluidum chylum pariter disponit, ut ex eo humores restitu-  
 queant, sive hæc reparatio fiat per propriam fermentationem, ut  
 bilis, sive per attritionem, ut lymphæ, sive per explicationem  
 suarum particularum a vinculis seri, ut urinæ & insensibilis trans-  
 spirationis, sive per particularum sulphurearum a caseofis &  
 serosis separationem, ut rubicundæ sanguinis portionis atque se-  
 minis. Quibus suppositis non arduum erit negotium explicare,  
 ut medicamenta in corpus nostrum operentur. Quanquam enim  
 omnia per vias chyli ad sanguinem deveniant, non tamen  
 omnibus indifferenter, sed solum iis admiscentur humoribus,  
 cum quibus analogiam quandam alunt. Quodsi enim ferme-  
 nationem promovent, in illis humoribus, quibuscum sunt unita,  
 horum quantitas augetur, hinc majori in copia per colatoria  
 sua trahuntur, & evacuantur. Sin nulli aut non sensibili fer-  
 mentationi subjaceant, humores nec in quantitate augmentur, nec  
 evacuantur, sed alterantur, id est, incrassantur, diluuntur, edul-  
 corantur, vel in acrimonia exaltantur. Cum quali vero humo-  
 re medicamentum aliquod analogiam foveat, ex factis & obser-  
 vationibus constat. Inde enim novimus, Sepnam purgare, Mer-  
 curium

Cap. 10.

curiam salivationem movere, & sic porro. Simili modo cruditates, ubi sufficienter dilutæ ad massam sanguineam pertingunt, non omnibus, sed iis solummodo, quibuscum illis convenientia quedam intervenit, admiscentur humoribus. Sic dysenteriam quod attinet, cruditates nulli alii junguntur fluido, quam quod in intestinis per glandulas seperari solet; quemadmodum autem hoc per totam massam sanguineam est diffusum, ita non totum, sed pars tantum ejus inficitur, reliqua naturalem servante crasim, hinc nec omnes intestinalorum glandulas, sed illæ solum, per quas portio ista fluidi infecti transcarrit, male afficiuntur.. Supponit itaque Autor, cruditates, quæ dysenteriam producant, esse refinatas atque manifeste fermentate; unde infert, eas humori intestinali junctas hujus copiam augere, atque evacuationem promovere; quoniam vero fermentando non dividuntur propter resinositatem, parti lymphæ fibrosæ se se implicare, atque superius dictam materiam glutinosam & glareosam producere; per cuius moram & rarefactionem intra glandulas, harum volumen undique distendi, inde vasa sanguinea compressa rumpi, intestinalumque portionem istam primum phlogofin, hinc inflammationem sustinerè. Ut de symptomatibus accidentalibus, deque diverso morbi eventu & prognosi, quæ singula Autor prolixè explicat, nunc nihil dicamus, ad curationem properamus, postquam monuimus, solidis argumentis eundem demonstrasse, atem medicinam exercendi non in sola cognitione medicamentorum multorum consistere, sed firmam prærequirere theoriam, nec minori, imo majori sedulitate opus esse ad illam quam hanc addiscendam. Indicatio itaque primaria, quam Autor vi suæ hypotheseos subministrat, in eo consistit, ut fermentum peregrinum destruatur, atque educatur, idque per eas vias, ad quas natura vergit, id est, per intestina. Purgans igitur est felicendum, quod cito, tuto & jucunde malo medeatitur; quale radicem Ipsecacuanhæ esse, observationes testantur. Duplici enim modo huic morbo adversatur ista, & evacuando, & fermentum dysentericum destruendo. Ex quo enim radix sanguinem est ingressa, cum nullo alio com-

II.—14.

15.

16.

17.

sudium init humore, quam cum intestinali, & sub fermentatione aucta & rarefactione serositati sanguinis implicata hanc copiosius ex glandulis expellit, sive glutinositas resolvitur, glandulae subsident, sanguinisque fluxus, remota causa comprimente, cessat. Sed nec in omni dysenteria convenit Ipecacuanha, sed in illa solum, quæ bonum præ se fert characterem, id est, quando sanguis exacte mixtus est cum materia glareosa, atque haec cum humiditate aquosa ejus acrimoniam temperante; quando fluidum dysenterium facile excoeruntur, colore inquit præ se fert albicanter; quando alii humores virides, porracei, ruginosi eidem non sunt permitti; quando ager sine febre, & quoad reliqua symptomata satis commode degit. Modum quod concernit propinandi radicem, aliaque medicamenta, quæ eidem vel combinari, vel substitui possunt, ea uberior ex ipso Autore intelligi poterunt.

## L' ODYSSEE D' HOMERE,

hoc est,

*ODYSSEA HOMERI, IN GALLICUM SERMONEM conversa notisque illustrata a DACERIA.*

*Tomi III.*

Amstelodami, sumtibus Societatis, 1717, 12 maj.  
adjectis multis Figuris &ncis.

Alph. 2 plag. I.

**Q**UAM aliquot jam annis exspectavimus avide, cuique perficiendæ prospera quæque apprecazi sumus doctissimæ Autori, cum Suppl. Tom. V Sect. X Iliadem Dacerianam recensentibus, Odysseam Homeri Gallicam nunc habemus in manibus, & quidem editionem ejus Batavicam, Parisicasq; vel ideo anteferendam, quod magno legentium consono annotaciones statim subjectas textui exhibet. Præmissa est Prefatio, 118 inplens paginas, qua natura carminis Epici expenditar, & ad intelligendas Homericorum carminum virtutes via sternitur. Libuit autem Autori, quatuor in parte hanc dividere disputa-

spitationem, quarum in *prima* originem exponit & naturam carminis Epici, & Aristotelis atque Horati regulas explicat, factaque earum applications ad recentiores fabularum Romanensium, quas vocant, scriptores & Poetas Epicos ostendit, fuisse huc artis Epicæ imperitissimos : in *secunda* diluit objectiones a Platone propositas aduersus imitationem Epicam : in *tertia* examinat, ac refellit Longini de *Odyssæa* judicium, qui scriperat, poema illud esse spiritus humilioris ac multas continere narrationes absurdas & aniles, adeoque ab Homero jam sens scriptum videri : in *quarta* denique maximorum virorum exhibet magnifica de *Odyssæa* judicia, contenditque, Homeri carmina continere philosophiam perfectissimam, ac generatim docet, fabulas poeticas magis idoneas esse ad excitandam in animis virtutem, quam Philosophiam simplicem ac severam. Lectoris in gratiam *primam* dissertationem, quæ carminis Epici virtutes persequitur, attentius perlustrabitur. Scilicet ( ita differit doctissima Daceria,) antiquissimis temporibus Poesis honori divino dicata, ( unde adhuc Hebreorum sacra cantica superfunt,) tandem inter paganos adhibita fuit non solum ad panegyricos, verum etiam ad carmina flagitiosissima. Ut igitur sapientes viri corruptissimum illud hominum genus revocarent ad mentem saniores, non usi sunt simplicibus ad virtutem cibhortationibus, quippe in tanta corruptione parum profecti, sed accommodantes sese genio seculi ipsi quoque usi sunt poesi, & hac via conati mortalibus inspirare cogitationes saniores. Id propositum fait, ut recte judicat Strabo, fabularum architecta, Elopœo, ceterisque. Nam fabulæ ad emendandos mores aptiores sunt, quam systemata moralia. Cum igitur hujusmodi Philosophicae fabulæ in usum iuridicorum venissent, Homerus his infestans vestigiis duo sua poemata concinnavit, quæ nihil aliud sunt, quam fabulæ diductiores, inventæ ad utilitatem mortaliæm. Vis igitur scire scopum Iliadis? Cum Gracia constaret pluribus Rebus publicis, saepè inter se discordibus, & hinc latus aperientibus hosti externo, in Iliade Homerus docere voluit, discordiam & ambitionem civitatibus esse exitialēm. Vis Odyssæa scire scopam? Principes illo anno deditissimi erant pere-

grinationibus, ac diurnior ipsorum absentia saepe in causa erat, ut domi multa acciderent incommoda. Avocaturus igitur Homerus principes ab hoc peregrinandi suosque cives multis periculis expонendi more, scripsit Odysseam. Carmen igitur Epicum nihil est aliud, quam fabula moralis, sub allegorica quadam personarum principum historia describente praecepta vivendi sapientissima. Potest quidem eadem & in prosa conscribi: sed versas addunt ei maiestatem quandam. Igitur a fabulis Æsopi, quas Phœdrus etiam veribus illigavit, carmen Epicum duntaxat ratione personarum differt, que in carmine Epico debent esse viri principes, sive, ut Horatius loquitur, carmen epicum complecti debet *res gestas Regumque Duxumque*. Id ut appareat lucidius, en ~~τηρεται ουκ ηλθε μου~~ inter Homeri atque Æsopi fabulas! Æsopus narrat, duos canes gregi ovium praefectos iniuriam inter se suscepisse: interea venisse lupum, multasque oves abstulisse: paulo post canes redintegrasse amicitiam, conjunctisque viribus fugato lupo oves praestitisse securas. Homerus in Iliade refert, discordiam esse coortam inter duos ejusdem exercitus duces, hinc hostem magna exercitu intulisse damna, tandem duces illos reconciliata gratia viribusque junctis communem hostem feliciter devicisse. Rursus Æsopus commemorat, pastorem quandam longius a grege suo digressum, locum fecisse lupis multas rapiendi oves: reducem tandem pastorem impedisse luporum rapinas, imo operam eos interemisse. Idem Homerus in Odyssea describit, sed fabula magnificentiore. Peregre, inquit, agebat Princeps quidam: quo temporis intervallo multæ domi discordie & calamitates nascebaatur. Tandem in patriam illa revertitur, iniuriasque occisis, omnia rursus redigit in statum optimum. Porro in carmine Epico una duntaxat exhiberi actio debet, notavitque Aristoteles errorem eorum Poetarum, qui carmine suo omnem Thesei historiam fuerant complexi. Est etiam inter virtutes Epici carminis, ut non sit nimis longum, sed ut uno die possit perlegi: quam legem servavit Homerus in Odyssea & Iliade, Virgilius in Aeneide. Cumque carmen epicum exhibeat fabulam moralē, hinc sequitur, in eo etiam Deum inducere oportere, ut discant lectores, esse providentiam Dei, eumque

que autorem esse & adjutorem bonorum conatum. Hac ipsa de causa Poetæ olim appellati sunt Theologi. Mores quoque ac sermones in carmine Epico debent esse verisimiles & probe coherentes : qua in re sumnum artificem se præbuit Homerus: Sermones vero personis tributi esse non solum elegantes debent, verum etiam sublimes. Fufius hæc singula persequitur eruditissima Daceria, & reliquas etiam carminis Epicæ leges duce Aristotele explicat, atque ad Homerum applicat. Hinc examini suo subjicit Calprenedii fabulam Romanensem, quæ titulum *Cassandre* gerit. Non quidem spernit ingenium ejus ac stylum, at simul ostendit, eum contra omnes leges Epicæ carminis peccasse, una excepta, quod introducat personas non plebejas, sed principes : idemque de ceteris fabulis Romanenibus observat, earumque natus & vitia notat accurate. Unde Romanensem fabulam ita definit : est fabula, excogitata ad corruptendos mores, vel saltim ad perdendum tempus lectoris per narrationem rerum falsarum, ubi tribuuntur heroibus ineptiaz & virtia maxima, non observato genio temporum locorumque, nec diversitate morum atque personarum. Idem est ejus judicium de Gallorum poematibus Epicis, quorum nullum non multis modis violare judicat leges carminis Epicæ, & exempli gratia commemorat Capellani *Puellam*.

Accedere jam deberemus ad notas Dacerianas, quæ partim morales sunt, partim Homerum docent omnes virtutes carminis Epicæ perfecte expressisse. Nonnullæ etiam sunt Philologæ. Sic prima slatin annotatione laudatur modestia Homeris Muñoz auxilium initio Odyssæ implorantis, simulque notantur Claudiiani & Statii invocations Thrasonicæ. Lubet exhibere notatu digniores notas, quas ultimo libro adjecit doctissima matrona. Initio diluit Aristarchi ratiunculas, quibus inductus ultimum hunc librum Homero abjudicare fuit ausus. Hinc doceat, Homerum statuisse, animam hominis post mortem superesse, tamque doctrinam putat desumtam ex Theologia Hebreorum & ex traditione. Observat etiam, cum hæc doctrina de immortalitate animæ dilucidius doceri coepit tempore Esdræ, hinc jam apparere, qui factum sit, ut Socrates circa illa tempora vivens tam perspicue illam doctrinam proponeret. Vestes Nympharum

p. 297.

pro-

310.

314

propterea ab Homero *immortales* vocari existimat, quod earum memoria sit immortalis futura per poemata Homeri. Contra Casaubonum, qui in Animadvers. ad Athenaei Lib. XII cap. XI scripsérat: *Neque Graci neque Romani habuerent in usu manuum segmenta, quibus etiam rustici bovide utuntur; ostendit, jam Homeri rivo ulum chirothecarum fuisse receptum, quippe qui Laertem, Ulyssis patrem, inducat chirothecas gestantem. Denique observat, Ulyssem nunquam ab Homero induci, nisi tanquam simulatorem ac dissimulatorem.*

316.

L' ART DE BATIR LES VAISSEAUX ET D' EN  
perfectionner la Construction &c.

hoc est,

*MARS EXTRUENDI NAVES ET EARUM CONSTRUCTIONEM*

*perficiendi &c. una cum Aplustris diversorum Statuum.*

Amstelodami, apud Davidein Mortier, 1719, 4.

Constat i Alph. 5 $\frac{1}{2}$  plag. 112 Tabb. xx. separatum  
excusis & 35 textui insertis.

**A**utor anonymous in prefatione fatetur, sibi primum animo sedisse versionem operis Batavi, quod ex Architecturæ nava- lis scriptoribus Batavis collectum in pretio habetur. Sed rem ag- gressus non in nuda versione acquievit, sed ex laudatis scriptori- bus multa hinc inde inseruit ac nova capita superaddidit, quæ in opere Batavo non habentur. Ex his scriptoribus in ipso titulo li- bri nominat *Witsenium, van Eyk & Alardum*. Operam dedit, ut adiquatam navis ideam ex opere haurire liceat: quem in fine non modo singulas partes, quotquot in tam operosa structura distingue re licet, accurate describat, ipsaque instrumenta ad fabri- cam necessaria adjiciat, verum etiam diserte exponat, quo ordi- ne singulæ continentur, & quot in extractionem sumitus fieri de- beant. Eadem industria de omni navium apparatu & sumtibus in eundem atque victum per annum in navi necessarium faciendis tractat. Atque adeo una exhibet, quæ ad navem in via gubernan- dam requiruntur. De navium aplustris sive signis in Tomo ope- ris secundo tractat, quorum ingentem numerum recenset, ita ut singulis urbibus propria & describat, & figuris scri- affabre incisis illustret.



(185) 36  
ACTORUM  
ERUDITORUM,

*Quæ Lipsie publicantur,*  
**SUPPLEMENTA.**

*Tom. VII Sect. V.*

---

**Theologisch-Historischer Bericht vom andern  
Evangelischen Jubel-Feste sc.**

h. e.

**ERN. SAL. CYPRIANI HILARIA EVANGELICA, sive Theologico-Historica Narratio de altero Jubileio Evangelico, una cum tribus libris auctorum monumentorumque eo pertinentium.**

Gothæ, impensis Mauriti Georgii Weidmanni, 1719, fol.  
Alph. 17 pl. 13 Fig. 2n. Tabb. 17.

**Q**UÆ memoriam restorationis sacrorum, divino MARTINI LUTHERI nostri consilio suscepimus atque adhuc mira felicitate conservamus, post alterius seculi decursum, more majorum celebrare haud quaquam dubitavit Lutherana Ecclesia, recti conscientia non revertitur, quid a se gestum hac occasione sit, literis mandare atque ad posteritatem transmittere, partim ut adversariis, quorum animos jubila nostra offenderunt, pia ac justa ea fuisse persuadeat, partim ut seros etiam nepotes ad praedicanda beneficia divina exemplo suo hortetur atque inflammet. Animum edendo huic operi appulit primum Bibliopola apud nos celebris, Maurit. Georg. Weidmannus, qui cum intelligeret, Virum laude nostra majorem, D. Sal. Ern. Cyprianum, sacri Senatus Ecclesiasticumque Serenissimi FRIDERICI II Ducis Saxo-

A a

Gothani

Gothani Consiliarium, jussu illius, quæ ad hoc negotium pertinent longe plurima magno studio collegisse, eum precibus iteratis compellavit, ut collecta in usus operis novi conferret non tantum, sed & ipse adornandi ejus curam susciperet. Res manifeste ad fidem posteritatis confirmandam gloriamque amplificandam divinam spectabat; id satis erat Viro celebrissimo, tametsi tot aliis negotiis circumfesso, ut partes has mandari sibi pateretur, quibus tanta cum laude est perfunctus, ut opus egregium, plausu maximo a pragmaticis hominibus & cordatioribus quibusque exceptum, Ecclesiaz nostraz ex animo gratulenuerit.

Sacrum id esse Serenissimo Duci Saxonæ FRIDERICO II Principi cum aliis laudibus, tum vero pietatis veræ literarumque gloria ita florenti temporibus nostris, ut nemo ei facile par, nedum superior ponit, Bibliopola jussit, cuius de-

**Præfat. §. I.** dicationem sequitur præfatio summe Reverendi Cypriani, qua lectores, ne judicium nisi lectis, quæ ipsi Jubilæi descriptioni præmittenda putavit, temere interponant, adhortatus, merito Lutheranos secularia sacra celebraffe evincit docetque, collecta a se FRIDERICI Serenissimi acta Jubilæi efflagitanti bibliopola eo potissimum consilio se permisisse, ut Ecclesia Lutherana paßim dispersa cœtus suos rectius cognoscat, precibus sibi & amore fraterno subveniat mutuo, &c., ad veritatem Christianam conservandam pariter ac provehendam arctius conjuncta, membrorum oppressorum majorem curam gerat. Viderat enim non tantum Jubilæi historiam, sed & alia, e quibus de præsenti, Ecclesiaz Lutheranæ statu in universum certiora hauriri possint, in hoc volumine lectores reperturos. Sibi autem hæc in lucem emittenti non magis quam Londorpio atque aliis, qui publica acta colligentes sua cuique defendenda reliquerunt, dicam scribi posse jam porro ostendit, postque alia nonnulla de ordine monumentorum, de Ecclesiis Lutheranis, quarum acta hic nulla deprehenduntur, de iis, qui illa transmiserunt, haudquaquam semper autoritate publica munitis, de edictis Principum ad res sacras pertinentibus, quæ accurate vindicat, quo sensu opus hoc *Hilaria* appellari, declarat. Utitur nein-pe voce

pe voce ea non sensu profano & scriptoribus gentilium familiari, sed communi illo, quo & Philippus Melanchthon eam in oratione *de origine & tempore Hilariorum* accepit, unde cavillari eam nemo sanæ mentis potest. Quod vero eorum, qui Pontificis Romani causam propugnant, nonnulli etiam ante, quam sacra secularia nostris Ecclesiis iudicata essent, scriptis ea virulentissimis sunt insectati, ne id illis impune cedat, consilium vir summe Reverendus cepit narrationem de origine *Papatus* premittendi, qua idoneorum fide testimoniorum nixus doceret, quo pacto Episcoporum Romanorum autoritas ad tantum per venerit fastigium, simulque ostenderet, quæ & quanta mala e *Papatus* ad principes redundant, & jura Imperatorum Romanorum adversus Pontificum arrogantiam tueretur. Ceterum ut facile intelligit, non defuturos, qui hæc impugnant, ita adversarios doctos modestosque haud aversatus, frivulos oblocutores, qui prætermis sibi scurrilia sectantur, inter quos referendi utique sunt, qui *Hilaria* nostra ante, quam appropinquassent, ludibriis frigidissimis exceperunt, genio suo irato relinquunt, neque horas bonas inutili certamine sibi perire patietur. Ipse causæ suæ confusus virorum cordatorum sententias de labore suo intrepida mente expectat, sibi ipsi tamen tribui jubet, non Ecclesiæ Evangelicæ, non Principi Serenissimo, cui consiliis opera que sua infervit, si quid forte exciderit, unde cujusquam existimationi periculum creari immerito possit. Quod ad Pontifices Romanos, euunque imprimis, qui Romanæ Ecclesiæ bode praefit, attinet, eum variis ornat laudibus & juxta cum amore, quo literatum studia prosequitur, mansuetudinem ejus & animum ab omni saevitia alienum prædicat, sed tamen se non posse facere ostendit, quin eum, pro vicario Christi se atque universæ Ecclesiæ Christianæ rectore venditantem, perque *constitutionem*: *Unigenitus* tot veritates proscribentem, divinas, una cum ceteris episcopis Romanis, qui eandem sibi dignitatem arrogarunt, inter infensissimos Christi hostes nutritet. Nemini autem, quo minus libere animi sensa expromere de Pontifice Romano liceat, prohibere posse, postremo probat, & quod vulgo afferunt contra Pontifices, si minus natalium, faltein ex-

§. III.

§. V.'

§. V.

ternæ dignitatis, quam gerint, ratione habita locum inter Principes haud infimum tenere, testimonio Bernhardi lib. II de considerat. cap. VI infirmat.

Præfationem index, qui totius operis ordinem exhibet, indicem autem *Narratio Theologico-Historica* sequitur, in qua industria sine, an judicii exquisiti vim, an denique candorem potissimum admireremur, non facile constituere nobiscum possumus. Divisa est in capita XXX quæ non invitis, ut speramus, lectoribus, ea tamen quæ instituto nostro propria est, brevitate perlastrabimus.

- Cap. I.** de naturali religione agit, ac potioria omnia complectitur, quæ ad revincendam atheorum stultiam pertinent. Ita autem rem exequitur Vir Summe Reverendus, ut, necessitate tractationis hujas ostensa monstret, atheos tanta ingenii judiciique vi minime pollere, ut principiis naturalibus si insistamus, æquo cum iis Marte pugnari haud possit, sed potius omnium mortalium esse stultissimos stupidiissimosque. Inter quos vel aperte vel clanculum nomen profiteri suum quis sanior paulo ausit? Invenere tamen affectas atque adhuc dum inveniunt, etiam inter eos, qui plus ceteris sapere sibi videntur, id quod tribuit Vir summe Reverendus arcanis quibusdam principiis, quibus ubique Athei impurissimo ore sectam suam venditant. Ea non exposita tantum, sed & accuratissime confutata hic reperient lectores, quos, imprimis si cura incredulis iis res sit, ut legant hæc atque expendant, etiam atque etiam hortamur. Ita erexit, quibus atheos nos impugnant, telis ipsos eos jam aggreditur Vir celeberrimus, absurdasque eorum de mundo sententias breviter quidem, sed tamen ita, ut nemo non intelligat, quam vanæ sint, convellit. Religio ei est agnitio & cultus Dei, quorum utrumque, prout vel ratione vel sacris literis nititur, religionem vel naturalem vel revelatam efficit. DEUS est ens perfectissimum origine carens, ceteris omnibus largiens originem, eademque conservans & gubernans, cuiusmodi existere rationes firmissimæ convincunt, ex quibus potiores easque ad captum omnium accommodatas vir summe Reverendus in medium profert mundique aeternitate rejecta naturam animæ ab omni materia secretam atque

que immortalem vindicat. Cap. II revelatam religionem, C. II. §. I. §. II  
 ejus necessitatem, difficultates discrimenque duplex sicut. Est  
 enim vel Judaica vel Christiana, quarum altera alteri fundamen-  
 tum præbet. Christiana nempe religio Judaica nititur, cuius  
 proinde præstantiam summe Reverendus Vir ex dogmatum,  
 quibus constat, natura, miraculis & prædictionibus eventu com-  
 probatis ostendit, tumque & Christianam religionem parum aut  
 nihil, *si ræ sicutæ species*, a Judaica diversam justissimis laudi-  
 bus extollit. Caput III proprius jam ad rem accedit, in quo  
 demonstrat Vir summus, quantum Pontifices Romani eorum  
 que affectæ Christianam religionem corruperint, idque  
 productis Pontificiorum verbis & sententiis de autoritate Scri-  
 pturæ sacræ, de lectione ejusdem, de cultu divino lingua ver-  
 acula obeundo, de traditionibus, de sacra cœna, de adoratio-  
 ne sanctorum, de justificatione, de bonis operibus, deque  
 peccato originis tam luculenter exponit, ut cœcutire eos de in-  
 dustria oporteat, qui gravissimos, quibus contaminata est Ro-  
 manæ religio, errores lectis his non perspiciant. Capite IV  
 modum gubernandi Ecclesiam, cuiusmodi Christus ac primi  
 credentium instituerunt, expendit Vir celeberrimus, observat-  
 que, rectoribus equidem Ecclesiam carere haud posse, sed re-  
 gendi potestatem quandam non Episcopos tantum, sed & plé-  
 bem Christianam habuisse eaque usam esse; Episcoporum no-  
 men commune olim omnibus Ecclesiæ fuisse doctoribus ac  
 plures saepè Episcopos unius Ecclesiæ clavum tenuisse. Neque  
 inficiatur tamen, Joannis Apostoli jam tempore fuisse cœtus  
 Christianos unius presulii, cui ceteri doctores paruerunt, cur-  
 æ commissos, quemadmodum & contra ostendit, alibi a plu-  
 ribus presbyteris Ecclesiam esse gubernatam. Huic regimi-  
 ni se vicinæ societas Christianæ, si minores essent, submisere,  
 cum Imperatores gentilium sacra profiterentur; quibus Christo  
 deinceps conciliatis Episcoporum in urbibus primariis auto-  
 ritas magis magisque confirmata est, tandem illi nihilominus  
 a plebe Christiana universa ad præscriptum Apostolorum lege-  
 bantur. Politæ huic Christianæ summe Reverendus Vir ca-  
 pite V hodiernum Pontificum Romanorum regimen opponit,

§. III.

Cap. III.

§. I. - IX.

Cap. IV.

§. L

§. II.

§. III.  
§. IV.

Cap. V.

id quod *Papatum* appellat, qua voce non Imperatorem Romanorum, Reges, Principes ac populos, qui Romanarum religioni nomen dederunt, earumque propugnant, designat, sed quod diximus, *regimen Ecclesiasticum Papale una cum erroribus ejus, abominationibus ac tyrannide, vi cuius jam olim Episcopi Romanie sensim sensimque, imprimis vero inde a temporibus Gregorii VII omnibus Christianis Principibus se superiores credidere, sibiique potestatem arrogerunt universalem Episcoporum judiciumque falli nesciorum, quibus Christianos omnes, in rebus ad fidem spectantibus, sine mora obtemperare, corumque decretis, ac legibus Ecclesiasticis, quicquid Imperator Romanorum, Reges Principesque ac domini contra nitantur, per omnem terrarum orbem stare ac promte morem gerere oporteat.* Hujusmodi *Papatum* ignorare primavam Ecclesiam, summe Reverendus Vir de-

- Cap. VI.** §. I. monstratus, capite VI evincit, Petrum non fuisse Papam, quam dignitatenn, si tum extitesser, Paulus vel eodem vel potiori sibi jure vindicare poterat, quem Petro etiam Pontifices Romanorum antiquiores praetulerunt, & Gregorius magnus totius Ecclesiae principatum obtinuisse docet, ut cetera, quae Pauli autoritatem in Ecclesia stabiliunt, testimonia taceamus. Post ulterius progreditur, ostenditque, & ante concilium Nicænum Episcoporum Romanorum autoritatem & aliquot postea seculis nullam fuisse, id quod cum primis ex-conciliarum decretis sine Pontificis ullius ope de rebus maximi momenti factis patet, quam ob causam & patres conciliarum literas ab Episcopis Romanis transmistas ad normam Scripturarum sacrae exegiunt, & concilium œcumenicum sextum nomen Pontificis Romani suo postposuit, quod ad exemplum concilii quarti factum esse Jo. Garnerius in dissertatione I ad librum diurnum Pontificum Romanorum monuit. Quibus enim in majorem ut lucem affundat summe Reverendus Vir rationem concilii Nicæni habendi ejusque canones diligenter expendit, ac deinde ad Constantinopolitanum alterum transit, & postremo Pontificis Romani autoritatem in dirimenda controversia Donatistarum non magni ponderis fuisse docet. Caput VII potestatem conciliarum indicendorum Romanis præfulibus eruptam, Im-
- §. II.**
- §. III.**
- §. IV.** V.
- §. VI.**
- §. VII.**
- §. VIII.**
- Cap. VII**

peratoribus Romanorum Christianis, Constantino M. potissimum & Valentiniano Marcianoque praeclare vindicat, ut qui disertis earn verbis, quemadmodum ostenditur, sibi adscripti sunt. Capite VIII, quam sibi arrogant Pontifices potestatem summam, infirmat Vir celeberrimus, qui postquam cunctos ordinem Ecclesiasticum professos magistratui civili subjectos esse demonstravit, idem de Episcopis Romanis affirmat, idque exemplis ex veteri historia Ecclesiastica petitis manifestum reddit. Sic Liberius Constantio, Damasus Valentiniano, Bonifacius & Eulalius Honorio, Gregorius magnus Mauritio, Vitalianus Constantii II, Agatho Constantino Pogonato, Constantinus Justiniano II, Leo III Carolo M ipso agnoscente Cl. Baluzio, cuius verba e notis ad Tomum II operum Agobardi hic producta legas, obsequium probarunt. Hinc sponte jam, quod e capite IX patet, intelligitur, Episcopos Romanos, quos parere Romanis Imperatoribus oportuit, ab iisdem confirmatos demum ad munia sua in Ecclesia obeunda auctoritatem accepisse. Namque prouti, praeter adducta jam, exemplis Odoacris, Theodorici & Athalrici, regum Ostrogothicorum, quantum Italize dominis in Episcopos Romanos licuerit, manifestum fit, ita Justinianus I, qui Italia recuperata Pelagium I confirmavit, ibi Imperatoribusque secuturis jus illud confirmandi rectissime asseruit. Ipsi deinceps Pontifices, nominatum Gregorius magnus, illud agnovere, quod temporibus Caroli M. Canonici Juris autoritate munitum atque a posteris eius, quin & ab Imperatoribus Saxonum gente prognatis, quibus id sanctio ne peculiari Juri Canonico distinct. LXIII cap. 23 inserta Leo VIII confirmavit, usu diurno firmatum est. Neque vero gratis Episcopos Romanos confirmavere Imperatores, sed argento pro navata opera transmisso, tamet' ii subinde benigniores summa illam non acceperunt, id quod breviter capite X summe Reverendus Vir demonstrat, qui sequenti XI summa in urbem Romam potestatem episcopis Romanis ab Imperatoribus haudquaque permissem docet: Donatio nempe Constantini M a doctissimo quoque, & ipsis aeo Pontificiis, hodie exploditur; tempora autem, quibus Carolus M. cum successo

§. I.

§. II.

Cap. VIII.

§. I.

§. II.

§. III. IV.

§. V. VI. VII.

VII.

§. IX. X.

Cap. IX.

§. I.

§. II.

§. III.

§. IV.

§. VI.

Cap. X. XI.

§. I.

§. II.

- successoribus rerum est potitus, neminem dubitare sinunt; cuinam Roma tum paruerit. Sed nec Imperatores Saxonum gente orti, si multum largiamur, praeter dominium utile, quod appellant, quidquam Episcopis Romanis concederunt. Neque affirmari potest, Imperatorum quenquam jure suo in urbem Romanam se prorsus exuere vel voluisse vel potuisse, quod nihilominus procedente tempore neglectum, ut fatendum est, repeti ac vindicari ab iisdem posse, prout ejus rei minas subinde jecerunt, nemo dubitaverit. Quodsi igitur salva adhuc Imperatoribus Romanis potestas in urbem Romanam, salva quoque est in Episcopos Romanos, qui diplomata sua numero annorum, quibus Imperatores regnavere, notantes, novam rationem praebent credendi, eorundem illos autoritatem agnovisse.
- C. XII. §. II. Agit ea de re capite XII summe Reverendus Vir, eademque §. III. IV. opera recentissimum Pontificis Historiæ scriptorem Franciscum Pagi, argumenti vim eludere conantem, refellit. Neque C. XIII. §. III. vero nihil præterea monenti trahit, quod capite XIII moneatur, antiquissimorum Pontificum nulla, Romanorum autem Imperatorum, eorum etiam, qui fero regnarat, pluriina Romæ cusa numismata reperiri. Namque inde pronum est colligere, antiquioribus temporibus non Pontificum sed Imperatorum Romanorum Romæ summam fuisse potestatem. Ut autem originem ejus, qua hodie Romani Pontifices se efferunt,
- Cap. XIV. autoritatis perspiciamus, certum sane, prout jam capite XIV demonstrat summe Reverendus Cyprianus, nascentem Ecclesiam ignorasse dominatum, quem Episcopi Romani jactant;
- §. I. certum, Episcopos illos, tametsi gratia atque autoritate in Ecclesia universa floentes, de Pontificatu maximo haudquaquam cogitasse. Quod tamen Ecclesiam urbis tantæ regebant, proedriam deinde obtinuerunt, sed minime jussu divino Christi;
- §. II. verum propter urbis Romæ dignitatem, neque ea proedria cum tanta Pontificum autoritate conjuncta erat, quantam hodie comminiscuntur. Neque enim Cyprianus religioni sibi duxit, arrogantium Stephani, Episcopi Romani, causas remotis e terris ad se evocantis, reprehendere, & Ecclesiarum Orientis Episcopi, Constantio Imperatore duce, palam autoritatem Roma-

Romanorum Episcoporum repudiārunt. Ut ea vero nihil minus sensim sensimque incrementa cepit, ita mirum quantum aucta est, cum Bonifacius a Phoca suminus vel universalis Episcopus crearetur, cuius inter successores Gregorius VII, quo arrogantiorem Episcopum Roma hanc vidit, ad summam eam fastigium perduxit. Neque vero autoritate contenti Romani Episcopi opes neglexere ac possessiones, quas longe maximas sibi pepererunt, quod quo pacto acciderit, caput XV. docet. Cap. XV. §. I.

Nempe primo donis cum privatorum hominum callide elicitis, tum Principum, quorum in Italia firmabant potentiam, quosque superstitionis opinionibus imbuebant, dein & sua ipsi industria creverunt. Neque enim dubium, quin, cum longe abessent Imperatores, sepe bella gererent, Italiāque parvi pendere viderentur, Pontifices occasione oblatā usi multa sibi eorum quā nunc tenent, nullo jure vindicarint. Plurimum opes eorum auxit nundinatio illa Romanæ cariæ, tot diplomata, indulgentias tot ingenti pretio vendentis. Quæ vero opulentia utrum commodorum plus Ecclesiæ an damnorum attulerit, ipsi Pontifici disceptant, ita ut optimi quique in posteriorem sententiam discedant. Sed, ut nihil eorum ignoremus, quæ Romanorum Pontificum autoritatem vel conservarunt, vel auxere inter Christianos, varias artes, quibus id consecuti sunt, summe Reverendus Vir capite XVI commemorat. Per Cap. XVI.  
tinet huc una cum definitione Ecclesiæ, cui Romanum Pontificem callide inferunt Petrus Canisius & Robertus Bellarminus, appellatio Papæ, omnibus quondam Episcopis communis, Romanò soli asserta, vicarii item successorisque Petri, universalis Episcopi, Episcoporum Episcopi, Apostolici, summi vel maximi Pontificis, sponsi Ecclesiæ, Deique in terris superbi tituli. Huc spectat doctrina quorundam, quædam peccata a nemine nisi Pontifice remitti posse & dirarum obnuntiatio, qua quotannis in *bulla*: *Cena Domini* feriuntur, qui spreta Pontificis autoritate ad concilium provocant. His accedit pallia Episcopis retens creatis transmittendi mos, jurandum fidelitatis, sive quod ab iisdem Episcopis, sive ab Imperatore, sive a quibuscumque sacrum ordinem professis, qui ad dignitates Academicas aspirant,

§. VII.

§. II. III.

§. IV.

§. V.

§. VI.

§. I.

§. II. \*

§. XXI.

§. XII.

§. XIII.

§. XIV. XV.

§. XVI.

- successoribus rerum est potitus, neminem dubitare sinunt; cuinam Roma tum paruerit. Sed nec Imperatores Saxonum gente orti, si multum largiamur, præter dominium utile, quod appellant, quidquam Episcopis Romanis conesserunt. Neque affirmari potest, Imperatorum quenquam jure suo in urbem Romanam se prorsus exuere vel voluisse vel potuisse, quod nihilominus procedente tempore neglectum, ut fatendum est, repeti ac vindicari ab iisdem posse, prout ejus rei minas subinde jecerunt, nemo dubitaverit. Quodsi igitur salva adhuc Imperatoribus Romanis potestas in urbem Romanam, salva quoque est in Episcopos Romanos, qui diplomata sua numero annorum, quibus Imperatores regnavere, notantes, novam rationem præbent credendi, eorundem illos autoritatem agnovisse.
- C. XII. §. II. Agit ea de re capite XII summe Reverendus Vir, eademque  
 §. III. IV. opera recentissimum Pontificis Historiæ scriptorem Franciscum Pagi, argumenti vim eludere conantem, refellit. Neque
- C. XIII. §. II. vero nihil præterea monenti trahit, quod capite XIII monetur, antiquissimorum Pontificum nulla, Romanorum autem Imperatorum, eorum etiam, qui sero regnarunt, pluriima Romæ cusa numisnata reperiri. Namque inde pronum est colligere, antiquioribus temporibus non Pontificum sed Imperatorum Romanorum Romæ summam fuisse potestatem. Ut autem originem ejus, qua hodie Romani Pontifices se efferunt,
- Cap. XIV. autoritatis perspiciamus, certum sane, prout jam capite XIV demonstrat summe Reverendus Cyprianus, nascentem Ecclesiam ignorasse dominatum, quem Episcopi Romani jactant;
- §. I. certum, Episcopos illos, tametsi gratia atque autoritate in Ecclesia universa florentes, de Pontificatu maximo haudquaquam cogitasse. Quod tamen Ecclesiam urbis tantæ regebant, proedriam deiude obtinuerunt, sed minime iussu divino Christi, verum propter urbis Romæ dignitatem, neque ea proedria cum tanta Pontificum autoritate conjuncta erat, quantum hodie comminiscuntur. Neque enim Cyprianus religioni sibi duxit, arrogantiā Stephani, Episcopi Romani, causas reniōtis e terris ad se evocantis, reprehendere, & Ecclesiarum Orientis Episcopi, Constantio Imperatore duces, palam autoritatem Roma-

Romanorum Episcoporum repudiarunt. Ut ea vero nihilominus sensim sensimque incrementa cepit, ita mirum quantum aucta est, cura Bonifacius a Phoca suminus vel universalis Episcopus crearetur, cuius inter successores Gregorius VII, quo arrogantiorem Episcopum Roma hanc vidit, ad summam eam fastigium perduxit. Neque vero autoritate contenti Romani Episcopi opes neglexere ac possessiones, quas longe maximas sibi pepererunt, quod quo pacto acciderit, caput XV. docet. Cap. XV. §. I.

Nempe primo donis cum privatorum hominum callide elicitis, tum Principum, quorum in Italia firmabant potentiam, quosque superstitionis opinionibus imbuebant, dein & sua ipsi industria creverunt. Neque enim dubium, quin, cum longe absent Imperatores, saepe bella gererent, Italiamque parvi pendere viderentur, Pontifices occasione oblatâ usi multa sibi eorum quae nunc tenent, nullo jure vindicarint. Plurimum opes eorum auxit nundinatio illa Romanæ cariz, tot diplomata, indulgentias tot ingenti pretio vendentis. Quæ vero opulenta utrum commodorum plus Ecclesiæ an damnorum attulerit, ipsi Pontificii disceptant, ita ut optimi quique in posteriorem sententiam discedant. Sed, ut nihil eorum ignoremus, quæ Romanorum Pontificum autoritatem vel conservarunt, vel auxere inter Christianos, varias artes, quibus id consecuti sunt, summe Reverendus Vir capite XVI commemorat. Per Cap. XVI.  
 tinet huc una cum definitione Ecclesiæ, cui Romanum Pontificem callide inferunt Petrus Canisius & Robertus Bellarminus, appellatio Papæ, omnibus quondam Episcopis communis, Romanò soli asserta, vicarii item successorisque Petri, universalis Episcopi, Episcoporum Episcopi, Apostolici, summi vel maximi Pontificis, sponsi Ecclesiæ, Deique in terris superbi tituli. Huc spectat doctrina quorundam, quædam peccata a nemine nisi Pontifice remitti posse & dirarum obnuntiatio, qua quotannis in *bulla*: *Cena Domini* feriuntur, qui spreta Pontificis autoritate ad concilium provocant. His accedit pallia Episcopis retens creatis transmittendi mos, jusjurandum fidelitatis, sive quod ab iisdem Episcopis, sive ab Imperatore, sive a quibuscumque Sacrum ordinem professis, qui ad dignitates Academicas aspirant,

§. VII.

Cap. XV. §. I.

§. II. III.

§. IV.

§. V.

§. VI.

§. I.

§. II. \*

§. XXI.

§. XII.

§. XIII.

§. XIV. XV.

§. XVI.

§. XVII. aspirant, exigunt, ordinum monasticorum, imprimis ejus, quem mendicantium appellant, institutum, congregatio de pro-

§. XIX. XIX pagaunda fide, collegium quæstorum fidei, quod *Inquisitionem*

§. XX. vocant, ac demum summa, quam Regibus finitimi atque im-

primis Principibus Italiz erga Imperatores Romanos inspirant,

invidia. His artibus stetit crevitque Papatus, cuius a Doctori-

bus Theologis Duacensis Academiz haud ita pridem editam

Cap. XVII. defensionem Vir celeberrimus capite XVII jam ulterius con-

§. I. II. futat. Præmissis nempe generalibus quibusdam, ut constet,

qua in re vel conveniat nobis cum Pontificiis vel non conveniat,

ipsa eorum argumenta perlustrat, quorum classes illi quatuor

constituant. Prima offert Scripturæ testimonia, notissima

nempe loca, a quibus vulgo malæ causæ adversarii præsidium

§. III. IV. V. petunt. Desumpta illa sunt ex Matth. XVI v. 18, 19, Lucæ

VI. VII. XXII v. 31, 32, Joh. XXI v. 15 sq. Ephes. IV v. 4, unde petitas

objectiones ita Vir summus labefactat, ut quid ad fulcidas eas

aferre possint Pontifici, non pateat. Altera jam argumento-

rum classis testimoniis Pontificum, tertia conciliorum decretis,

& quarta Patrum consensus nititur, ad quæ omnia concinnam

pariter ac solidam summe Reverendi Viri responsionem in libro

ipso, quam hoc loro contractam nimis, legi malumus. Con-

futata ita defensione Papatus ad eundem ultro impugnandum.

Cap. XVIII. capite XVIII Vir celeberrimus redit, ostenditque, nullum in eo-

§. I. II. certum salutis fundamentum reperiri. Pars enim Pontificiorum:

conciliis, pars Pontifici autoritatem erroris expertem tribunt;

§. III. præterea Pontifices ipsi electionem successorum suorum sancti-

enibus tot muniverunt, ut cum sacerdotii valorem ac veritatem

§. IV. omnem a Pontifice, capite scilicet Ecclesiæ, arcessant adversarii,

haud pateat, verusne sacerdos toto orbe terrarum reperiatur.

Cum autem saluti animarum periculum creat Papatus, tum so-

cietati civili magistratuiq; summo plurimum damnorum affert,

Cap. XIX. ut ex capite XIX intelligitur, quo demonstrat Vir summe Re-

§. I. II. verendum, Pontifices sibi in Principes quoscunq; ac terras eorum.

supremam arrogare potestatem, quo pacto Principum potentia-

in republica tota concidat oportet: porro eosdein ingenti Cle-

nicco-

ricorum, qui cælibes agunt, ac neque Principi parent, neque tributa conferunt, neque jurisdictionem agnoscunt civilem, multitodine terras obruere, ac denique in privatorum quorumcunque vitam, dignitatem ac bona involare, simul eos errorum in religione capitalium insinuaverint, h. e. hereticos pronunciarint. Inde efficit jam Principem Evangelicum salva prudentia civili *Papatus* nomina dare haud posse, & cum superiora, tum multa alia singularia, unde id clarissime evincit, velut in usum colligit. Capite XX docet, Pontifices ab aliquot re-

Cap. XX.

tro seculis Imperatores Romanos plurimis affecisse injuriis eorumque maiestatem more haudquaquam christiano labefactasse, qua in re a partium studio alienus, Azorii Lojolitæ verbis atque exemplis utitur. Sed quod antiquiora illa sunt, capite XXI recentiora subjunguntur Maximiliani I, Caroli V, quem ac eligerent Germaniæ proceres, suminopere allaboravit Leo X, ipsiusque ejus hostibus se junxit, Ferdinandi I, diris a Pontifice devoti, Maximiliani II & novissime Josephi. Hæc vero, ac superiora cum primis, ne minem dubitare siaunt, quin universus orbis Christianus summa reformanda Ecclesiæ in capite ac membris cupiditate postremis ante Lutherum seculis arserit. Perspicitur hoc ex capite XXII, quod testimonia conciliorum, Pisani I, Constantiensis, Basileensis Pisanique alterius de votis priorum, restorationem in sacris exposcentium, complectitur. Sed & illis ipsis temporibus, quibus cœpta est institui reformatio ac post paulo, sumini Pontifices atque Imperatores necessitatem ejus luculenter perspexerunt. Ex Pontificibus vir summe Reverendus capite XXIII provocat ad Hadrianum VI, Paulum III, simulque ad patres concilii Tridentini, qui conventum suorum initium facturi interrogabantur : *Placetne ad reformatum ordinem Ecclesiasticum & plebem Christianam concilium incobart*, responderuntque, *placet*; ex Imperatoribus Romanis ad Carolum V, Ferdinandum I, Maximilianum II, & eadem opera ad Principes Imperii, qui Maximiliano II rerum potiente vicerunt. Ne autem sine causa summi Principes novis rebus in Ecclesia studuisse videantur, capite XXIV provisum est, quod rationem Papæ religionis, prout Lutheri se

Cap. XXI  
§. II. III.  
§. IV.  
§. V.

Cap. XXII.  
§. II. III.  
IV. V.

Cap. XXIII.  
§. II. III. IV.

Cap. XXIV.

- tempore habuit, exponit. Summa tum sacrarum rerum obtinebat ignorantia, ipsis id adversariis ultro largientibus, neque ea magis plebs Christiana, quam ipsi Clerici laborabant, qui & hodie ex parte, in tanta quanvis literarum luce, scientiarum primas lineas ignorant ac vix legere accurate sciant oportet, quandoquidem Episcopus Metensis, Henricus Carolus du Cambout, anno post C. N. M DCC XIII, cum Rituale Metense ederet, accensus signa cunctis vocibus apposuit, veritus, ne sacrificuli alteram syllabam in vocibus *dignare*, vel *altare*, recitantes formulas sacras, corriperent. Pontifices porro, qui nihil non in sacris sibi arrogabant, pro auro argentoq; diploinata plumbis sigillis unita in Germaniam remittebant; sacerdotes onera haud ferenda imponebant plebi; Principibus interdictum Ecclesiasticum negotium subinde facebant. Quam fidei autem errores doctrinam Christianam obfessam tenuerint eo tempore, ipsis Pontificiis cordatiores fatentur & abunde ab aliis ostensum est. Inter eos locum haud postremum tenet opinio de indulgentiis, quas, ut e capite XXV appareat, absone prorsus & ita, ut vis meriti Christi haud parum immittatur, describunt adversarii, cum rectius longe vetera Pontificum ad parandam pecuniam instrumenta a Paulo Jovio appellantur. Eaque non modo abusus sed ne usus quidem in Ecclesia ferri potest, cum ipsis id fatentibus, qui eas propugnant, nec vola nec vestigium earum in sacris literis extet, ipsis autem Pontifices de earum fructu atque utilitate parum persuasi videantur. His ac familibus erroribus medicinam faustam reperit reformatio, cuius originem a Cap. XXVI. DEO repetendam esse, capite XXVI Vir summe Reverendus probat, cum ex natura doctrinarnm sanctissimarum & sacris literis omni ex parte consentientium, quas illa in lucem produxit, Cap. XXVII tum ex modo, quo institui coepit. Caput XXVII eandem a variis objectionibus, quibus eam Pontificiorum Doctores impugnant, vindicat. Obtendunt primo, propterea eam tam late manusse, quod Principibus facultatem bona sibi Ecclesiastica afferendi ditescendique obtulerit. Sed respondet Vir summe Reverendus, Luthero hoc tribui nullo modo posse, utpote id una cum ceteris Theologis Evangelicis sumunopere improbanti: Henricum

ricum VIII capitalem Lutheri doctrinæque ejus hostem, bona illa pari ratione abrogasse: si ea res tantum potuerit, mirum esse cur tot Principes atque ex ipsis Pontificibus nonnulli, maximo opum sibi comparandarum studio flagrantes, Evangelicam doctrinam facultatem eam præbentem repudiarint; non unam omniam bonorum Ecclesiasticorum inter Evangelicos Principes fortè fuisse; multa esse intacta relista, multa conversa ad usus pios; præterea ipsa Pontificiorum bona Ecclesiastica hodie vix Ecclesiastica videri; principes posse, quæ homines a Clericis decepti Ecclesiastico ordini legarint, si ea modum excedant, exemplo Valentiniani senioris abolere; idem in bona Ecclesiastica sibi licere Pontificios & putasse olim & hodie arbitrari; pecunia inde redacta religionem veram bonoque mores manifeste fulciri. Objiciunt porro, vehementiori atque impudenti scribendi genere, quod in reformatorem spiritu Dei instructum haud conveniat, Lutherum usum esse; præterea de vita ejus haud paucas, quibus offendantur pii animi narrationes circumferri. Addunt, in disceptatione quadam impurum ei genium suggestisse, ut missam aboleret, proin discipulum eum Diaboli esse: opera eum bona prorsus sustulisse; nulla eum potuisse miracula patrare, quibus a DEO se ad reformatam Ecclesiam missum probaret; reformationem ipsam armis propagnatam atque adeo humano vel potius diabolico consilio suscepit esse: Lutherum, merum sacerdotem, alios inaugurandi ad sacra ministeria facultate haudquam polluisse, ac proprie nullos nos sacerdotes, sed Laicos tantum, sacerdotum specimen mentientes, habere. Ad quæ omnia ita respondet Vir summe Reverendus, ut dexteritatem bonam causam defendendi non magis quam æquitatem illius cordatores magni facturos confidamus. Ceterum causam non esse, car adversarii reformationem tanto prosequantur odio, caput XXVIII convincit, Cap. XXIX quo plura eaque insignia, quæ Pontificii inde ceperunt, commoda ostenduntur. Postquam enim ignorantiae tenebras lux veritatis post longam noctem discussit, in Romana etiam Ecclesia versiones vernaculae sacerdotum literarum edi, cultus divini partes haud paucæ lingua vernacula peragi, elementa religio-

§. II.

§. III.

§. IV.

§. V.

§. VI.

§. VII.

§. VIII.

§. IX.

nis publice incompendio exponi, Scholasticæ Theologiz for-  
 §. V. VI des expurgari, mores ad tranquillitatem & obsequium Princi-  
 pi debitum formari, & studia denique literarum majori indu-  
 stria excoli ac perpoliri coperunt. Hujus igitur reformatio-  
 nis, quæ tot ipsis adversariis peperit utilitates, memoriam ut  
 soleanni post alterius seculi decursum more ac ratione celebra-  
 reinus, multa nobis suaserunt, quæ Vir summe Reverendus ca-  
 C. XXIX. & pite XXIX diligenter omnia collegit, quibus XXX capite ex-  
 XXX. cerpta quædam eorum, quæ Ratisbonæ de Jubilzo Lutherano  
 inter Protestantes Imperatoremque acta sunt, subjungit. Hæc  
 hactenus de Narratione Historico-Theologica; cuius loca quæ-  
 dams monumentis, ex parte lucem nunc primum aspicientibus,  
 appendicis loco vel confirmantur vel illustrantur. Notatu in-  
 ter illa cum prius digna est consultatio Holstenii, congregatio-  
 ni de propaganda fide oblata, qua ille pluribus docet, quibus-  
 nam sit artibus utendum, ut veriori in terris septentrionis reli-  
 gione abolita, postliminio Papæ restituatur.

Sequuntur ipsa jam Hilaria Evangelica, in tres divisa  
 partes, quarum summam tantum indicasse instituto nostro suffe-  
 cerit. Pars prima centum ac triginta constat capitibus, quibus  
 quo pacto Dania, Saxonia, cum qua Electori ac Regi Polono-  
 rum potentissimo, tum quæ Principibus cognatis sive Albertinæ  
 sive Ernestinæ gentis, Leucopetrensi, Martispurgensi, Schleu-  
 singensi, Vinariensi, Iseuacensi, Meinungeni, Gothano, Hild-  
 burghusanoque paret, terra Brandenburgeses, sive Electora-  
 les, sive Onoldsbacenses Culmbacensesque, porro & Brunsuiga-  
 Luneburgenses vel electorales vel principales, tractus Hallia  
 Darmstadiensis, Bada Durlacensis, Megapoli Swerinensis, Hol-  
 satia Pinnebergensis, Slevicensis, Plorenensis, Hædelia, principatus  
 Anhaltino Servestinus, Montis Belligardi Comitatus, Nassovia  
 cum Idsteinensis tum Ottweillerensis, Frisia ad orientem ver-  
 gens, comitatus Oettingensis, Waldeccensis, Schwarzeaburgo-  
 Sonderhusanus & Rudolfstadiensis, Solmenensis, Leininga Hard-  
 denburgensis & Westerburgensis, Ruthenus, cum qua antiqui-  
 or, tum qua juniori genti est subjectus, Ortenburgensis, Schoen-  
 burgensis, Stollbergensis, Wolffsteinensis, Hohenlohenensis,  
 Castel-

Castellensis, Erbacensis, Wertheimensis, Limburgensis, Schaumburgo Buckeburgensis, Pappenheimensis, Ranzovicensis, tractus Geburgensis & Steigerwaldensis, tum urbes, Wormatia, Spiræ, Francofurtum ad Moenum, Goslaria, Muhlhusa, Nordhusa, Tremonia, Friedberga, Gelnhusa, Ratisbona, Augusta Vindelicorum, Norimberga, Ulna, Eslinga, Reutlinga, Nordlinga, Rotenburgum, Hala Suevorum, Heilbrunna, Memminga, Linda-via, Biberacum, Ravensburgum, Suinfurtum, Campodupum, Winshemia, Isna, Leutkircha, Wimpina, Bopfinga, Gienga, Es-sendia, Quedlinburgum, Hervordia, Hamburgum, Effordia, Riedeselia, Lautersheimia, Sinalcaldia, cœtus nonnulli in Alsacia, Ungaria, Austria, Silegia, Suecia, Revalia & Riga, Polonia, Gedanum, Thoruniam, Marienburgum, Anglia, Belgium federatum, Geneva, Stada, secularia sacra peregerint, ostenditur, aliaque notatu digna subjiciuntur. Laudem inter cetera meretur Viri Cl. Jo. Christoph. Jussazii labor, qui omnia scripta, quæ quidem ad Jubilatum spectant, typis impressa & plurima etiam manuscripta, quorum haud sphenendus est numerus, fuso eorum indice confecto, literis confignavit.

Akera pars complectitur vel orationes vel programma-ta, quæ sunt I Oratio Severini Lintrupli, Theologiz & Eloquentiaz Professoris Hafnienis, II Programma Gryphiswaldense, III Programma Lipsiense, IV Programma Wittenber-gense, V Programma Theologorum Wittebergenium, VI Wernsdorfia Oratio, VII Programma Jenense, IIX Foerischii Oratio, IX Breithaupti Oratio cum programmate Academiz Halensis, X Programma Academiz Juliz, XI Programma Tu-bingense, XII Programma Giessense, XIII Kortholdi Oratio, XIV Programma Rostochiense, XV Schapeni Oratio, XVI Peterseni Oratio, XXI Programma Kilosiense, XIX Quadii Oratio, XX Heringii Oratio, XXI Programma Altorsfinæ Academiz, XXII Schwarzi carmen seculare, XXII Sartorii Oratio, XXIV Pro-gramma Tremoniensis. Partem hanc excipit index, qui ad po-tiores res hujus ac prius pariter partis lectores manuducit.

Pars tertia, quæ numismata secularia explicat, Viri clarissimi nobilissimique Christiani Schlegelii, Historiographi Saxo-

Saxonici, Secretarii & Antiquarii Gothani, curis ac diligentia debetur, ut qui ordinem Regnorum, Provinciarum, atque urbium securius delineationi ære factæ descriptionem luculentam subjicit.

TAB. II.

Fig. 1.

Ut exemplis res pateat, producemos numisma, quod summi Theologi Dresdensis ingenio acceptum esse referendum, ab hominibus fide dignis accepimus & ære descriptum hoc loco præente Clariss. Schlegelio illustrabimus. Est illud aureum quatuor fere unciarum Lutherumque fistit in suggestu sacerdotales vestes indutum, librum manu tenentem, designantemque verba aperta libri paginæ inscripta : VERBUM DOMINI MANET IN ÆTERNUM ex 1 Petr. I, 25. Inscriptiōnem simul & anni Jubilari indicium præbet nomen Lutheri nostri : MartinVs LVtherVs theoLogiæ DoCtor. Aversa exhibet Solem orientem, qui radios in speculum causticum verbis MARTINUS LÜTHERUS DOCTOR & indicio dicti Joh. I, v. 35 : Erat lux ardens, notatum, immittit, quos quidem radios qua focus cogit, Pauli verba 2. Cor. IV, 6 Spectantibus in intenti revocantur, qua autem dispersi latius denuo diffunduntur, anagramma ex nomine Lutheri resultans : CHRISTUS DAT LUMEN ORTU adscriptum est. Pone speculum causticum Witteberga fistitur. Inscriptio est : ÆTERNUM VERBO CHRISTI DECUS, cui subjecta inferius sunt verba : SECULARI EVANGELICO ALTERO. Huic addemus alterum ex Gothanis, quod Serenissimus FRIDERICUS ex auro pariter atque argento eudendum curavit. Aureum duodecim aureos vulgares, argenteum duos unciales pondere æquat. Exhibit altera numismatis facies Principis optimi protomen, cum epigraphe : FRIDERICUS II DUX SAXOGOTHANUS : altera candelam in candelabro ære impositam & verba in veteribus quoque numis obvia : LÆTITIA FUNDATA, atque infra : JUBIL. II EVANGELII M DCC XVII. Possemus plura subjcere sed nec lectores fatigandi nimis sunt, & instituti nostri ratio ad alia nos festinare jubet. Ceterum novimus, quædam non minus luḡ digna paulo serius transmissa suisse Bibliopolz, quæ altero Tomo, si fors ferat, servare coasstituit.

Fig. 2.




alterum ex Gothanis, quod Serenissimus FRIDERICUS ex auro pariter atque argento eudendum curavit. Aureum duodecim aureos vulgares, argenteum duos unciales pondere æquat. Exhibit altera numismatis facies Principis optimi protomen, cum epigraphe : FRIDERICUS II DUX SAXOGOTHANUS : altera candelam in candelabro ære impositam & verba in veteribus quoque numis obvia : LÆTITIA FUNDATA, atque infra : JUBIL. II EVANGELII M DCC XVII. Possemus plura subjcere sed nec lectores fatigandi nimis sunt, & instituti nostri ratio ad alia nos festinare jubet. Ceterum novimus, quædam non minus luḡ digna paulo serius transmissa suisse Bibliopolz, quæ altero Tomo, si fors ferat, servare coasstituit.

LET.

TAB. II

ad Suppl. T VII Sect

Fig. 1.





SUPPLEMENTA Tom. VII. Sect. V. 201  
LETTERA DEL SIGNOR D. PAOLO MAT-  
TIA DORIA,

i. e.

**PAULI MATTHIAE DORIAE AD HYACIN-**  
*thum a Christophoro epistola, in qua ostenditur, parabo-*  
*lam Apollonianam, quomodo cumque describatur, linea*  
*Geometricam non esse; atque adeo falsa esse, que de*  
*omnibus reliquis curvis tradi solent. Editio*  
*ab Autore revisa & aucta.*

Amstelodami, 1718, mense Nov.

Plag. 4 Tab. 1.

**D**oxicípio familiari mentibus vitio fieri queritur, ut plerique credant, cubum duplicari non posse, propterea, quod hactenus id præstiterit nemo; & ut nova Methodus Doriana, quæ per rectas illud fieri posse docet, rejiciatur, quod curva Apolloniana pro Geometricis passim habeantur. Imo non visa methodo sua, Leibnitium hominis sine examine aliquid temere afferentis exemplum dedisse, qui in epistola Neapoli circumferri solita dixerit: *Miror, quod de his quæstio instituta fuerit,* & Autores Actorum, eodem præjudicio de Curvarum natura deceptos, ne examine quidem dignam judicasse novam methodum: uni Mónfortio veritatem agnoscendi satis virum, & agnitam profitendi audaciam fuisse.

Hic post argumenta de ageometrisia curvarum Apollonii & Dialogis repetita, provocat ad eorum paginas 140, 143 ubi monstrarit, q̄ non fore quadratum binarii, si abscissarum radices terminentur ad parabolam Apollonianam: hoc autem loco dicit se ostensurum independenter a nova methodo, perq; solum Euclidem, Curvas illas Geometricas non esse. Qui hic examen propositionis XII. Libri I. Apollonii expectat, vel determinum paralogismum in demonstrationibus istius Geometræ, magnopere fallitur: nam ne examine quidem dignum judicavit, quod de sectionibus Coni Apollonius prodidit; adeo Autor facte ab Actorum Autoribus novæ ipsius methodo injuria vindictam ab Apollonio sumere videtur. Sit AYI para-

Cc

TAB. II. bola Apolloniana, quam *construitam supponit* Autor ex mente  
 Fig. 3. Galilei, in ipsaque sumatur AB (Fig. 3) æqualis parametro, &  
 $FI$  sit media inter  $AF=4$ , &  $AB=1$ ; eritque  $BC$  æqualis  $AB$ , &  
 Curva per A, C, I, puncta transibit. Jam nullam ait ordinatam;  
 quæ terminetur ad Curvam, verbi causa, nullam DY earum,  
 quæ inter BC & FI cadere possunt, medianam esse inter abscissam  
 respondentem AD, & parametrum AB. Sit enim AD media  
 inter AB & AF, & ducatur DY usque ad Curvam, jungantur  
 I, Y puncta, rectaque IY continuo producatur cum FA ad mu-  
 tuum concursum in Z: quo facto, sumatur tertia proportiona-  
 lis ad  $ZI$  &  $ZY$ , quæ erit vel  $ZX$  vel  $ZK$ . Primo casu patet, FI,  
 DY, VX, continuo proportionales fore, per constructionem, &  
 per Elementa Euclidis, cum iuxta Apollonium FI, DY, BC con-  
 tinuo proportionales prodeant. Secundum casum absurdum  
 involvere putat, si  $ZK$  tertiam ad  $ZI$  &  $ZY$  esse dixeris, atque sic  
 $AK$ , que æquatur ipsi BC, tertiam ad FI, DY; ostendetur hoc et-  
 iam conceperis, DY tamen non esse ratiocinem ipsius AD. Non at-  
 tendit Autor hunc modum enunciandi continere contradic-  
 tionem in terminis, ob AD medianam inter AB & AF atque  $FI=2$ ,  $BC$   
 $=1$  per ipsius constructionem; idem enim est, ac si dixisset, si  
 $AK$  est tertia ad FI, DY, ostendam DY non esse medianam inter FI &  
 AK; unde Autoris intentionem, & sequenti deductione ad ab-  
 surdum perspicientes, paulo ante diximus, eum absurdum se-  
 cundi casus ostendere velle. En, quomodo ostendat. Conne-  
 ctantur puncta I & C, rectaque IC producta in T, fiat TO me-  
 dia inter TB & TF; jam ducta OP, erunt per constr. FI, OP, BC,  
 proportionales: at per Apollonium & instantiam secundi casus  
 FI, DY & BC seu AK sunt proportionales, adeoque DY æquatur  
 OP, Totum Parti. Quodsi TO media inter TB & TF non esse  
 dicatur, sed quedam TL, sequetur ut ante L, æquari DY, si  
 Euclides non sit contrarius Apollonio: sin TD media esse di-  
 catur, æquabuntur D9, DY, quod certio fieri nequit: tandem  
 subjungit: Sed eme radem difficultate impeditum, que initio ir-  
 gebat, invenienda est in Triangulo TFI rectâ DY alia parallela  
 & æqualis, que per adversarium, uti DY, media inter BC & FI  
 esse posse; demissa enim TN normali, EN æquabitur ipsi DY;  
 unde

unde si  $TE$  sit media inter  $TB$  &  $TF$ , erit pariter  $EN$  seu  $DF$  me-  
dia inter  $BC$  &  $FL$ . *Huic difficultati satisfit dicendo, si utraque  
EN & DF radices ipsius  $AD$  esse dicantur, radices ad singula  
puncta recte  $BF$  confidentes, simul fore in Curva & in Triangu-  
lo: quo propter radices per Euclidem non caderent ad terminos  
abscissarum, quarum sunt radices, id quod contra Apollonium  
est; per Apollonium enim radices cadunt ad terminos suorum  
abscissarum, qua illorum radicum quadrata exponunt. Quam  
obrem si EN radix ipsius  $AD$  non cadit ad D punctum, Apolloni-  
us contradicit Euclidi.* Respondeo, si ea ratio esse posset elab-  
bendi, satius fuisse tam ab initio attulisse, neque opus erat tot  
ambagibus contineare reductionis, ad aliarum aliarumque me-  
diarum inventionem, quae difficultatem eandem relinquunt us-  
que ad finem. Ridere sibi proposuit Autor cum suo Hyacin-  
tho; nam absurdum non est radicem simul in Triangulo & in  
Curva esse, neque contrarius est Euclides Apollonio, cum hic  
ordinatas suarum in Curva, non in Triangulis, abscissarum ra-  
dices esse contendat; & per illum nil aliud efficiatur, quam ra-  
dices ad quadratorum suorum tanquam abscissarum extrema  
ordinari in Triangulo non posse. Confundit igitur Autor  
Triangulum cum Parabolâ, quanquam id adversarii potius fa-  
cere ipsi videantur.

Demonstrazione generali idem porro evicturus sic pro-  
cedit. *Lemna: si BF portio axis Parabolæ AB in partes infi-*  
*nitas divisa intelligatur inter se æquales, infinitæ radices ab-*  
*scissis super axe respondentes erunt in proportione Arithme-*  
*tica; & si infinitæ radices non sunt in Arithmetica propor-*  
*tionæ, infinitæ abscissæ non erunt quadrata respondentium infi-*  
*nitarum radicum. Constructio est ut in figura 3. Demonstra-*  
*tio: Abscissæ inde ab A sumuntur in Arithmetica progressio-*  
*ne, & per Apollonium eædem sunt ut quadrata respondentium*  
*ordinatarum ad Curvam terminatarum: Ergo etiam infinitæ*  
*radices seu ordinatz inter BC & FI interceptæ erunt in pro-*  
*gressione Arithmetica.*

Annon videt Autor, hanc ultimam conclusionem plane  
falsam esse, neque ex prioribus duabus aliud sequi, quam

Cic 2

ergo

ergo quadrata ordinatarum ad Parabolam Apollonianam sunt in progressione Arithmeticā; vel, quod est idem, ergo ordinatae ad Parabolam Apollonianam sunt ut radices seriei numerorum naturalium. Annon videt, se impingere in elementa, & progressionem Arithmeticā confundere cum Geometricā, inferendo: quadrata sunt ut numeri naturales, ergo & radices; quasi radices aliam progressionem suorum quadratorum servare possent quam Geometricā, & aliis sub conditionibus, quae ubi quadrata Geometricā progrediuntur: vid. 22. VI. *Elem.* Quae in eadem Demonstratione de differentiis quadratorum & radicum monet, ejusdem pretii sunt; non enim differentiarum tantum majoritas sed etiam aequalitas in radicibus, producit differentiarum majoritatem in quadratis, adeo ut falsa sint isthac Autoris ut *differentia quadratorum sunt aequales etiam differentias radicum aequales esse debere*: ad differentiarum vero differentias hic attendere plane præter scopum est. Propositio Lemmati subnexa est: *Applicata ad axem AF, que Curva terminantur, non sunt in progressione Arithmeticā, & idcirco non sunt radices abscissarum ab axe.* Demonstratio innititur Lemmati, de quo paulo ante est dictum. Corollarii loco subnectitur: terminari ergo radices ad rectam CI, & proinde Parabolam Curvam Geometricā non esse. Quae illatio iterum precaria est; suppositis enim demonstrationibus prioribus ut probis, Autori probandum erat, Parabolam Apollonianam ideo circino & regula construi non posse, quod ad ipsam radices non terminentur; probandum inquam illud erat Autori, non quod hæc definitio Lineæ Geometricæ proba fit, sed quod fit ipsius, eamque proinde sequi debeat, si ipse sibi constare velit. Ceterum fabricare ejusmodi definitiones reales, non præmissis nominalibus, contra leges bonæ methodi est. Liberum est strictique intelligere per vocem Lineæ Geometricæ, quod vult; sed ubi femeat, quid per illam intelligat, dixerit, liberum non est supponere, quod labet, pro ejus natura; atque eo magis vana deinde contradic̄tio est, supposita ejusmodi natura, neglecta omniā vocis explicazione, contendere, geometricum non esse, quod ab aliis pro tali habetur, nisi evincatur, eodem ab ipsis sensu acceptuā axiale definiri. Ut

Uti sperandum est, Autorem tandem aliquando suorum ratiociniorum valorem agniturum : sic in notando paralogismo demonstrationis paginis 99 ad quam hic provocat Author, breviores erimus, definitionem indivisibilis ab ipso p. 13 hujus epistolæ allatam, *quod inter punctum & punctum aliud non interpolatur*, comparandam ipsi relinquentes cum eo loco dictæ demonstrationis, ubi sic arguit: si DY est radix ipsius AD, duxa YN normali ad DY, erit & EN radix ejusdem AD, & sic progrediendo ad FI, radix per FI designata non erit communis Curvæ & Triangulo, sed sub FI cadet, contra hypothesis & constructionem, &c. & comperiet perpendicularares NY inde à Cad I ex indivisibili seu infinite parvo transire per finitum, & ad ipsum I punctum evadere denuo indivisibiles. Et ne forte instet, continuam hanc variationem ipsarum YN contra hypothesis esse, quia axem AF in partes æquales divisum supponit, observet, perpendicularares YN, cum DE, EL, ut indivisibilibus per totum axem spectatis, eadem non esse.

Jam facienda est mentio illius loci, quo dicit, Parabolam non posse describi per puncta determinata, neque in data Parabola radicum ad datas abscissas pertinentium longitudinem dari: errare, qui curvas per tria puncta describant, quod Euclides non nisi de Circulo postulaverit *dato centro & intervallo*: In Parabola ACI, (Fig. 4) in qua  $AB=BC=1$ , si centro B radio BA, quadrans AGC describatur, divisoque bisfariam recto ABC ducatur BG, & AC, non posse determinari punctum S radii BG per quod transitura Parabola sit, huicqne aliam similem difficultatem innevit. Cujus quidem postremi asserti falsitas facile ostenditur exhibita ipsa solutione hujus problematis, & quidem primo universaliori, ubi linea BM non angulum solum rotum ABC bifidare, sed quemvis alium angulum cum AB vel BC facere concipitur. In qua adeo si  $AB=BC$  sive parabolæ parameter vocetur  $=a$ , linea autem GM seu perpendicularis ex B in radius AB demissa  $=b$ , BS vero, seu intercepta inter centrum & eam quæ parallela ducitur dicta GM per N sive punctum parabolæ & linea BM communio idemque quæ situm  $=x$ , quia scilicet cognita ipsius SN quantitas nullo negotio innotescit; insituto

C. 3

TAB. II.  
Fig. 4.

tuto ratiocinio invenietur per theorema Pythagoricum GM, factaq; analogia MB : GM :: BN : SN dabitus SN, cuius quadratum cum facto ex parometro parabolæ in lineam AN, cui ex natura parabolæ æquari debet, comparatum producit hanc æquationem

$$z^2 + \frac{a^2 z}{b^2} - \frac{a^2}{b^2} = 0$$

$$-az + a^2$$

In ea vero si sumatur  $b = az \frac{1}{2}$  quod contingit cum angulus ABC bisecatur a linea BM, existet æquatio pro problemate illo particulariori secundo loco exhibendo

$$z = az \frac{1}{2} - \frac{1}{2}$$

Cujus præi constructio facilime habetur bisariam dividendo PB in R ducendoque RA, ab eaque auferendo ipsam BR vel RT, eo enim pacto ipsa TA erit illa quæ sita quantitas BS æqualis hoc casu lineæ SN & BN. Alteram difficultatem huic affinem Autor ipse pari facilitate sibi solvet. Ceterum mirum est ejusmodi hic scribi ab Autore, qui in omnium fere propositionum suarum hypothesi parabolam ex intentione Galilei descriptram supposuerat. Ignorare enim non poterat, Galileum bene ostendisse projectorum semitam parabolicam esse, qualis tamen esse nequit per demonstrationem Galilei, si radices abscissarum non terminentur in Curva; & parabolam e datis projectionis conditionibus construisse, adeoque dari & determinari ipsam quoad singula puncta demonstrasse, cum tamen ex Autoris theoriis sequatur projectum sub conditionibus datis in nulla parabolarum latum iri, nam puncta uniuscuiusque ipsi indeterminata sunt, nullaque proinde ratio est, cur in una potius, quam in altera feratur. Hzc de determinatione punctorum Parabolæ. Quod de descriptione ejus per puncta tria Autor habet, ad id sic habeat: primo, Euclidem nusquam postulasse descriptionem circuli per tria puncta, sed demonstrasse. Confundit certe descriptionem circuli, id est, postulatum tertium Euclidis, cum descriptione per tria puncta, quæ est prop. 3. IV. Eloc. Verba, dato centro & intervallo, ad illud, descriptio per tria puncta, ad hanc spectant. Deinde quis unquam Geometrarum Parabolam eo sensu per tria descripsit pun-

puncta, quo circulum Euclides? Per tria puncta Parabola describitur; sed & circulus per duo; uti hic per tria, sic Parabola per quinque determinari ad summum potest. Quod Euclides de Circulo docuit, non docuit de circulo solo, nisi quatenus numero ternario punctorum quorundam *ad summum* determinatur: si Autori compertum est ternarium simpliciter ad circumflexum restringere ostendat queso nobis, quomodo e descriptione per tria puncta (*simpliciter, non ad summum*) sequatur circuli natura.

Si quis ex me querat, quidnam Autori Geometrici, quidnam Mechanici nomine veniat, id haec tenus deprehendere non potuisse fatebor; tam enim super hac re variat, ut vix constet an ideo sectiones coni e Geometricarum numero excludat, quod de iis nil occurrat in libris Euclidis, quod videtur facere pluribus locis in Dialogis, & p. 29, 30, 31. hujus epistola: vel quod non habere ipsi videantur proprietates ab Apollonio ipsis assertas, qua ratione ipsum inferre supra est dictum; vel quod proprietates constantes omnino non habeant, quod dicit p. 27 sed nusquam probat: vel quod circino & regula non describantur p. 29. Quicquid sit, si Autor eo studio methodi, & veri amore, quem pra se fert, singula considerabit, certissimum est, ipsum deprehensum, præventionem quam modernis Mathematicis tam vehementer exprobaret, neminiis hac in materia esse, nisi ipsis, seque veterum Geometrarum autoritatem afferre volentem, re ipsa vim illis fecisse; neque Actorum horam collectores novæ methodo injuriam ullo modo fecisse; cuius quidem prolixum examen declinarunt consideratione Viri, de cuius meritâ circa alia ipsis constabat, cuius vero de Mathematicis profectibus fama tantum acceperant. Eandem ob causam, & quod nova Methodus ac Dialogi (per 28 pag. hujus epistolæ) quatenus ad illam afferendam facient, ex superintendit formal concidant, notum Societas Actorum publicari examen, quod Autor excerpti Novæ Methodi instituerat Dialogorum, sed suavit, ut sui tantum excerpti rationem modeste rediceret.

Quod tamen honore quies ob affectum suis opinionibus

bus trahatum Monsfortio, Hyacintho & Veneti Diarii autoribus defert, carere malint, quam aduersus veritatem quicquam admittere, aut animi sui sensa minus libere proponere, non solum praesentis epistolæ excerptum continuo examine, præter morem quidem facientes suum, interpolare, sed & alias quasdam amici, qui obiter excerpti hujus tenorem iuspergit, meditationes eidem jungere & re sua esse duxerunt, propter reliquias acerbas & veheinentissimas exprobrationes ejus non aliter affecti aut animati, quam si non dictæ scriptæ fuissent.

Miratur autem ille ingeniū humani naturam, quæ in errore detegendo vel facilissima aliquando negligere inedia deprehenditur, non secus ac si eundem adamaret, & consulto ac studiose in nebulis versari intenderet. Cujusquidem exemplum præbere Illustrem præcedentis epistolæ autorem salvis etiam honoribus, quos ob illustris prosapiaz dignitatem eidem libenter decernendos judicat, afferere non veretur.

Nam manifestum vel ex ipsa figura aliqua parabolæ & proportionalium linearum, quarum fit mentio in epistola, rite & Geometricè delineata, & sensibus ipsis obvium deprehendetur, nulla plane esse absurdæ & contradictiones quas illustris Autor sibi fingit. Cum enim, ut in superiori excerpto exponitur, dicat vel ZX vel ZK fore tertiam proportionalium ad ZI & ZY, ex descripta separatis figura hujus casus quam exhibemus Tab. II Fig. 5 apparetur, nullo modo dubitative enunciandum, aut ullam rationem esse cur quis suspicetur ZK fore illam tertiam proportionalem, aut AK tertiam ad FI & DY. Apparetur porro ratiocinum ejus, quo opponit sibi invicem illas duas propositiones, unam qua FI, DY, UX & alteram qua FI, DY, BC continue proportionales statuuntur, plane inancum esse & nihil concludere contra Apollonium ejusque assertas, ex quorum principiis UX & BC æquales habentur: cum ipsis scilicet, qui illud negat, aliud demonstrandum incubuisse & suæ negationis ratio fuisse reddenda. Nam quod una linearum nempe UX ad rectam, altera sive BC ad curvam terminatur (præcipue cum utraque ad diversum axis punctum applicetur) hoc non efficit inæqualitatem, contra vero non solum ex figura (quod sane

TAB. II. Fig. 5 apparetur, nullo modo dubitative enunciandum, aut ullam rationem esse cur quis suspicetur ZK fore illam tertiam proportionalem, aut AK tertiam ad FI & DY. Apparetur porro ratiocinum ejus, quo opponit sibi invicem illas duas propositiones, unam qua FI, DY, UX & alteram qua FI, DY, BC continue proportionales statuuntur, plane inancum esse & nihil concludere contra Apollonium ejusque assertas, ex quorum principiis UX & BC æquales habentur: cum ipsis scilicet, qui illud negat, aliud demonstrandum incubuisse & suæ negationis ratio fuisse reddenda. Nam quod una linearum nempe UX ad rectam, altera sive BC ad curvam terminatur (præcipue cum utraque ad diversum axis punctum applicetur) hoc non efficit inæqualitatem, contra vero non solum ex figura (quod sane

factum inservit argumentum, & ad illustrandam faltem aut dirigendam imaginationem commendari decet) sed ex solidissima demonstratione ipsis Autoris principiis inad dicatum constat easdem esse aequales. Nam cum ipse investigandum sibi suruat, quid sequatur, si cum Apollonio fiant  $AD = 2$  & per consequens  $DY = \sqrt{2}$  ducatur vero  $ZY$ , fiantque porro  $ZI, ZY, ZX$  proportionales continue, ratiocinationem faltem legitime prosequendo ducendoque IR parallelam ad DF deprehensurus fuisse esse  $IR : DF :: DY : DZ$ , itemque  $IR : DF :: IF : FZ$

$$2 - r_2 : 2 :: r_2 : \frac{2r_2}{2 - r_2} \quad 2r_2 : 2 :: 2 : \frac{4}{2 - r_2}$$

Unde cum velit esse  $ZI, ZY, &$  aliquam  $ZX$  in continua proportione, in qua etiam sunt  $ZF : ZD : ZV$

$$\frac{4}{2 - r_2} : \frac{2r_2}{2 - r_2} : \frac{2}{2 - r_2}$$

interque has ratio sit qualis est inter  $4 : 2r_2$  &  $2$ , five  $2, r_2$  &  $1$ , quæ est etiam inter  $IF, DY, VX$ , ipsæ vero  $IF & DY$  sint ut  $2 & r_2$  respective; consequi vidisset ipsam  $VX$  esse  $= 1$  adeoque  $= BC$ . Apparebit etiam  $AK$ , seu quæ à vertice parabolæ perpendicularis ad usque lineam  $ZI$  ducitur nullatenus esse  $= 1$  sed potius cum sit  $DF : IK :: ZA (= ZT - AF) : AK$

$$2 : 2r_2 :: \left( \frac{4}{2 - r_2} - 4 \right) : \frac{4\sqrt{2} - 4}{2 - r_2}$$

ipsam hanc  $AK$  esse  $\sqrt{2} - 2$  quantitatem unitate minorem.

Pariter etiam vel ex Tab. II Fig. 6 separatis exposita constabit, difficultatem alteram, qua pro absurdio venditat posse aliquam  $OP$  & simul ipsam  $DY$  esse medianam inter  $FI$  &  $BC$ , fivam ipsas  $FI, OP, BC$ , quam ipsas  $FI, DY, BC$  posse esse continue proportionales, ad eundem paralogismum recidere. Nam si sumatur, ut præcipit,  $T$  in concursu linearum  $AF$  &  $BI$ , ducta  $CS$  parallela cum axe, offeret se primo ob  $IS : BF :: FI : FT :: BC : BT$

$$1 : 3 :: 2 : 6 :: 1 : 3$$

esse  $FT = 6$  &  $BT = 3$ , adeoque si  $TP$  media inter  $IT$  &  $TC$ , vel  $OT$  media inter  $TF$  &  $TB$  capiatur, existet  $OT = r_{18} =$

Dd

TAB. II.

Fig. 6.

$2\sqrt{3}$  & per consequens cum in eadem proportione ac  $TF : OT :$   
 $TB$  sive  $6 : 3\sqrt{2} : 3$  vel  $2 : \sqrt{2} : 1$  sint etiam  $IF, OP, CB$  quarum  
 $IF = 2$  &  $CB = 1$  constat  $OP$  esse  $= \sqrt{2}$  aequalis adeo  $DY$  Apol-  
lonii, nequaquam vero ejusdem  $DY$  partem. Unde etiam  
consequitur, illam suppositionem alteram, qua  $TL$  vel alia  
quædam statuitur media inter  $TB$  &  $TF$ , nec allegandam ab  
Autore nec refutandam fuisse. Nec sane Euclidem Apollo-  
nio ullatenus cominiti aut opponi posse, cum ex determina-  
tione illa linearum  $UX$  &  $OP$  ex Elementis Euclidis exhibita-  
lineas, illas applicari ad  $V$  & ad  $O$ , ternariaque ad rectas  $ZI$ ,  
 $TI$ , nec Apollonium afferere, quod semiordinatae ad curvam  
suam terminatae ad eadem axis puncta  $U$  &  $O$  sed alia applicen-  
tur, jam monitum sit.

*AD DIALOGOS DOMINI DORIAE ANIM-  
adversa quædam, in quibus ratio redditur Excerpti  
Methodi Dorianæ, inserti Adis Anno 1717  
Mense Mayo.*

**T**ertiū nunc agitur annus ex quo transmissam mihi no-  
vam methodum legi, & ejus excerptum ad triplicem  
cumprimitis scopula adornavi. Primum curæ mihi fuit  
ideam formare inventi, ut lectoribus constaret, quid Au-  
tor & quomodo efficieret: deinde ut valor demonstratio-  
num ejus non tam per excerpentem, quam per adver-  
sarios Italos innotesceret: & idcirco mentio facta est demon-  
strationis propositionis quinta autoris, & objectionum Ariani  
& Galizii. Tertio schedam ex Italia missam, qua ratione  
Autor in inventum suum inciderit, narrantem, in compendio  
exhibui. Ab illo tempore nihil de Invento Domini Doriae  
audivi, usque ad redditum meum in Germaniam, interiectis duo-  
bus fere annis, Dialogos ejus non sine admiratione mea  
vidi & legi. Ibi enim postquam autores horum actorum in-  
digna ratione traduxerat, literam apposuit, quicquid in nova me-  
thode occurrit, immisit passim gravissimis sermonibus me-  
thodiciis; cum methodi tamen nihil quidem plerique de-  
monstraciones ejus habeant; uti imprimis patet ex illa, que le-  
gitur

gitur sub initium superioris epistola. Iis in Dialogis cum multa possint notari; non visum est tamen quicquam dicere, præterquam quod spectat ad accusationes multiplices, quæ contra Novæ methodi excerptum profert Autor, propterea quod sit contra institutum Actorum, rem in prolixam disputationem trahi.

Principio non est, quod queratur de confusa ratione istius excerpti: nam si illud attente consideraverit, triplici capite supra memorato, quicquid in eo dictum, contineri deprehendet. Et primum quidem ab initio usque ad verba: *E hoc modo progrediendo in infinitum constructio eadem &c.* mera relatione absolvitur: alterum inde ad verba: *alii judicaverint,* præter relationem nou objectiunculam, sed *notam* ad objectiones adversariorum contineat: tertium inde usque ad: *Ceterum quæ propositionibus subjungitur epistola,* relatio mera iterum est. Ex verbis: *ut illi persuasum est,* contemptum elicit Autoris Philotinus Dialogista, et sequentibus; *deinde postquam methodum indivisibilium satis laudavit, & multumque ex methodis aliarum nationum,* item, *que hic E in sequentibus &c. &c.* iram in ipsum conceptam concludit,

Enimvero Dominum Dorianam persuasum esse suæ inventionis idem ostendunt, & nova methodus, & Dialogi, ut in horum etiam præfatione jambos iis canat parum urbano, qui cum ipso in futurum non facient. Quomodo ergo aliter dici poterat, de re cuius ipse persuasus est, quam, *ut ipse persuasum est;* ut nobis persuasum est certe non poterat salva veritate dici. At quod Philotimus addat, *quasi dir volessero, che voi solo siete persuaso,* *E non a ragione delle vostre cose, con termini discreti vuol dire visionario;* id forte ideo fecit, ut πρέπειον sui characteris per hos dialogos ubique servet, id est, præcipiti ratione inferat. Sin ratione de aliqua re persuasum esse, errorem facit, sed error non idem visionarii est: nisi forte dicere eo Philotimus velit, Dominum Dorianam errare non posse, quam diu suæ mentis sit compos, id est, quam diu visionarius non sit. Quomodo autem iram nostram Dominus Doria ex eo concludet, quod sententiam ejus de Cavallerii & nova nostratiuni Analysis

retulerim, & quod notaverim stylum ejus acriorem? utrques res facti est, nec Actor diffitetur. Ipsi id facile capimus, freri potuisse, ut Dominus Autor de re sibi ignota minus bene sentiret, neque ideo ipsi vel alij cuicunque irascemur; item, ut ipsi tam vehemens certamen intercesserit cum Neapolitanis adversariis, quod bilem ipsi, quæ est imbecillitas humana, movere potuerit; atque hoc eo magis credimus, quo videmus acerbius commotum Autorem excerpto nostro nil nisi facta recensente. Cum vero de existentia duplicitis hujus casus, non nisi per Dialogos certior redditus fuerim, malui in excerpto Novæ methodi primum nude referre, & secundi causam rejicere in flores stylī, quam divinare aliam mihi ignotam. Quantumvis vero Geometria certo respectu *materia da coturno* dici possit, omnes tamen facile puto convenire, satis in Geometria mentem elevari, si a sensibus ita abstrahatur, ut puram illam veritatum catenam paralogismis non maculet. In hoc consistit cothurnus Euclidis & Archimedis, neque vel hi vel ullus veterum aut recentiorum mathematicorum floridas phrases alias que imaginationis phaleras ad inventa sua attulerunt, vel jambos aut inventivas in dissentientes cecinerunt.

Ex supposita ira nostra ob spretas modernorum methodos, facti rationem sic reddit: se ingeniosissimas appellasse methodos Ultramontanas, & quanquam a rigore demonstrationis alienas dixerit, & simplici approximatione contentas, id tamen graviter ferri non debere; neminem enim doctorum Ultramontanorum quantum sibi constet, unquam voluisse, methodos infinite parvorum, differentialium & integralium, cum rigore demonstrationum vere Geometricarum, ut illarum Euclidis, æquiparari. Jam primo quid attinet methodum ingeniosam esse, quæ erronea est; secundo scire pervelim, an Autori constet methodos Ultramontanas consistere in meritis approximationibus: approximationes certe methodorum nostrarum nulla habet præter methodum æquationum infinitarum seu serierum, cuius expressiones certis quantitatibus natura sua convenient, cum numero finito neq; rationali neq; surdo exprimi queant: ubi autem ab integralibus descenditur ad differentialia, nil nisi exactam

etum habetur. Ut naturæ quantitatuum conforme est, quasdam furdas esse, ita eadem quantorum natura requirit, quorundam valorem expressione infinita notari, quod e doctrina compositionis rationum & Logarithmorum, qui illarum sunt exponentes, manifestum est. Et si de Geometria infinitorum questio est, quisnam dixit Autori, neminem Ultramontanorum hujus Theoremata pro tam geometricis habere, quam Elementa Euclidis. Inter omnes in genere loquendo, qui sunt apud nos, & in Gallia, & in Magna Britannia, convenit, ea tam legitima esse, quam methodum demonstrandi veterum, quod area circuli æquatur dimidio contenti sub radio & peripheria ejus. Et si qui sunt, quibus Analyfis infinitorum non arridet, quam non intelligunt, num iis magis moveri quis debet, quam movebantur Cavalleriani contradictionibus Tacqueti, indivisibilia ut Diabolos paventis, ut ait alicubi Stephanus de Angelis, insignis Geometra. Quomodo vero approximationem Autor vocet ubi differentia a quæsito minor est quavis data quantitate, quod p. 122, 123 & alibi facit, difficile captu est: nam polygonum continua laterum bisectione circulo inscriptum ultimo ipse evadere æquale exacte, etiam veterum doctrinæ conforme est.

Quod autem Autori falsum esse videatur & temere assertum, quedam ita nova esse posse, ut tuto quis eorum examini possit supersedere, quemadmodum in excerpto expressi, (quod idem est ac illud Leibnitii, in epistola ad amicum Neapolitanum, de qua conqueritur Autor in Imperiore sua ad Hyacinthum, *miror quod de his questio instituta fuerit;*) illud merite suo mirum videri debet. Nam, quæ vel axiomati vel propositioni demonstratæ contradicunt, eorum profecto ulteriori examini supersedere quis tuto potest. Ejusmodi est inventum Autoris: axiomati contradicit, dum assertit æquedifferentium 1, 2, 3, 4, &c. terminis singulis per inæquales quantitates divisis, quotientes prodire æquedifferentes. Nam axioina est, ex æqualium divisione æqualia prodire, divisionem per æqualia fieri debere: jam differentiæ terminorum in Arithmetica progressionem sunt æquales, & hæc ad terminum quemvis constitutum aggregantur tantum ad primum, qui proinde occurrit in

singulis. Ergo, ut differentiæ quotientum iterum æquales prodeant, & terminus primus, & quævis differentiæ ad illum aggregatur, id est ternini quivis reliqui, per eandem quantitatem dividì debent. Sunt autem radices cubicæ seriei 1, 2, 3, 4, &c. quantitates æquedifferentes per inæquales quantitates divisa,

semper  $\frac{3}{1}, \frac{3}{2}, \frac{3}{4}, \frac{3}{9}, \frac{3}{16}$  Ergo has quantitates in

progressione Arithmetica esse, seu ordinatis ad locum rectilineum terminatis exponi posse, axiomati contrarium est. Propositionibus vero demonstratis ab Apollonio Autor contradicit, non ostendendo vitium in ipsius demonstrationibus, sed suas tantum, & omnes indirectas proponendo. Qua re contra propriam regulam peccat, quam habet p. 123, propositioni, quam aliquis demonstrasse se profitetur, deductionem opponi non debere absurdum, quod ex ea supposita, ut vera, sequeretur: propterea quod vero in Geometria existente uno, ut modo docui, fieri nequit, ut duæ contradictoræ propositiones ambæ sint veræ: quamobrem opponentem convenit indicare simul errorem propositionis illius Autoris, qui eam a se demonstratam putat.

Ex his & similibus causis inventum Autoris novitatem dixeram, cuius quis examini facile possit supersedere. Neque ea re putarim vel contradictioni elogio Autori alio actorum loco dicto; cum quis ingenii & mathematum scientia clarus agere possit, & tamen in duplicatione c ubi hallucinari; vel detrahi laudibus, quas aliis scriptis promeruerat, cum non implicet, aliquem laude digna circa alia consequi, quam Mathemata, & circa hæc impingere. Qui eo actorum loco dixit, nec ita pridem ab amico accepimus nobilissimum problema de inveniendis duabus & infinitis mediis proportionalibus inter duas datas solvisse; procul dubio, aut Dominum Dorianum ex hoc problemate planum effecisse haud voluit, aut non intellexit, quid hac de re scriberet; quod profecto fieri potuit, cum excerptum vitæ civilis scribi possit, sine cognitione hujus problematis. Sed quomodo fieri potuerit, ut Dominus Doria hæc pro contradictionibus haberet, atque ideo in Academiam Lipsiensem, cui nihil tamen cum Actis, ut incautam & partium studio deditam in-  
vehe-

vehetur, non comprehendendo, nisi forte intellectui ejus cum quadam passione intercesserit lucta. Id quod persuadent fere, quæ sequuntur,

In excerpto novæ methodi, ubi mentio sit objectionum Ariani & Galizie, primo demonstratio præpositionis quintæ Autoris, quam impugnant, affertur distinctis verbis, *summa demonstrationis* bac est: *CF, QL, BB sunt cubi per constructionem, &c. usque ad, sequi putat Autor eam, qua proxime est ipsi QL, bac unique esse minorem.* Hac præmissa sequitur demum ratio impugnandi adversariorum, *Opponentes utrumque negant insinando &c.* Hic sensum excerpti, qui tamen valde clarus est, non percepit Autor; non enim aliud hic fieri putavit, quam recenseri adversariorum objectionem. Nam afferendo objectiones adversariorum aperte ipsorum rem agi queritur Philotimus, & id fieri quidem his verbis *summa demonstrationis* bac est, ( p. 8 Dialog.) addique, *quod sane certissimum est.* Et paulo post Dominus Doria opposentes, ait, dicere, *si non terminentur ad ipsas BL, LF, terminari intra vel extra,* cum tamen hic Diorismus sit demonstrationis ipsius. Quæ igitur propriæ demonstrationis pars est, eam habuit pro parte objectionis adversariorum.

Post narratam illam objectionem adversariorum, illud cui addi poterat, &c. non alia ratione apposueram, quam ut ostenderem, eodem modo contra autorem inferri, etiam si TF per L, & KL per B transcant, id est, si ducatur curva per ABLF transiens, ( vid Fig. I. T. V Act. 1717) quo adversarii ratiocinati fuerant, de rectis RL & TF, cum ea hypotheseos parte, in qua nervus ratiocinii Doriani ad prop. quintam consistit, satis convenientibus. Explicit autem appolita a me nota cui addi &c. his verbis neque illa incommoda sequi, nisi supponatur differentiarum equalitas, quod idem est, ac supponere id quod probari opportebat. Regerit p. 9 & 10 Dialog. innuere actorum Collectores, opposentes potuisse adjungere, ordinatarum unam alia semper posse esse minorem, nisi &c. ( de ordinatis aliis minoribus ne verbum quidem in nota illa dicitur, sed sermo mihi erat de differentiis ipsarum decrescentibus, neque id infert ordi-

ordinatas decrescere, quod Autor non percepisse videtur;) sequi demonstrasse progressionem Arithmeticam radicum cubicarum propositione decima, & præterea seorsim, (puta quinta prop.) ostendisse, ipsas ad rectas terminari : Respondeo de hac ipsa demonstratione jam quæstio est, & ostenditur *eam* probam non esse, sed supponere id, quod est in quæstione ; neque potest Autor contra hanc impugnationem allegare ipsam demonstrationem, quæ impugnatur. Quod vero propositione decima ostendit, etiam si fuerit probum, quod non est, propositionis quintæ tamen confutationem eludere nequit.

Ceterum vellem etiam Autorem attentius paulo leguisse verba, quæ præcedunt hæc *alii judicaverint* : vidisset enim me ibi non dicere alii judicaverint an opposentes hypothesis furerint secuti, sed an pro generationum diversitate ejusdem linearum, contraria de ea locum habere possint. Et dixi sane, *alii judicaverint*, de re, quod fieri solet, tam plana, ut non turantes eam ipsi enunciare, primo lectoris inspectui decidenda relinquemus. In nova methodo Parabolam planam inter curvas adhuc admittere videtur Autor; hoc supposito, tam alienum est contraria elicere ex ejus sectiuncle ex Cono & ex ejus in plano descriptione Galilaica, quam contraria vel de triangulo affirmare, quatenus e pyramide triangulari secatur & quatenus in plano describitur, vel de circulo, quatenus per Euclidem circa centrum, & quatenus fluxu continuo rectæ inter segmenta illius datæ, super qua incedit, mediaz proportionalis describitur. Infinitæ descriptiones diversæ ejusdem figuræ tam inter se convenient, ut quævis actu contineat reliquias omnes, quod facile potest ostendi. Sub quacunque igitur constructio- nis hypothesi consideretur linea, eadem tamen semper hypothesis quæstionis est, quæ de illa proponitur ; hæc duo Autor confundere videtur ; & simile ejus de Gubernatorum itineribus diversis ad locum eundem claudicat, cum unum horum itinerum non contineat alterum, uti se res habet, quo ad duas diversas ejusdem linearum descriptiones. Nolo inhærere illi accusationi, quæ artificio Collectorum tribuit, evitare ubique nomen erroris ; hanc enim ipse Autor alio loco sibi contradicens refuta-

„vit

„vit, ubi dixit, se, quicquid in fine illius excerpti in hunc sen-  
 „sum dicatur, *a via tamen non aberrasse*. Nolo etiam ea con-  
 memorare, quæ præter scomma & invectivam nil habent. Quæ  
 vero circa alias materias, ut Synthesin & Analysin, methodos-  
 que modernas in his Dialogis occurunt, nec me tam prope  
 concernunt, nec magna opera, ubi deficiunt, a quovis in Ma-  
 thematicis versato, refelli possunt,

**J. O. BAPTISTÆ MORGAGNI, IN PATA-  
 VINO Gymnasio Primarii Anatomæ Professoris, Adver-  
 saria Anatomica altera,**

Patavii, apud Josephum Cominum, 1717, 4 maj.  
 Plag. I 5,

**P**ostquam nobilissimi *Autoris*, tum *Adversaria Anatomica*  
*prima A. 1708 p. 29*, tum *novam Institutionum Medicarum*  
*Ideam A. 1713 p. 35* in nostris recensuimus *Actis*, tanto minus  
*Adversaria ejus altera*, cum *tertii* paulo tardius ad nos translata,  
 poterimus negligere, quanto magis *Anatomiae corporis hu-  
 mani promovendæ ac perficieadæ illa videntur infervire. No-  
 ster namque in *Mangeti Theatro Anatomico*, A. 1717 *Mense Mayo*  
 p. 207 a nobis commemorato, eam *Anatomies* ideam absolu-  
 tam, quam quidem speraverat, quamque *Manetus in Praefatio-*  
*ne* pariter promiserat, nequaquam deprehendens, optime de  
 publico amereri pergit, quod ipse a *Maneto* temere lacesitus  
 quamplurimos hujus lapsus in quinque *Adversariis anatomicis*  
 palam facere tali constituerit ratione, ut data occasione lau-  
 danda non minus una probaret, ac aliorum etiam errores no-  
 taret. In præsentibus proin *Adversariis* quemadmodum *L.*  
*Animadversiones* in primum dicti *Theatri Anatomici Librum*  
 exhibentur, ita ex iis potissimum quæ proprias *Nostræ Observa-*  
*tiones* stimul continent, specimenis loco nonnulla liceat trans-  
 scribere. In *Animadversione* nempe II non solùmmodo deside-  
 ratur, quod in generali corporis hamani divisione Colli, nec ad  
 caput, nec ad thoracem commode referendi, mentio nulla  
 fuerit facta, sed & quod in sede quorundam viscerum abdomi-  
 nis*

nis tradenda omnis varietas, qua illa consuetum subinde locum deserere observantur, penitus neglecta, dum *Noster* in aliquibus hepar, minime morbosum, ad liensem usque protensum invenit, in multo pluribus vero eam Coli intestini partem, que transversum sub ventriculo duci solet, ita deorsum incurvata deprehendit, ut in aliis sub umbilicalis regionis medio locaretur, in aliis longe infra umbilicum propenderet & speciatim in virgine quadam ab hepate secundum linea<sup>m</sup> albae abdominis sinistrum latus ad pelvem usque pertingeret, inde autem ad liensem reflecteretur. In *Animadversione V* cutem in ore, oculis, naribus ac pudendis non tam perforari, quam introrsum reflecti atque cum tunicis omnes eas caveas succingentibus continuari, censetur & que, ac exemplo, tum meatus auditorii, tum pudendorum, ostenditur. Circa musculos abdominis in *Animadversione X* oblique descendantis principium a ligamento, & transversis lumbarium vertebrarum processibus enato, vere peti merito negatur, alterum contra ejus finem verum, in osse videlicet pubis, omissum fuisse rectius adstruitur, tendines autem obliqui interni & transversi muscularum a peritonaei processibus pervadi multum dubitatur, quod transversi praesertim tendinem non foramine, neque, ut obliqui externi tendo solet, dimidio foramine pertasum, sed integro suo inferiore limbo iisdem processibus transversum superimpositum invenire *Noster* confuerit, Manetus si in Browne aliisque erronea, ut promiserat, diligentius emendasset, in musculis deserbindis ac depingendis non adeo cæspitasset, ut, *Animadversione XXI* testante, geniohyoideum internum pro externo, genioglossum pro geniohyoide interno, coracoidæum pro terete minori, glutæum minimum pro seminervoso descripsisset, ac musculari patientiæ a levatore scapulæ distinctum proposisset, in Tabulis autem latissimum dorfi pro subscapulari, sartorium pro gracili, vastum internum pro sartorio, rectum pro vasto interno, bicipitem pro seminervoso, transversalem & spinealem colli pro splenio & semifispinato, perforati & perforantis pedis tendines pro muscularis lumbinalibus, claviculari pro musculo subclavio representasset. Mucilaginem & glandulas mucilaginosas ante Haverum Veteribus etiam

etiam quodammodo innotuisse, ex Carolo Stephano, Andrea Laurentio atque Jacobo Sylvio in *Animadversione* XXIII indigitatur, etiamfi glandulas dictas pro adipi potius reputaverint, cum eae revera in homine non semper undiquaque, prout Hare-rus perhibet, sint rubrae, sed saepe & in genu, & in cubito, & in coxendicis acetabulo, & juxta quosdam tendines magnam partem flavescentes fere instar adipis adjacentis *Noſtro* apparuerint. De ossiculis ſefamoideis neque ex Tabula XXXVI, in qua ostenduntur, neque ex ejus Explicatione conſtare, quibus digitorum articulis & qua ex parte apponantur, in unoquoque autem dīgo numerum eorum ut plurimum duodecim falso adſtrui, e diverso duo eorum, in poplite fedem obtinentia, prorūſus neglecta fuſſe, etiamfi talium nunc alterutrum ſaltem, nunc neutrū, potissimum in eo ſubjecto, quod minora ossicula ſefamoidea in ſingulis mihi morum digitorum cum metacarpo & metatarſo juncturis intrinſecus quidem, ab extero tamen latere exhibebat, *Noſtro* invenire valuerit, in *Animadverſ.* XXX prolixius monetur, Cani viventi dum notabilis nervus filo conſtrigitur, ejusmodi ligatura contenti in nervo fluidi fluxum unice impediri, non autem intimas ligati nervuli fibrillas ſimul diſrumpi, quod vinculo ſoluto ſensu motuſq; ligatura ſublati protinus refiuantur, eo magis in *Animadverſ.* XXXII a *Noſtro* dubitatur, quo ſepiuſ ipſe a Cl. *Valsalva* eos nervorum truncos, qui juxta latera arteriæ asperæ per collum deſcendunt, filo arcte interceptos & illico ſolutos tali eventu vi-derit, ut canis aliquot dierum intervallo vivere aequa desierit, ac fi nervi illi fuſſent diſfecti. Tametsi ex glandularum Catalogo, a Nuckio mutuato, ſatis pateat, cunctos ante eum Anatomicos in tradenda glandularum ſerie defeciffi, in *Animadversione* tamen XLIX ſub jungitur, ab homine in praefenti Anatomes cognitione verſato facile poſſe oſtendi, quod in hoc quoque Catalogo non pauciores fortassis glandulae omittiſſe eſſent, quam poſita, & inter illas quædam etiam, quæ eo, quo ille ſcripſit tempore, non iſgorabantur. Cum vene lacteæ chylo turgide in ſubjecto humano rariſſime cernantur, in *Animadversione* L Figura quidem 9 Tabula LV, ex Nuckio petita,

digna conceditur, quæ inspiciatur, additur nihilominus *Nostro* in evsarcō juvēne, cui 4 vel 5 horis ante supplicium aliquantum vini mollitique in hoc panis, ut vocant, biscocti datum fuerat, sex a suspendio horis multo crebriores atque longiores earum ramos, seu mavis radices, ultro' apparuisse, ita ut non modo prope mesenterii limbum, sed a tota adeoque ei limbo etiam opposita tenuis intestini superficie prodierint, dum rami vasorum sanguiferorum majorum magis, quam minorum, ductum sequerentur. Tandem *Rerum Index* eorum in gratiam subnectitur, qui observationes & judicia legere malunt, quam lites & controversias *Autoris* cognoscere.

*ACTA MEDICORUM BEROLINENSIVM  
in incrementum Artis & Scientiarum collecta &  
digesta in Volumen IV.*

Berolini, apud Godofredum Gedickium, 1719, 8.

Plag. 7 cum Fig. Tab. I.

**I**N hoc IV Volumine I Historia morborum Berolinensiū per annum 1718 panditur, qui fuerunt post solstium hysmale catarrhi, febres catarrhales, rheumaticæ, & inflammatoriae, peripneumonicae, variolæ, petechiae, febres miliaries & maceulæ volaticeæ; post æquinoctium vernum morbilli grassari cœperunt, quos diarrhoeæ & dysenteriae exceperunt, nec febres quartanæ, tertianæ, quotidianæ & tertianæ duplices, quibus catarrhales se intermiscerunt, defecerunt. Superato solsticio brumali peripneumonice, febres catarrhales, rheumatismi, pleuritides spuriæ, variisque affectus arthritici, imo & petechiae fuerunt observatae. Inter alios ægros ileo defuncti pag. 55 mentio fit, cuius causa fuit portio intestini ilei duplicata in loco processus vaginalis impacta, quam ita inclusam tanto firmius tenebat carnosa & cuneiformis ad latus excreta portio, cuius muero simul ibi inserta erat, prout sectio manifestavit. II Binæ describuntur sectiones peripneumonia defunctorum. III Inter casus praticos rariores commemorare convenit excretiōnem sinceri sanguinis in juvēne plethorico nocturno tempore sub

sub erekctione penis cum aliquo strepitu factam, qualis hæmorrhagia per vices postea cum erekctione, sed sine strepitu recurrebat; metenses in sternō supra scrobiculum cordis in interstitio mammarium ex integris cutis poris guttatum destillantes; & crines in plica per alvum rejectos. IV Depositiones Medico-Legales a Medico Præfidiario exhibitæ agunt de vulnere oculi absolute lethali; de vulnere capitis per se lethali; de fœmina in campo reperta ex plagiis non mortua; de vulneris thoracis in milite ab explosa bombarda sernet ipsum globulo plumbeo trajiciente inspectione. Quas vero Physicus exhibuit, concernunt abortus vitalitatem negatam; vulnus sclopeto inflictum absolute lethale; falsam veneni præsumptionem; infanticidium ex non deligato funiculo umbilicali; subitaneam mortem ex calu ab alto; vulnus abdominis non lethale; infantem cum hydrope pectoris natum; vulnus frontis non lethale; fœminam ex colica hysterico-flatulenta mortuam repertam; vulnus juguli non lethale; & fœminam melancholia laborantem. Præter has Depositiones Casus Medico - Legales transmissi leguntur de infanticidio per strangulationem; de alio ob abdominis strictiores ligaturas in matre. VI Inter Operationes Chirurgicas, quæ feliciter cesserunt, notari mereantur sectiones meliceridis sub aure excretæ; nodi palmarum manus; calculi vesicæ unciam unam cum drachmis tribus pendentis; extractio foetus mortui; sectio hydro - epiplocelis, & hydrocelis; amputatio pedis ob gangrenam inevitabilem; vulnus sinistri hypochondrii feliciter sanatum; & scarificatio oculorum inflammatorum per instrumentum ex vili aliquo vegetabili præparatum, mediantibus cuius tenerrimis denticulis minuta vasa stringendo dilatabantur.

### MEMOIRS OF IRELAND, FROM THE RESTORATION to the present time,

i. e.

*COMMENTARII HISTORICI DE HIBERNIA, a restauratione regii regiminis usque ad nostra tempora.*

Ee 3.

Lon:

Plag. 18.

**I**Dem ille, qui *Arcanam Europe historiam*, postea Gallice sub titulo *Arcana Gallica editam*, & *Commentarios historicos Scotie*, ante aliquot annos vulgaverat, hos quoque Commentarios in publicum emisit. Illorum mentionem in Actis nostris passim fecimus, ob res in iis contentas haud injucundam, unde officii nostri duximus, horum quoque ab aliquo tempore ad nos delatorum paucis meminisse. Priori loco Autor ob oculos ponit consilia Rigidiorum una cum Catholicis in Anglia & Hibernia anno 1660 & sequentibus agitata, ut adversariorum res subverterent, & Publicam Constitutionem Religionis & securitatis in Protestantium favorem latam tollerent. Hanc in rem Caroli II & Ducis Eboracensis ope in Hibernia terras a Cromwellio Catholicis adematas iisdem restitui, Protestantes cum Catholicis litigantes semper condemnari, & illis dire exagitatis tributa Catholicis remitti, imo, si quos ex Protestantibus Religioni suæ nimis addictos noverant, a munericibus publicis removeri, enixe curarunt. Hiberni enim op pressis, Anglos beneficium ordinis saltem mansurum crede bant. Deinde adhuc deteriora spirantes sceleratissimæ conjurationi anno 1674 nomina dederunt, ut omnes Protestantes uno velut istu enecarent, quod sacrificuli cujusdam loquacitate est detectum. Interea plures animadvertebant, summa rerum in Hibernia ad Rigidiores delata, nefanda semper consilia in Protestantes struxisse. Hac igitur fraude minus succedente, Gallorum auxilia clam imploraverunt, polliciti se ipsis classe appellentibus urbes munitissimas & portus prodituros, sed hisce cito nimis evulgatis, in Eboracensis gratiam fama totius rei penitus est suppressa. Hanc ob causam, quæ in Curia inferiori acta fuerint, multis hic referuntur; quanta crudelitate Tyrconellus, Pro-Rex Hiberniæ constitutus, spretis legibus divinis & humaniis, in Protestantes sævierit, Autor fuse enarrat, atqne ipsos eadactos fuisse dicit, ut relictis omnibus, alii Angliam, alii occidentatem Indiam peterent. Porro tyrannidem Jacobi in eosdem, & pacta clandestina cum Gallis, ut iis Hibernia cederet,

Au-

p. 4.

8.

15.

23.

25.

49 sqq. 89.

68. 100 seqq.

Autor in medium profert; adjecto indice eorum, quorum ini- p. 85. 106.  
 sterio Jacobus belli pacisqne tempore usus est. Pulsus Jacobo 120.160.140  
 bellum per tres annos in Hibernia exarbit, artibus Tyrconelli,  
 quibus factum, ut Jacobus ipsique addicti sœva immanitate ad-  
 versus Protestantes grassarentur; qua in re nimiam Wilhelmi &  
 sequacium lenitatem Noster incusat. Jacobus etiam comi- 92 seq.  
 tia indixit anno 1689, quibus pauci interfuerunt præter Catho- 118.  
 licos, qui Protestantibus extrema minabantur; donec Wilhelmus  
 iplos ab imminentे exitio armis vindicaret, illisque convoca-  
 to senatu publico anno 1692 religionem libertatemque resti-  
 tueret. Ceterum Autor promittit, si hæc lectoribus non dis-  
 plicuerint, se alio quodam libello clandestina Rigidiorum con-  
 filia sub Wilhelmi & Annæ regimine, Ormondio & Phippsio  
 præsertim autoribus, concepta, Protestantibus autem e diamet-  
 tro adversa, brevi tempore detecturum.

## CHRESTOMATHIA CICERONIANA,

hoc est,

*SELECTA LOCA EX OPERIBUS CICERO-*  
*nis, ad Gruteri, Grævii & Gronovii editiones recognita,*  
*& passim emendata, nec non illustrata annotationibus,*  
*præfixa Vita Ciceronis, a JOAN. MATTHIA*  
*GESNERO, Gymnasi Vinariensis*  
*Coniectore.*

Vinarie &amp; Jenæ, apud I. F. Bielckium, 1717, 8.

Alph. I plag. 16.

**C**L. Gesnerus, cuius *Institutiones rei scholasticae* in his Actis  
 A. 1715 p. 417 & *Annotationes ad Luciani Philopatrin* p.  
 140 recentius, videns, Operibus Ciceronis a paucissimis stu-  
 diofis manus admoveri, laudabili consilio faciendum sibi pu-  
 tavit, ut ex illis Ciceronis scriptis, que vulgo adolescentum  
 manibus non versantur, nec in scholis tractari solent, potiora  
 loca feligeret, selecta conjunctum ederet, ac notis illustraret,  
 Germanico sermone conscriptis. Notæ illæ sunt partim cri-  
 ticæ vel potius therapevticæ, in quibus sèpius Lambino sub-  
 scri-

scribit, Gruterique, nimis religiose inherētentis vestigiis veterum codicūm, lectionem repudiat, imo etiam interdūm ipse sagacis ingenii ope meliorem scripturam eruit; partim antiquarīz, partim phraseologicā, partim denique philosophicā. Ut adeo suo confirmet Autor doctissimus exemplo, quod Erasmus alicubi scripsit, facilius esse, Doctorem fieri in tribus Facultatibus, quam Grammaticūm absolutūm, id est, perfectūm veterū monumentorū interpretem. Hic enim, si quidein muneri suo velit satisfacere, peritus esse debet omnis generis antiquitatū, artis criticā, philosophiā, historiā & civilis & naturalis & literariā, astronomiā, geographiā, mythologiā, rei veterū numarīz, intimorum denique Latinā pariter Græcāque lingua recessuum. Fecit id liberaliter Autor noster, tamque eruditis annotationib⁹ selecta illa Ciceronis loca veluti condidit, ut nec eruditiores pœnitentiam acturi videantur temporis in perlegendō hoc libello collocati. Ut e nonnullis sp̄sciminiib⁹ id eluceat, explicat Cl. Gesnerus p. 84 quid sit nomen, cognomen, prænomen Romanorum. P. 116 differit de veterū jure & sanctitate hospitiū; p. 169 sq. de Censorib⁹; p. 198 de tribunis plebis; p. 157 de viatorib⁹; p. 279 de augurib⁹; p. 153 de more Romanorum ore excipiendi extrellum morientium propinquorum spiritum, simul suspicans, hinc originem trahere fabula in Judæorum de morte Mosis per osculum DEI. Vocem *gratulari* interdūm usurpari pro *gratias agere*, docet p. 113. Quo sensu veteres vocabulum *persona* cuperint, exponit p. 337 sq. Quid sit *preſe dicere*, e p. 391, quid *familia* propriè significet, e p. 408, quid sit *vox candida & fusca*, e p. 471 disces. Vocem *abutī* etiam bonam in partem accipi, ostenditur p. 477 & p. 409 differit de vocabulo *aptus*, quatenus est participium ab *apere* deducatur. P. 47 & 359 Cl. Autor irridet cœcos admiratores sapientiæ Homeri. P. 277 ait, e libris *de Natura Deorum*, & *de Divinatione* patere, Ciceronem negasse providentiam Numinis. P. 341 & 374 subscrbit hypothesi Copernicanæ de quiete Solis & motu globi terrestris. P. 389 de Stoicorum logomachiis eruditè differit. P. 427 investigat originem fabu-

*Iz de histori planetarum. Adjecta sunt Cl. Georgii Richieri, et eius nobis laudata, criticæ notæ ad aliquot Ciceronis loca depravationis suspecta. Limen autem occupat Vita Ciceronis, duce Fabricio composita, adjecta epicrisi de ingenio & indole Ciceronis actionum characteribus.*

## ANCIENNES RELATIONS DES INDES &amp;c.

id est,

*VETUS ITINERARIUM PER INDIAM ET Chinam, scriptum nono seculo a duobus Mahometanis, jam ex Arabica lingua traductum in Gallicam, adjectis annotationibus.*

Lutetiae, apud Jo. Bapt. Coignardum, 1718, 8.

Constat Alph. I pl. 52.

**P**refationis Autor, quem clarissimum illuna Eusebium Renaudotum esse, ex subjecto Regis Privilegio discimus, docet nos, MS. codicem hujus relationis, quem existere unum credit, latere in Biblioteca Comitis de Scignelay. Scriptum eum fuisse ante A. C. 1173, literarum figuræ prodere ipsi videntur. Observat, ex hac relatione Geographum Nubensem sua haussisse. Ceterum etiæ nec nayis caret hæc relatio, tamen eam putat magni faciendam, cum multa singularia inde discaptur, e. g. quod iter tenerint Arabes in Chinam, & Chinenses in Arabiam ac Persiam tendentes : ex quo consequitur, eos errare, qui usum pyxidis nauticæ jam olim notum suisse putant Chinensisbus. Obiter etiam judicium fert de Tarib Regum Persie, cum Schicardi notis edito, de quibus notis minus magnifice sentit. Copiose quoque de Geographia Andfeda differit, quam nec ipsam magni estimat. Porro Isaaci Vossii de Sinenium mirabili sapientia credulitateim notat. Etiam de Andreæ Mulleri Chataja non optime existimat. Contra Benjaminis Tudelensis Itinerarium fide dignum pronunciat, simul notans malos ejus interpretes, Ariam Montanum & Constantium L' Empereur, cuius notas ad Benjaminem pro indoctis annotationibus habet. Præterea Josephi Scaligeri, itemque Erpenii, in historia Orientis hallucinatio-

Ef

nes notat: ac Thomae Hydii apologiam pro Persis, quod scilicet ipsorum cultus ignis non fuerit idololatricus, rejicit, nitemen quippe testimonio unius poetæ Persici, qui ducentis abhinc annis vixit.

Censoriam istam Prefationem excipit Relatio ipsa primum nunc edita, e qua pauca delibabimus. P. 4 refertur, in insula *Ramni* nemini licere uxorem ducere, nisi relato prius e prælio hostis capite. Quod si quis duos interficerit hostes, eorumque retulerit capita, ei duas licere uxores ducere; si quinquaginta, parem uxorum numerum eum sibi adjungere posse. P. 37 relatum legimus, apud Sinenses etiam in usu esse judicium ferri carentis & aquæ ferventis, quæ vulgo vocantur *ordalia*. P. 45 dicuntur Sinenses omnis doctrinæ & scientiæ expertes esse. Disciplinæ quidem medicæ atque astronomicæ pertinuem habere dicuntur scientiam p. 46. Iudea publica autoritate constitutæ p. 57 traduntur feminas libertino virorum usui expositas. P. 61 memoratur, Sinenses in pictura excellere. P. 98 agitur de more Indorum, se sponte cremantium, idque adhibitis ceremoniis singularibus.

Properamus ad subjectas annotationes doctissimas, in quibus locorum nomina barbara explicantur, errores hujus itinerarii notantur, ejusque relationes cum recentioris ætatis itinerariis conferuntur. Imo integræ hic exhibentur dissertationes, exque exquisita doctrinæ plenissimæ. Sic p. 159 sqq. differit eruditissimus Editor de judicio ferri carentis, docens, apud quas gentes id fuerit usi receptum. P. 165 sqq. disputat de μετεμψυχώσει, quam Indi pariter ac Chineses statuerunt. De more Indorum se ipsos cremandi p. 167 sqq. agit. P. 175—204 diligentissime exponit Sinensium mores ac formam regiminis, præfatus, eam vulgo imperfectissime ac falsissime describi. Simul Vossium refellit, ratum, *Sine* nomen indutum suisse seculo XV a Lusitanis. Ex relatione enim ista Arabica patet, nomen illud esse seculo nono antiquius. P. 205—207 dissertation exhibetur de historia Sinensium naturali, ac de Ambra fæse admodum agitur. P. 228—270 disquirit, quando religio Christiana in China diffundari coepit. Thomam Apostolum primum ibi tradidisse doctrinam Evangelicam, vul-

go creditur, eamque sententiam Kircherus in *China illustrata* propugnat acerrime. At Noster hanc opinionem repudiat, sibique persuadet, septimo decimū seculo Christiana dogmata dispergi cœpisse in China. Interpretatur etiam Inscriptio, nem Christianam veterem, A. 1625 in China repartam, multosque notat & Kircheri & Mulleri errores in ejus interpretatione commisso. Simul illos Protestantium erroris arguit, quibus in mentem venit, istam Inscriptionem plane pro supposititia ac fictitia habere. P. 271—324 disputatur, quando & qua occasione in Chinam delati fuerint ibique fides fixerint Muhammedani. Qui putant, Arabes jam olim pyxide nautica usos, ejusque duchi in Chinam vectos fuisse, eos refellit hic Noster, præ ceteris urgens pertinax veterum hac de re silentium. Hac occasione & illos refellit, qui Chinenses jam olim nautica usos pyxide fuisse tradunt. P. 324—339 differitur de Judzis in China versantibus. Autor noster cum Riccio suspicatur, Judzios hujus regionis esse reliquias decem tribuum: id tamen certo definiri posse negans. Accuratisime etiam p. 331 sqq. docet, quid de decantatis Judzorum *Principibus existendum* sit. Denique p. 340—397 de eruditione Chinensium differit, Vossiumque summis eam laudibus in cœlum tollentem copiose accurateque refellit. Perstringit hic singulas disciplinas, ac Sinenium Metaphysices ac Physicæ imperitiam inde coarguit, quod ne vocem quidem, qua *Dream* signent, in lingua sua habeant; quod absurdas de origine mundi soveant opiniones; quod duo principia rerum more Manichæorum statuant; quod quinque Elementa ponant, lignum, metallum, aquam, terram, ignem. Utitur etiam hoc argumento, quod Chinenses summam in admirationem rapuerint Compendiis Philosophiarum Scholasticarum Jesuitis in ipsorum linguam translatâ; quod in scriptis Confucii & Mencii Lutetias Latine editis continenter doctrinæ levissimæ ac vulgares; quod in arte Medica nemo eorum excellat. Astronomiarum eosdem esse imperitos, ex eo manifestum facit, quod in conficiendo Calendario Missionariis usi sint magistris, qui tamen ipsi non maximi fuerint Astronomi; quodque Jesuitis summa cura

nes notat: ac Thomae Hydii apologiam pro Persis, quod scilicet ipsorum cultus ignis non fuerit idololatricus, rejicit, nitemen quippe testimonio unius poete Persici, qui ducentis abhinc annis vixit.

Censoriam istam Praefationem excipit Relatio ipsa primum nunc edita, e qua pauca delibabimus. P. 4 refertur, in insula *Ramni* nemini licere uxorem ducere, nisi relato prius a prælio hostis capite. Quod si quis duos interficerit hostes, eorumque retulerit capita, ei duas licere uxores ducere; si quinquaginta, parem uxorum numerum eum sibi adjungere posse. P. 37 relatum legimus, apud Sinenses etiam in usu esse judicium ferri cendentis & aquæ ferventis, quæ vulgo vocantur *ordalia*. P. 45 dicuntur Sinenses omnis doctrinæ & scientia expertes esse. Disciplinæ quidem medicæ atque astronomicæ pertinientem habere dicuntur scientiam p. 46. Iudea publica autoritate constituaere p. 57 traduntur feminas libertino virorum usui expositas. P. 61 memoratur, Sinenses in pictura excellere. P. 98 agitur de more Indorum, se sponte cremantium, idque adhibitis ceremoniis singularibus.

Properamus ad subjectas annotationes doctissimas, in quibus locorum nomina barbara explicantur, errores hujus itinerarii notantur, ejusque relationes cum recentioris atlatis itinerariis conferuntur. Imo integræ hic exhibentur dissertationes, exque exquisita doctrinæ plenissimæ. Sic p. 159 sqq. differit eruditissimus Editor de judicio ferri cendentis, docens, apud quas gentes id fuerit ufu receptum. P. 165 sqq. disputat de *μετεμψυχώσει*, quam Indi pariter ac Chineles statuerunt. De more Indorum se ipsos cremandi p. 167 sqq. agit. P. 175—204 diligentissime exponit Sinensium mores ac formam regiminis, præfatus, eam vulgo imperfectissime ac falsissime describi. Simil Vossiunn refellit, ratum, *Sine* nomen indutum fuisse seculo XV a Lufitanis. Ex relatione enim ista Arabica pater, nomen illud esse saeculo nono antiquius. P. 205—207 dissertation exhibetur de historia Sinensium naturali, ac de Ambra fœse adiutorium agitur. P. 228—270 disquirit, quando religio Christiana in China dissimilari ceperit. Thomas Apostolum priuam ibi tradidisse doctrinam Evangelicam, vul-

go creditur, eamque sententiam Kircherus in *China illustrata* propugnat acerrime. At Noster hanc opinionem repudiat, sibique persuaderet, septimo denum seculo Christiana dogmata dispergi coepisse in China. Interpretatur etiam Inscriptio-  
mem Christianam veterem, A. 1625 in China repartam, mul-  
tosque notat & Kircheri & Mulleri errores in ejus interpreta-  
tione commisso. Simul illos Protestantium erroris arguit,  
quibus in mentem venit, istam Inscriptionem plane pro suppo-  
fititia ac fictitia habere. P. 271—324 disputatur, quando &  
qua occasione in Chinam delati fuerint ibique sedes fixerint  
Muhamedani. Qui putant, Arabes jama olim pyxide nautica  
usos, ejusque ductu in Chinam vectos fuisse, eos refellit hic  
Noster, præ ceteris urgens pertinax veterum hac de re silenti-  
um. Hac occasione & illos refellit, qui Chinenses jam olim  
nautica usos pyxide fuisse tradunt. P. 324—339 differitur  
de Judzis in China versantibus. Autor noster cum Riccio su-  
spicatur, Judzios hujus regionis esse reliquias decem tribuum;  
id tamen certo definitri posse negans. Accuratissime etiam  
p. 331 sqq. docet, quid de decantatis Judzorum *Principibus exi-  
sis* sentendum sit. Denique p. 340—397 de eruditione  
Chinenium differit, Vossiumque summam laudibus in cœ-  
lum tollentem copiose accurateque refellit, Perstringit hic  
singulas disciplinas, & Sinenium Metaphysics ac Physicæ im-  
peritiam inde coarguit, quod ne vocem quidem, qua *Dcum si-  
gaent*, in lingua sua habeant; quod absurdas de origine mundi  
foveant opiniones; quod duo principia rerum more Mani-  
chiorum statuant; quod quinque Elementa ponant, lignum,  
metallum, aquam, terram, ignem. Utitur etiam hoc argu-  
mento, quod Chinenses summam in admirationem rapuerint  
Compendia Philosophia Scholasticæ, & Jesuitis in ipsorum lin-  
guam translata; quod in scriptis Confucii & Mencii Lutetiae  
Latine editis contineantur doctrinæ levissimæ ac vulgares;  
quod in arte Medica nemo eorum excellat. Astronomiæ eos-  
dem esse imperitos, ex eo manifestum facit, quod in conficie-  
do Calendario Missionariis usi sint magistris, qui tamen ipsis  
non maximi fuerint Astronomi; quodque Jesuitis summa cura

rerum Mathematicarum ab Imperatore Chinensi fuerit demandata. Ad hanc ostendit, ipsorum Chronologiam falsi convinci a Scriptura sacra. Quod ad ipsorum doctrinam moralem & politicam attinet, judicat, eam absolvi regulis ubique terrarum ac gentium vulgari usu tritissimis, itemque ceremoniis superstitionis: præterea etiam bonas ipsorum regulas sine ulla methodo proponi. Addit, perperam Chinensibus vulgo tribui inventionem artis typographicæ, pyxidæ nauticæ, pulveris pyrii, globorum cœlestium, &c. Ipsorum scribendi rationem censet ostendere simplicitatem Chinensem, cum Europæ gentes scriptura multo meliori imagisque artificio utantur.

### LA VERITE DE LA RELIGION CHRETIENNE Reformée.

id est,

### DE VERITATE RELIGIONIS REFORMATE Tomi duo.

Roterodami, apud Casp. Fritschium, 1718, 8.

Alph. 2 pl. 25.

**C**L. Abbadius, cuius de veritate religionis Christianæ & de Jesu Christi Deitate opera, nobis quoque recensita A. 1685 p. 126 & A. 1689 p. 597, mirifico excepta fuerunt applausi, nunc magnum opus componendum suscepit ad impugnandum Papismum atque ad defendendam Theologiam Protestantum. Quatuor in partes hoc opus dispartitus est, prima confutaturus doctrinam de transsubstantiatione; altera potestatem Papæ Romani labefactaturus; tertia purgatorium ignem exstincturus; quarta denique creaturarum, id est, Sanctorum, Angelorum, imaginum, crucis, & reliquiarum cultum religiosum impugnaturus, & ubique ostensurus, doctrinas Papæ lucide fuisse predicas in Apocalypsi Ioannea. Præsenti libro solam priam exhibet partem, quinque continentem sectionibus. Sectio prima, qua Christi & Apostolorum genuinam investigat de hoc argumento sententiam, quiaque complectitur capita. Horum primo contendit, satis bene Protestantibus inter se convenire de hac doctrina. Mirabuntur vero nostrates Theologi, hic p. 7 se dici

dici consentire Reformatis, quod impii in S. Cœna corpus & sanguinem Christi non accipient; p. 8 consentire se tradi, fractionem panis in S. Cœna esse necessariam; p. 18 judicari, eos contradictionem in adjecto admittere, qui statuant, Christi corpus in S. Cœna non esse localiter præsens, esse tamen literali & proprio sensu præsens. Ceterum pro modestia sua Autor p. 22 censet, si vel maxime Lutherani credant præsentiam corporis Christi in S. Cœna literaliter acceptam & localem, non tamen eos ideo arcendos esse a fraternitate Ecclesiastica, cum simpli-  
citer tantummodo errorem foveant, qui neque cum corruptione morum neque cum depravatione pietatis erga Deum sit con-  
junctus. Cap. 2 demonstratum it, sextum Joannis Evangelista Caput minime capiendum esse de orali manducazione & reali præsentia. Cap. 3 & 5 verba institutionis S. Cœnæ expendit, producta prius Cajetani, Scoti & Baconi confessione, largientium liberaliter, quod verborum Christi: *Hoc est corpus meum;* in sensu proprio & literali interpretatio nitatur sola autoritate Ec-  
clesiæ. Hinc Reformatorum interpretationem: *Hoc significat corpus meum,* propugnat, & quidem uberrime & acerriime. C.  
4 eos oppugnat, qui præsentiam corporis Christi realem & transubstantiationem tuentur. *Sectione secunda* contendit, Patres Ecclesiæ eandem fuisse sententiam de verbis Christi, quam ho-  
die fovent Reformati, idque decem demonstrationibus efficere annititur, quarum quinta est, quod Patres diserte fateantur, in S. Cœna non esse miraculum; octava, quod symbola S. Cœnæ vo-  
cent *figura, figuræ, representationes corporis Christi.* Deinceps ex praxi veteris Ecclesiæ, itemque ex veterum disputationibus contra hæreticos demonstrat, olim non fuisse creditam in Eccle-  
sia transubstantiationem. *Scđ. III* persequitur historiam invectæ in Ecclesiam corruptæ in doctrina de S. Cœna. Hic dogma de  
reali præsentia corporis & sanguinis Christi primum proposi-  
tum fuisse docet in Concilio Niceno seculo VIII imperante  
Constantinopoli Irene habitu, & a Joanne Damasceno uberiori  
defensum: quanquam non negat, Patrum Ecclesiæ innum & alte-  
rum huic dogmati occasionem præbuisse incautius loquendi  
formulis. Addit tamen, tum adhuc suppositum fuisse, in S. Cœna

manere substantiam panis atque vini. At postea A. 818 Paschalium Ratbertum, monachum Corbejensem, longius progressum defendisse, in Sacramento Coenæ non amplius adesse panem ac vinum, sed solum corpus & sanguinem Christi. Illum igitur Paschalium autorem ac veluti patrem fraude dogmatis de transubstantiatione, non tamen hoc usum esse vocabulo, quippe invento a Stephano Augustodunensi, & publica autoritate confirmato ab Innocentio III Papa. Pergit, secundo illo nono novæ illi Paschali doctrinæ sese opposuisse Rabanum Maurum, Fortunatum Amalarium, & plures doctrina gravitateque eminentissimos viros. Decimi seculi summam eruditatem incrementa quidem dedisse dogmati Paschaliano, efficasque tunc fuisse apparitiones Jesuli in pane & calice; at illo tamen ipso seculo Anglicanam Ecclesiam ab isto dogmate alienam fuisse. Undecimo seculo processisse tanquam Lunam inter stellas minoris Berengarium, ac Paschalianam impugnasse doctrinam, cuius se patronum acerrimum præbuerit Lanfrancus. Postea subinde plures novas excogitatas fuisse ceremonias, elevationem hostie ejusque adorationem, institutumque Festum corporis Christi. Vexatos Berengarianos tandem se conjunxisse cum Waldensibus & Albigensibus, de quibus Autor copiose agit Cap. 6,7 & 8, tanquam de Ecclesia, quæ religionem Christianam retinuerit ac propagarit puram atque incorruptam. Docet hic, Waldenses & Albigenses esse unam eandemque Ecclesiam, non duas; eorum doctrinam prorsus concordare cum Protestantibus; eos vixisse vitam iategrimam ac sanctissimam; eos fuisse constantissimos veritatum Christianarum propugnatores & martyres. *Sectione quarta* de persecutione Paporum contra justos veritatis testes agit, eaque occasione Cap. 1 monstrat falsitatem doctrinæ de Petri Apostoli Episcopatu Romano. *Sectione quinta* eademque postrema docet, Papam Romanum esse Antichristum, Missam esse veram idolatriam, & hanc in Apocalypsi predictam esse, in qua per meretricem magnam innuitur Romana Ecclesia. Qua occasione simul refellit Bossueti, Melensis Episcopi, interpretationem Apocalypses.

**ATHENÆ LUBECENSES, SIVE DE ATHE-  
næ Lubecensis insignibus meritis per institutionem opiti-  
morum**

*istorum virorum acquisitis in Rempublicam sacram, civitem & literariam Commentarius, multis præstantissimorum Theologorum, JClorum, Consulum in primis & Senatorum Lubecensem, Medicorum, Philologorum & Philosophorum vitas complectens; Autore JOAN. HENR.*

*von SEELEN, Rector. Lubec.*

Lubecæ, sumpt. Petri Boeckmanni, 1719. 8.

Alph. I pl. 2.

**O**pime de Gymnasio non minus quam urbe Lubecensi meretur Cl. Autor, dum novo opere præstantium virorum, qui e Gymnasio illo prodiere, memoriam renovare aggreditur. Athenæ titulo inscripsit librum, tum antiqua nominis dignitate, tum doctissimorum quorundam hominum exemplo forte coenactos, quos Athenas Batavas, Gedanenses, Wittebergenses & similes condidisse constat. In atrio quidem, sermone, quo Cl. Autor Rectoris Gymnasi spartana feliciter anno 1718 auspicatus est, conspicuus, quo præcipuorum, qui Scholam Lubecensem doctrina & meritis illustrarunt, notitiam dedit. In illis, qui Rectoris officio ibi defuncti sunt, Hermannus Buscoducensis, Hermannus Bonnus, Guilielmus Rutenius, Matthias Brassanus, Petrus Vincentius, Laurentius Mollerus, Jobus Magdeburgus, Joachimus Hansius, Pancratius Crugerius, Mich. Pækemannus, Otto Gualtherius, Joan. Kirchmannus, antiquitatum indagator solertissimus, Sebæst. Meierus, Henr. Bangertus, Herm. Nottelmannus, Abrah. Hinckelmannus, & tandem Enoch Suanterius, eminent, inter reliquos hisce dignitate Scholastica inferiores, Erasmus Sacerius, Jo. Polzius, Martin. Lippenius, David Breggius, nomen sunt consecuti. Cum vero singularum, quos modo recensuimus, merita & fata pro concione enarrari difficuler potuissent, æquum judicavit Cl. Autor, ut observationibus statim additis omnia prolixiori tela perteixerentur. Hæc in vestibulo operis, cuius primum veluti penetrale Consules Lubecenses bonarum literarum doctrina ibidem instructos juxta literarum ordine in sistit, eorumque vitas & merita breviter carptimque exponit. Hos in altero quasi adyto excipiunt Syndici, Senatores, Protonotarii & Secretarii Lub-

p. 8-15.

15 seq.

23-106.

p. 267-384 Lubecenses. Tertium deinde hujus Lycei adyutum seu tertia operis Sectio Theologorum, qui in Athenaei Lubecensis castris studiorum tyrocinium posuere, vitas exponit. Sunt autem Jo. Fridr. Albrecht, Sebas. Bacmeisterus, Albertus item Georgius, & Franciscus Balemanni, Godofr. Beisner, Joach. Beringus, Christian. Bilefeld, Herm. Blazen, Joach. Christoph. Bodenius, Ernest. Christ. Boldichius, Jo. & Bartoldus Botacci, Thom. Henr. Brandt, Jo. Dan. Burchardi, Joach. Henr. Carstens, Dan. Cothenius, Hermannus & Jacobus Dackendorff, Hieron. Dathe, Georg. Dedekeinus, Balthasar Dehus, Joann. Diecmannus, Petr. Dreierus, Henr. Dürkop, Christian. Heinric. & Jo. Herm. ab Elswich, Jo. Henr. Engenhagen, Christoph. Anton. item Jo. Philipp. & Christoph. Anton. Erasmi, Henr. Escher, Jo. Fischer, Gabr. Fizmann, Jo. Fleeg, Aug. Herm. Francke, Joan. Goldstein, Jacob. & Henr. Anhold Götten, Dan. Granovius, Philipp. Ludov. & Balth. Gerhard. Hannekenii, pater & filius, Eman. Sebas. Hardes, Adam. Helmsius, Mich. Henrici, Mich. Hentschel, Adam. Heroldus, Jo. Hesse, Rudolph. Hildebrandus, Jo. Steph. Hildermann, Jo. Hilmers, Thom. Honstedt, Andr. zur Horst, Bernard. Henric. von der Hude, Bartold, Keimpe, Hubertus Koen, Bernard. Krechting, Herm. Lebermann, Henr. Lemmichius, Caspar. Lindenberg, Jac. Lippius, Henr. Lubbertus, Hect. Godfr. Masius, Casp. Mauritius, Jacobus & Samuel Gerhardus a Melle, Justinus Meyer, Jo. Michaelis, Jacob. Muller, & Christianus Munden. Longius enim procedere & reliquos, qui secundum literarum, quæ adhuc restant, ordinem recentendi fuissent, in praesens enumerare non licuit, cum cessare ab hisce laboribus ob alia negotia formæ typographicæ debuerint, propediem vero eos quoque in lucem publicam una cum altera hujus scripti parte prodituros esse spei nobis facit Cl. Author. Ceterum Vir idem præstantissimus nulli pepercit industrie, ut hominum doctissimorum vitas vel renovaret, vel nunc primum literis consignaret, eorumque scripta tum edita tum nondum edita, quæ plura subinde memorat, bona fide narrans omnes boni historici partes exploreret.



ACTORUM  
ERUDITORUM,  
*Quæ Lipsie publicantur.*  
SUPPLEMENTA.  
Tom. VII Sect. VI.

*ACTA S. RUMOLDI, EPISCOPI ET MARTYRIS, Apostoli & Patroni Mechliniensum; collegit, digestit,  
illustravit JO. BAPT. SOLLERIUS,  
S. J. Theol.*

Antwerpiz, apud Jac. du Moulin, 1718, fol.  
Alph. 14.

**C**L. Autor, qui Acta S. non uno ingenii sui monumento illustravit, nuperque admodum Usoardi Martyrologium insigni commentario nobilius reddidit, S. Rumoldi vitam, Mensi Julio, quo memoria celebratur, inserendam, Prodromi loco, alteri Sanctorum Semestri præmisit, eamque Reverendissimo Thomæ Philippo de Alsatia de Bossu Archi-Episcopo Mechliniensi dedicavit. In illa libri oblatione monet, citatum Præfulem ex illustri Kiburgorum Principum familia oriundum, altissimis Principibus sceptra hodie tenentibus cognatione conjunctum esse, idque a se exquisitis undique monumentis proferendum fuisse, nisi modestissimus Præfus censisset, non esse Ecclesiaz Principis, secularem sanguinis & natalium gloriam maioresque titulos sectari. Cujus et si iustibus pareat, nihilominus tamen ipsius Imperatoris de hoc Præfule judicium sanctissimum profert, quo ipsum pariter maioresque magnis iisque meritis laudibus mactandum censuit. Dumque postea virtutes illius publicas privatasque enarrasset, id in primis laude dignum duxit, quod sedem priuatam

lem, huc illucque alias collocatam, Mechliniam tanquam proprium Præfulatus domicilium transtulerit, extracto ea propter palatio splendido, e quo subditas sibi Ecclesiæ moderari posset.

Post summum Præfulem Canonicos ejusdem Ecclesiæ allocatur, quæ S. Rumoldum tanquam Patronum & Tutelarem veneratur; quæ salutatione quam de Vitis Martyrum & Sanctorum desperditis nonnulla dixisset, de S. Rumoldo ingemiscit, quod Acta antiquitus de eo scripta, sub iteratis patriæ calamitatibus pene interierint, quoad tandem Sanctus Sec. X & XI per miracula reviviseret, atque Vita a Theodorico Abbate Trudonopolitano posteritati tradiceretur: inde vero, ait, alias illius laudationes ligata solitaque oratione natas, minus tamen sinceras, quemadmodum in Vita Commentario se demonstratum promisit. Mox de Ecclesia Mechliniensi per compendium differit, eam nempe a S. Rumoldo conditam, ab Adone & S. Liberio dotatam, eversamque a Barbaris, a Notgero Leodium Episcopo restitutam esse. Cetera hic non addimus, quum in ipsa operis enarratione sint referenda. Unum addamus, quod Cl. Autor admirabundus retulit, nullum esse Episcopum in tota Flandria Teutonica, qui non ex Canonicis Mechliniensibus fuerit accitus, quod sane virtuti & exactæ Mechliniensium disciplina adscribendum.

Post Canonicos honori juxta Magistratus litavit, cui pariter opus illud dedicatum voluit, ideo, quod alii ante se id ipsum factitarint, nempe Joannes Domyns Guavrianorum Parochus, qui S. Rumoldi vitam vetustam Belgicam Latinitate donatain & 1569 vulgatam Capitulo & Senatui Mechliniensium inscriperat. Præterea ipsum incitaverat pietas Civium, qua S. Rumoldo augustinum templum, excelsamque turrim & Lipsianothecam argenteam, sodalitatem præterea, & supplicationes exercent, quod non immerito factum esse putat, quum tota Mechliniensium Civitas suarum fortunarum incunabula ex Monasterio S. Rumoldi habuerit, ut de auxiliis taceamus, quæ Civitati deinceps a S. præfita variis ille documentis afferuit. Tandem vero statuit, Cives a S. Rumoldo suas habere virtutes, bellicum  
nempe

nempe robur, unde urbs Bellicosæ nomen sit adepta: pietatem, unde inter circumiacentes heresies, rari e civibus imbibitam veritatem abjurant, ut semper ideò Catholici audirent: constantiam, cuius virtutis elogium, sigillo quoque Civitatis inscriptum, a Friderico Cæsare Crives sint consecutati.

Sed jam ad ipsum Commentarium transgrediamur, cuius Capite I quum breviter Mechliniam descripsisset, eamque gemmam pretiosissimam annulo Brabantino innexam appellasset, porro de difficultate agit, quam experti sint illi, qui vitas et resque gestas S. Rumoldi exponere tentaverant. Ejus fuisse gnarum Heribertum Rosweidum, virum aliqui sumnum, qui de ea cum Jo. Martinio S. J. consultaverat: tum Jo. Anton. Gurneziun Congreg. Orat. Presbyt. qui vitam S. Liberti sub titulo Facis Historicae IX dissertationibus accensu ediderat, in qua multum inquisitione de S. Rumoldo dederat: Granatum prætesea, quamvis ille male audiat, tanquam compilator multa delibans, vix quicquam explicans, sibi ipsi passim oppositus, Proteo & Vertumno par, Historicus subtiliorius, nihil ad crism laboriosius explicans. Hanc vero difficultatem et graffationibus Barbarorum, Vandalorum, Normannorum, Hungarorum satam putat, quorum sevities, aut quæjam extabant monumenta incendit, aut quo minus ea scriberentur, exitio monachis cibibusque indicto, effect. Hisce tamen spretis Franciscum Bætium in eam descendisse arenam, multaque eruisse, sed hemiplexia corruptum, sibi tandem id operis reliquisse.

Mox Cap. II primam S. Rumoldi præconem Theodori, cum S. Trudonis Abbatem sislit, trecentis post Rumoldum annis, sive seculo post obitum quarto vitam illius Oratione Encomiastica narrantem. Erat - - - ille tentonica & gualicana lingua expeditus, liberalibus artibus egregie eruditus, in prosa & versu nulli secundus, dulci & altisona sonorus vocalitate, brevis sed pulchra persona, v. Acher. Spicil. T. VII p. 379 & 409. Huic vero Theodorici encomio in Vita S. Rumoldi unice insistendum laudatus Bætius censuit. Etsi enim Baldericus Episcopus Tornacensis in Chronico Tornacensi L. II. c. XLVII S. Rumoldi mentionem faciat, plura tamen e Theodorico, & ne tantum

quidem, quantum ille protulit; ut jure miretur Sotterius, post illam Theodorici Orationem Legendam adicam apud Belgas dum post id fabricatam, quæ tam illustria, tam splendida & perpetuis fere prodigiis exornata de S. Rumoldo tradere potuerit. Hinc de eadem Legenda porro Cap. III agit, quam Joannes Dommyns Latinitate donatam 1569 Bruxellis ediderat, obnitente deinceps Vardeo, qui falsitatem illius argumentis probis detexerat. Cap. IV magnam impendit operam, ut ætatem designet, qua Autor Legendæ Belgicæ vixerit: cuncte ille in figura suo tradat S. Rumoldum Archi-Episcopum Dublinensem fuisse, quæ dignitas ante A. 1152 apud Hybernos nota non fuit; inde colligit, Autorem Legendæ huic anno, ac porro etiam Theodorico postponendum, qui anno 1107 satis cesserat. Cap. V varias Legendas profert, quæ eandem S. Rumoldi vitam habent, Ultrajectinam, Rubeæ-Vallensem, Tungrensem, Mechlinensem, Wachtendonckianum, quæ tantum omnes miranda magis quam probanda congesserunt. Cap. VI S. Rumoldi Parentes patriamque examinat, ea que omnia esse dubia fatetur, nec Theodorico satis demonstrata, ut Hugo Vardeus, Hybernis ipsum adscribens, operam perdidisse videatur, certior autem sit Bosschaertii opinio, qui libro de primis Frisiæ-Apostolis existimavit Anglo-Saxonem fuisse. Ceterum impostores nonnulli Theodoricum auxere, ejusque Orationi ea subjecere verba, quæ S. Rumoldo Stirpem regiam adscriberent, sed fraude obvia & membranarum collatione facile deprehendenda. Ut vero Stirpem S. Rumoldi regiam explosit, ita Cap. VII solide demonstrat, eum Dublinensem Archi-Episcopum non fuisse, ideo quod Theodoricus & Baldensis nihil plane ea de re tradant, sed solum martyrum vitamque eremiticam adscribant: tunc quod Archi-Episcopalis dignitas apud Dublinenses Sec. XI nondum extiterit, quum S. Rumoldus Seculo VII finierit vitam. Ait tamen, se venerari Mechliniensem traditionem, qua S. Rumoldum suum extitisse Episcopum putant; fieri enim potuisse, ut S. Rumoldus audita S. Wilibrordi in rebus agendis felicitate migraverit ex cœnobio, inque Flandria Episcopus constitueretur regionarius, seu apostolicus, qui non in una sede

moratur.

morabantur, sed obviis passim exemplis huc illucve migrabant. Ejus Episcopatum adstruere videtur sigillum vetus Mechlinienium Seculo XIV membranæ impressum, quod S. Præfule mitra & baculo ornatum exhibet. Cap. VIII cultus eidem oblatu exanimatur; relatio inter Sanctos ut falsa spernitur. Restauratio cultus a Notgero Leodiensi petenda, qui Seculo X expirante inchoanteque XI clarus fuit. Martyrologia sane Seculo XIV antiquiora mentionem ejus non faciunt. Ipse Baronius cautissima ratione ejus Elogium scripsit, quem si Molanus secutus fuisset, rectius utique fecisset. Insignia Præfulis, quæ Domynsius æri incidenda curavit, ac Sollerius repetiit, ipsomet doctissimo Viro judice pro incertis habenda, quum non conveniant cum sigillo Capituli Mechliniensis, quod p. 22 profertur. Cap. IX cultus S. Rumoldi ex antiquis Ecclesiaz officiis Leodiensibus exhibetur, quæ miraculis scatent: agitur juxta de Picturis, quæ in sacello cognomine videntur, quæ tamen non ita solidæ ac vetustæ, ut ad veritatem historicam aliquid conferre queant, unde omnino certa sunt dubia, quæ Cl. Autor de iisdem excitatit p. 29. Capite XII de sepultura Præfulis ac prima elevatio ne monet, vivente Theodorico jam Ecclesiam a S. Rumoldo nominatam extitisse, Sanctumque extitisse in tumulo adhuc A. ML, atque etiam diutius, quo anno Theodoricus vivebat, ut adeo ineptiant Vardeus & Gramajus, qui ante Theodoricum aliquam ejus elevationem peractam tradunt, quæ tamen forte tempore instantis obsidionis A. M CCC III fieri potuit. Capite XIII de Translatione in Stenokfeel agit, eamque omnino esse incertam, solidis argumentis probat. Capite XIV reliquias Translationes A. M CCCLXIX & A. M CCCC LXXX institutas pandit, addito rescripto Jo. de Burgundia Episcopi Cameracensis, quo reliquias ejus visitari & populo exhiberi præcepit: tum & testimonio Godofredi Episcopi Cameracensis, de solenni visitatione facta. C. XV primam Lipsanothecam argenteam deauratam A. 1369 magnis sumtibus paratam describit, quæ Gramajo teste 66000 florenis constituit: atque id ipsum ex Chronico MSC. Henrici van de Colpout probat. Insigni autem Hagiophilorum commodo eandem p. 42 æri incisam exhibet, quia illa jam pridem a

Principe Arausisionensi A. 1578 Antverpiam una cum alia supellectile ablata, inque prefatos usus conversa fuit; teste Dionysio Murart in Hist. Eccl. Belgica A. 1578. Cap. XVI & XVII reliquias S. dispersas, sed denuo collectas, & processu ea propter instituto, probat p. 44, novamque thecam argento elaboratam, cuius pondus 4000 uncias habuerit. Præfule Matthia Hovie, 3000 florenos conferente, juxta monet, eam ita esse fabrefactam, ut in tabulas dissolvi iterumque conjungi queat, quod A. 1635 factum, ea æri incisa extat p. 47. Cap. XVIII de antiquo S. Rumoldi Sacello agit, quod paulo post illius Martyrium sub ejusdem nominis auspicio extruci coepit, Domynsio falso statuente, facellum illud S. Stephano dicatum fuisse. Erat huic facello alia ædicula sub B. Magdalæ nomine finitima, quæ tamen per S. Rumoldi gloriam obscurata titulum amisit, cum huic amplior moles destinaretur, quæ Sec. XII inchoata, post tria tandem secula ad summum decus evaserit. Cap. XIX docet, hujus amplioris Ecclesiæ navim inchoatam Sec. XII finiente, cum Waltherus Berthoud III viveret, sibique sepulturam in templo construeret: auctam sub Walthero alio, cuius diploma A. 1265 scriptum extat: post incendium A. 1342 denuo instauratam A. 1451 una cum turri vastissima, idque donariorum ope, quæ occasione Jubilæi a Nicolao V. concessi, a Calixto III. & Pio II extensi, largiter offerebantur: quibus accessit Bulla Leonis X A. 1516, quæ vastas opes concilians, sumnam huic templo præ aliis Belgii magnificentiam paravit. Cap. XXI referuntur preces & Hymni a Monacho Benedictino Sodalitatis anonymo-compositi, tum Leges Sodalitatis Rumoldinæ, quas Paulus V Pontifex approbavit. Cap. XXII exhibentur loca, quæ de reliquiis Rumoldinis gloriantur: inter quæ Stenocksel & Trudonopolis & Humbecka eminent, quo cum illæ transferrentur, Cornelius Le Cocq, Balduino Coquo Patri, Humbecæ Domino, gratulatus est, Jacobus autem Wallius<sup>†</sup> S. J. Poeta, Flander, Idyllion elegans lectrique dignum composuit, quod & inter Heroica illius legitur, quæ A. 1669 edita fuere. Dicitur & pars reliquiarum Regis-curiam ditionis Lucemburgicæ translatæ, quæ morborum variorum victrix; tum & in Pagum Sindereygen, cuius vicarius

Edmund.

Edmundus Heylens Acta Rumoldi sese editurum esse frustra hactenus promisit. Cap. XXII victoria Mechliniensium A. 1303 ope S. Rumoldi impetrata sif situr, in cuius memoriam annua deambulatio circa incenia instituitur comite theca acensisque albis funatibus, quem ritum Bulla Joan. XXII confirmavit. C. XXV refellitur fabula de Thomae Cantuariensis interfectoribus, quasi deperditum antea, in sceleris patrati poenam gustus odoratusq; usum Mechliniæ primum receperint; certiora enim adeisse documenta, quæ illos fidarios partum Cusentia in Italia, partim Hierosolymæ intra triennium perisse confirmat. His ita pertractatis sequitur Vita S. Rumoldi Autore Theodorico Abbe ad S. Trudonem ex editione Hugonis Vardei, quam Abbas forte anno MC scripsit, quam paulo post A. MC VII die VII Kal. Maji obierit. Hanc Sollerius eruditis notis illustravit, observans inter alia, præter Rumoldum Mechlinensem alium in Mimegarvordensi Ecclesia Episcopum A. 900 extitisse: alium in Scotia, cuius Benedictus Gononius fecerit mentionem: porro alium Præsulem Constantiensem a Schaffnaburgensi A.M LXIX laudatum. Exquisita præterea sunt, quæ de Etymologia Mechlinii, quæque de S. Adonis coinitatu protulit. Pagina 8 inseritur Legenda Domynsiana, deperdita olim sed feliciter recuperata: differit ibi Cl. Autor de Insignibus S. Rumoldi, adeo inepit ipsi adscriptis, ut neminem tam fatuum fore putet, qui tales tesseram a S. Rumoldo inquam adhibitam sit putaturus.

Ita vitas excipit Corollarium, quo de Mechlinia tam sacra quam profana, Civili & Ecclesiastica, differit, opere in duas partes diviso, quarum unaquæque ostendit non modo Rempublicani Mechlinensem, sed & Clerum S. Rumoldo debere, quicquid paulatim accrescendo obtinuit. Hinc Cap. I vetustissimæ Mechliniæ sub Adonis Imperio lñieamenta, irascentiaque sub prædicatione S. Rumoldi Ecclesiam describit. Cap. II eruit, sub quibus Dominis post graffationes Normannicas per miracula paulo emiserit, idque meliorum monumentorum ope præstat, quam quibus Scriptores antecessores hactenus usi sunt. Mox fabulosa urbiuum principia rejicit, Brabantæ Eymon ex Valefio & Dongelbergio acris judicii viro Prælii Woringani Scholasticæ

Principe Arausisionensi A. 1578 Antverpiam una cum alia supellectile ablata, inque profanos usus converta fuit; teste Dionysio Murart in Hist. Eccl. Belgica A. 1578. Cap. XVI & XVII reliquias S. dispersas, sed denuo collectas, & processu ea propter instituto probat p. 44, novamque thecam argento elaboratam, cuius pondus 4000 uncias habuerit. Praesule Matthia Hovia, 3000 florenos conferente, juxta monet, eam ita esse fabrefactam, ut in tabulas dissolvi iterumque conjungi queat, quod A. 1635 factum, ea æri incisa extat p. 47. Cap. XVIII de antiquo S. Rumoldi Sacello agit, quod paulo post illius Martyrium sub ejusdem nominis auspicio extruci coepit, Domynsio falso statuente, facellum illud S. Stephano dicatum fuisse. Erat huic facello alia ædricula sub R. Magdalena nomine finitura, quæ tamen per S. Rumoldi gloriam obfuscata titulum amisit, cum huic amplior moles destinaretur, quæ Sec. XII inchoata, post tria tandem secula ad summum decus evaserit. Cap. XIX docet, hujus amplioris Ecclesiæ navini inchoatam Sec. XII finiente, cum Waltherus Berthoud III viveret, sibiique sepulturam in templo construeret: auctam sub Walthero alio, cuius diploma A. 1265 scriptum extat: post incendium A. 1342 denuo instauratam. A. 1451 una cum turri vastissima, idque donariorum ope, quæ occasione Jubilæi a Nicolao V. concessi, a Calixto III. & Pio II extensi, largiter offerebantur: quibus accessit Bulla Leonis X A. 1516, quæ vastas opes concilians, summam huic templo præ aliis Belgii magnificentiam paravit. Cap. XXI referuntur preces & Hymni a Monacho Benedictinæ Sodalitatis anonymo-compositi, tum Leges Sodalitatis Rumoldinæ, quas Paulus V Pontifex approbavit. Cap. XXII exhibentur loca, quæ de reliquiis Rumoldinis gloriantur: inter quæ Stenockcel & Trudonopolis & Humbecka eminent, quo cum illæ transferrentur, Cornelius Le Cocq, Balduino Coquo Patri, Humbecæ Domino, gratulatus est, Jacobus autem Wallius<sup>1</sup> S. J. Poeta, Flander, Idyllion elegans lectuque dignum composuit, quod & inter Heroica illius legitur, quæ A. 1669 edita fuere. Dicitur & pars reliquiarum Regis-curiam ditionis Lucemburgicæ translata, quæ morborum variorum victrix; tum & in Pagum Sindereygen, cuius vicarius

Edmundus.

Edmundus Heylens Acta Rumoldi sese editurum esse frustra hactenus promisit. Cap. XXII victoria Mechliniensium A. 1303 ope S. Rumoldi impetrata siflitur, in cuius memoriam annua deambulatio circa incenia instituitur comite theca aenfisque albis funatibus, quem ritum Bulla Joan. XXII confirmavit. C. XXV refellitur fabula de Thomae Cantuariensis interfectoribus, quasi deperditum antea, in sceleris patrati poenam gustus odoratusq; usum Mechliniz primum receperint; certiora enim adeisse documenta, quae illos fiscarios partim Cusentiaz in Italia, partim Hierosolymæ intra triennium perliisse confirmat. His ita pertractatis sequitur Vita S. Rumoldi Autore Theodorico Abate ad S. Trudonem ex editione Hugonis Vardei, quain Abbas forte anno MC scriptis, quin paulo post A. MC VII die VII Kal. Maji obierit. Hanc Sollerius eruditis notis illustravit, observans inter alia, praeter Rumoldum Mechlinensem alium in Mimegarvordensi Ecclesia Episcopum A. 900 extitisse: alium in Scotia, cuius Benedictus Gononius fecerit mentionem: porro alium Praefulem Constantensem a Schaffnaburgensi A.M LXIX laudatum. Exquisita præterea sunt, quæ de Etymologia Mechlinii, quæque de S. Adonis coinitatu protulit. Pagina 8 inseritur Legenda Domynsiana, deperdita olim sed feliciter recuperata: differit ibi Cl. Autor de Insignibus S. Rumoldi, adeo inepit ipsi adscriptis, ut neminem tam fatuum fore putet, qui talem tesseram a S. Rumoldo unquam adhibitam sit putaturus.

Ita vitas excipit Corollarium, quo de Mechlinia tam sacra quam profana, Civili & Ecclesiastica, differit, opere in duas partes diviso, quarum unaquæque ostendit non modo Reipublicani Mechlinensem, sed & Clerum S. Rumoldo debere, quicquid paulatim accrescendo obtinuit. Hinc Cap. I vetustissimæ Mechliniz sub Adonis Imperio l'ineamēta, nascentemque sub prædicatione S. Rumoldi Ecclesiam describit. Cap. II eruit, sub quibus Dominis post graffationes Normannicas per miracula paulo eniererit, idque meliorum monumentorum ope præstat, quam quibus Scriptores antecessores hactenus usi sunt. Mox fabulosa urbium principia rejicit, Brabantæ Etymon ex Valegio & Dongelbergio acris judicii viro Prælia Weringani Scholasticæ

liaſte, Godofrido Wendelino recte constituit, qui postremus & Mechliniæ nonen ad probatiorem radicem deduxit, statuendo eam a vocabulo Machelin, quod manipulos seu Mandeli nomen at, derivandum esse. Urbis primordia ante Seculum VIII iurisper dissuadet, nec de antiquo situ disputandum putat: falli, qui ambitum ad centum jugera cum Gurnezio extendant. S. Rumoldum primum Mechliniæ fundamentum condito monasterio posuisse, et si A. 870 in divisione Regni inter Carolum Calvum & Ludovicum oppidi mentio fiat. Huc venisse S. Rumoldum, post S. Lambertum, cujus memoria hodie adhuc tam sancta, ut inter juris jurandi formulas nuncupetur: ab hoc idolum quoddam Musenii nomine appellatum eversum esse, popularis opinio putat. Cap. II disquirit, quosnam post Normannicas incursiones Mechlinia Dominos haberit, cumque *Gurnezius*, subleſtissimæ fidei scriptor, crediderit, illustres Bertholdos, Dynastas Grimbergenses, veros Mechlinii Dominos extitisse, *Bukensius* autem in *Tropheis Brabantiae* certius tradat, Mechliniam Laubensi primum deinde Leodiensibus Episcopis paruisse; Noster ostendit, Bertholdos Mechlinii Dominos Seculo X, XI & XII non extitisse, sed Imperium penes Ecclesiam Legiensem eo tempore stetisse, quod & Diplomaticis & *Chapeauvillio* de promis confirmat. Tum §. 3 agnoscit, Bertholdos Sec. XIII se se Advocatos Mechlinienses dixisse, idque probat ex variis conventionibus, quas cives cum Bertholdis inierunt, ut falsus proinde sit *Gurnezius* scribens, Bertholdos dimidium principatum obtinuisse. §. 4 de antiquis Mechlinii dominis agens arbitratur, urbem post invasiones Normannicas fuisse acephalam atque inde per donationem regiam ad Episcopos Leodienses pervenisse, quod documenta Chapeauvillana probant. Annuit vero ad hoc ipsum Carolus Simplex, qui Stephano Præfuli multum indulxit, juxta diploma, quod cum fruſtra apud Chapeauvilleum quærat, recens e tabulis Leodiensibus insertum est. Tandem exhibet conventionem inter Hugonem Ep. Leodiensem & Waltherum Bertholdum A. 1213 stabilitam, e qua manifestum, Bertholdos nihil juris in Mechlinienses habuisse. Cap. III docetur, qua ratione urbs Sec. X & XI per miracula S. Rumoldi magna fecerit

fecerit incrementa, laudaturque opera Notgeri Episcopi Leodiensis, qui XII Canonicorum Collegium erexit, quanquam Baldricus Cameracensis statuat, istud ante Notkerum jam extitisse. Cap. IV Mechliniū Sec. XII magis adhuc inclarescens describitur, quo nempe Altare & Jurisdictionem a Cameracensis Episcopis impetravit, teste membrana quam Cameracensis anno 1147 dedit. C. V multo illustrior evasit Sec. XIII, quum Canonicī ex clauſtro ad novam Basiliacā transgredērentur, tum enim non varii novi ordines Religiosi acceſſerunt, Parochiæ auctæ diſtinctæque, amplificatus Canonicorum numerus, qui Secalo XIV jam ad tres Decades excreverat. Hos inter magnas dignitatis Viri extitere, interque Præpositos Principum Filii, quorum nomina quædam *Gramajus* exhibet. Cap. VI turbas explicant, quibus urbs jactata, sed & iisdem S. Rumoldi ope feliciter erupta fuit, quarum potior, quum ab Henrico Geldrenſi, Electo Leodiense, oppugnaretur A. 1267; quo factum, ut aliquandiu Duci Brabantij Joanni II traderetur. Etsi vero Dominium paulo post urbi redderetur, anno nempe 1300, mox tamen per transactionem ad Duces rediit A. 1308, a quibus ad Hannoniæ Comites 1313 pervenit, donec tandem Comitibus Flandriæ A. 1333 venderetur, unde rufus jus Duci Brabantino cessum A. 1346, a quo iterum ad Flandrum 1355 rediit, sub quo fidelissime permansit. Cap. VII Mechliniensis Ecclesiæ dignitas Metropolitana refertur, quam tum obtinuit, quum varii Episcopatus sub Paulo IV erigerentur, a quo VI Ecclesiæ cathedrales Mechliniensium Præfuli subditæ, nempe Antverpiensis, Gandavensis Bergensis, Irensis, Buscoducensis & Ruremontana, qua de re *Arnoldus Havenius* singularem commentarium Coloniæ A. 1609 edidit. Cap. VIII primum Præfulem sifit *Antonius Perenotum Granvillanum*, S.R.E. Cardinalem, Episcopum Atrebatensem, Jovio, Thuano, Beimbo, Stradæ, Chiffletio, Ughello, Petramellario, Lipcio laudatum, virum imperatoria forma magnisque virtutibus prædictum, cuius symbolum DVRATE a Joanne Mello Poeta pulchro Dialogisno expressum fuit. Quem exceptit Joannes Hauchinus 1582, cuius vitam Jo. Bernatius Lovanius anno Præfulis emortuali 1589 edidit. Sequitur Hovius, cuius

cujus symbolum: SUPERAT PATIENTIA FORTEM, defunctus 1620, laudatus a Cornelio a Lapide Praefat. ad Epistolas Pauli. Successit Jacobus Boonen, e Prasulatu Gandensi huc translatas, qui Rusbrochii ipsiana elevavit, vixitque ad annum 1655, laudatus a Godofredo Wreylio. Eum exceptit Andreas Creufen, antea Ruremondensis, privatim parcus, publice liberalis, quod prædicat Jacobus Wallius Lyricorum L. 1 p. 294. Jesuitarum Patronus, quibus domum erexit. Post quem cathedralm ascendit Joannes a Wachtendonck, brevi spatio defunctus A. 1668, cuius locum impievit Stephanus de Berghe & illustrissima familia oriundus, sed vivis exemptus A. 1679. Cui succedit Humbertus Guilelmus Comes de Precipiano Bizkotius, vir soleri, qui per viginti & octo annos, quos Brugensem & Mechlinensem Ecclesiam rexit, ne per officium quidem excubias neglexit, tandem vita tertia solitus 1709. Suffectus illi, qui vivit adhuc, cuiusque ab initio facta mentio, Thomas Philippus de Boffi A. 1714, idemque hoc præsentia anno, quo hæc scribimus, purpura Cardinalitia donatus. Cap. IV illustres Viri Capituli Mechliniensis, hinc Praepositi, Decani aliique literarum & virtutum gloria decori recensentur, allatis tandem Probationibus ad Acta S. Rumoldi, variisque Vitis, & aliis nonnullis, quæ istam historiam insigniter illustrabunt.

**FOEDERA, CONVENTIONES, LITERÆ**  
**& cujuscunque generis Acta publica inter Reges Anglie**  
**& alios quosvis Imperatores, Reges, Pontifices, Principes**  
**vel communites ab ineunte seculo duodecimo, scil. ab**  
**Anno nor ad nostrā usque tempora, habita aut traxeta;**  
**ex Autographis, infra secretares Archivorum regiorum**  
**Thefaurarias per multis secula reconditis, fideliter ex-**  
**scripta. In faciem missa de mandato Regine; accurante**

**THOMA RYMER, ejusdem Serenissime Re-**  
**gise Historiographo.**

**Tomus XIII.**

Londinij,

Londini, per A. &amp; J. Churchil, 1712, fol.

Alph. 9 plag. 19.

**P**AUCOS ex postremis regni ab Henrico VII administrati annos, sed haud paulo plures ex diuturno Henrici VIII imperio attingunt monumenta voluminis Rymeriani XIII., cuius narrationem lectoribus jam diu debeamus. Et Henrici quidem septimi iis temporibus, quorum hic acta referantur, virtus, pacem domi forisque consecuta, pacis etiam operibus potissimum enituit. Nam quod ad bellum cum Turcis gerendum Ladislao Regi Hungariæ Bohemiæque & Maximiliano I Romanorum Imperatori sumtuum partem concessit, id vero turbare haud poterat otium summum, quotum Anglia perfrulebat. Spectat igitur huc matrimonium, quo filiam natu majorem, Margaretham, Jacobo IV. Scotorum Regi desponebat. Magna illa & in historia Anglicana cum primis memoratu digna res est, quæ perpetua gentium duarum sibi infestissimarum ædia & bella sustulit, unum utriusque rectorem dedit, easque nostris temporibus communis Magnæ Britanniae nomine arctissime conjunxit. Prout autem Jacobo honorificum erat, filiam potentissimi Regis, eamque natu majorem, uxorem duxisse, ita illi cum amplissima dote in Scotiam missæ plurimas possessiones, ex quarum redditibus cultum regalem tueretur, attribuit. Isdem fere temporibus iteratum cum Catharina Hispanica Principe matrimonium Henricum nostrum distinuit, qui eam ab Arthuro, filio natu majori, præpropere extincto, fiduam relictam novis, sed, ut eventus docuit, minus auspiciatis nuptiis alteri filio, Henrico, junxit. Huic rei ut annueret facilius Pontifex Romanus, & vincula necessitudinis formula solenni solveret, primo dubium reliquit, an rem cum Catharina habuisse Arthurus, nec netum & propius se jam nosse Henricum & Catharinam & fortasse jam confieuisse, simulavit. Nam utrumque formula Julii II matrimonium permittentis, ut paulo post docebimus, satis manifeste prodit. Neque vero, cum ceteris liberis ita matrimonii prospiceret, Mariæ filia oblitus est, quam, Maximiliani avi auspiciis, Catolo, Archiduci tum Austriae Principique Hispaniæ

rum, solenni ritu repetitisque pactionibus, ingenti etiam multa, si Carolus adultior factus matrimonium id defigeret, sancta, nuptiam destinavit. Ipse, uxore orbatus Margarethanam, Sabaudiam ducem, Maximiliani filiam in matrimonium ducere constituerat, sed, in valetudine, quæ mortem propinquam denuntiabat, superveniente, rem infectam reliquit. Vitam cum laude actam avaritiae niaculæ haud leves deformabant, sed eas paulo ante supremum diem decretis propositis, & causam deferre jussis, si quibus iniqua ratione pecunia expresa esset, emendare est conatus. Rebus his lucem sequentia monumenta affundunt; *De Liga cum Ladislao Hungaria Bohemiaque Rege contra Mahometanos* p. 4; *pro Rege memorato de subsidio concedendo* p. 5; *pro Imperatore de subsidio contra Turcas* p. 9; *de confirmatione pro matrimonio Scotie ratificatio* p. 32. Non vacat hic omnia, quæ ad matrimonium Margarethæ cum Jacobo spectant, sigillatim citare, cuam plura ea sint & facili negotio possint loco suo reperi. Memoratu dignum studium Jacobi, quo cavit, ne Gallorum animos offenderet. Nam cum Anglorum oratores in formula jurisjurandi titulum Regis Franciæ Henrico tribuissent, & Jacobus illam non satis expensam admisisset, ex ejusque jurasset praescripto, postea re animadversa jusjurandum retractavit ea ex parte, Regemque Angliae & Hiberniae tantum Henricum appellavit. Hinc verba Jacobi p. 46 sq. *De inadvertentia quadam in dictis juramentis reformanda*: „Ego bene fateor, „me dictum juramentum fecisse & subscriptum, sed non bene „advertebam illud verbum FRANCIAE insertum, in eodem „primo juramento, nec illud verbum in juramento meo jam praestando includo nec impono, sed pro beneplacito patris mei, Regis „Angliae, paratus ero jurare & juramentum præstare ad obser- „vanda omnia & singula &c. „Non eadem religio Jacobo fuit, Henrico VIII ad regni gubernacula admoto, quem in jurejurando suo diserte Regem Franciæ nominavit, p. 267. *Super matrimonio cum Katerina infante dispensatio Pape* p. 59. Notanda hic verba: „Oblatae nobis nuper pro parte vestra petitio- „nis series continebat, quod cum alias Tu filia Catherina & tunc „in humanis ager, quondam Ariburus - - - matrimonium

*per verba legitima de praesenti contraxissetis, ILLUDQUE  
CARNALI COPULA FORSAN CONSUMMAVISSETIS . . .  
Nos matrimonium per verba legitima de praesenti inter vos con-  
trahere, & in eo, postquam contractum fuerit, ETIAMSI  
JAM FORSAN HACTENUS DE FACTO PUBLI.  
CE VEL CLANDESTINE CONTRAXERITIS AC  
ILLUD CARNALI COPULA CONSUMMATE  
RITIS, licite remanere valeatis, autoritate Apostolica  
tenore praesentium de specialis dono gratia dispensamus  
ac vos & quemlibet vestrum, SI CONTRAXERITIS, UT  
PRAEFERTUR, ab excessu hujusmodi ac excommunicatio-  
nis sententia, quam propter circa incurris, eadem autoritate ab-  
solvimus ; " Tractatus matrimonialis pro filia Regis  
cum Principe Hispaniarum confirmatio per Impera-  
torem & Principem Hispania conjunctim p. 200 ; Tractatus  
matrimonii ex parte Dominae Ducissae de Austria confirmatio p.  
219 ; Ejusdem obligatio pro penalitate p. 220 ; Obligatio Impera-  
toris per se pro penalitate p. 222 ; Litera penales pro obligatione  
Imperatoris & Principis conjunctim p. 224. Multa, si Carolus  
matrimonium cum Maria, filia Henrici, non iniret, constituta  
erat ducentarum & quinquaginta millium coronarum auri. De  
communicando & tractando super matrimonio Regis cum Margar-  
reta, Vidua Sabaudiae p. 127 ; De securitate pro dotibus Mar-  
garetha p. 129, v. & s. p. 131 ; Proclamatio pro Rege de omnibus de-  
bitis, querelis & demandis quibuscumque ad exonerationem con-  
scientia p. 106. Hæc de Henrico VII dicta sufficere rati ad Hen-  
ricum VIII pergitus, ubi monimenta percensere, quæ volu-  
men hoc historiæ profutura complectitur, haud paulo majoris  
operæ rem esse experimur. Ne igitur dicendorum multitudi-  
ne a perlustrandis hisce absterrantur lectores, ad capita potis-  
sumus duo cuncta revocabimus, quorum altero res cum Gallis,  
altero cum Scotis gestas exponemus, quibus Acta hæc lucem fœ-  
nerantur.*

*Cum regni gubernacula capesseret Henricus VIII, Itali-  
dis bellis Ludovicus XII Rex Gallorum, quibus gerendis tempus  
omnino propemodum regni sui impedit, vel maxime distineba-  
tur.*

tur. Danda igitur ei opera erat, ut vicinorum Principum, imprimis Henrici nostri, amicitiam coleret, ne ab externalium rerum cura ad domesticas averteretur. Mittere igitur legatos, foedera instaurare, pecuniamque imprimis, quam de summa septingentiarum quadragesinta quinque millium coronarum, parenti Henrico VII debita, nec dum persoluta, filius, heres paternus, haud immerito exigebat, non polliceri tantum, veruna & pensionibus constitutis nomen liberare. Sed Regem juvenem & nominis bello parandi cupidum tenebat otii, & ægre habebat, segnem atque ingloriam a se transmitti vegetam rætatem, quam senescentem rebus clarissimis gestis Ludovicus nobilitaret. Fœdere igitur, quod religiose servabat Ludovicus, contempto, Pontifici Romano & Hispaniarum Regi ad arma vocantibus obsecundat, bellumque perinde ac Ferdinandus, nomine adversus Mauros, re adversus Gallos, comparat. Rebus omnibus jam satis instructus auxilium Hispanis contra Geldriæ Ducem, fœderatum Ludovici, decernit, fœderi, quod Pontifex contra Ludovicum conflarat, accedit, exercitumque in Hispaniam mittit, qui Ferdinandi copiis junctus bellum Galliz inferret. Ibi delusus a Ferdinando, Navarram sibi, Anglis, qui otiosi neque in victoriæ neque in prædæ partem admittebantur, ludibrium querente, cum valido exercitu in Galliam trajicit, Gallos prælio notissimo, cui calcaria nomen indiderunt, ad Tarvannam fundit fugatq; ac Tarvannam ipsam & mox Tornacum, ipso Maximiliano I Romanorum Imperatore stipendiario milite usus, expugnat. Magnas hæc inimicitia, si diutius substitisset, clades Galliz minitabatur: sed eam, mala fide Hispanorum, qui Mariam, sororem Henrici, Carolo Principi tum Hispaniæ sponsam, repudiabant, labefactatam, propitia Ludovici fortuna præter spem sustulit. Eum enim & pacem, & Mariam, quam in matrimonium duceret, petentem tam benigne Henricus audiit, ut neutrum abnuendum ratus, alterum altero sanciret. Hac occasione idem ille antiqua nomina, nondum expuncta, exegit, quæ bona se fide expediturum recepit Ludovicus, sed morte occupatus promissis stare haud potuit. Sperare id tamen successor, Franciscus I jussit, qui novam, nova pactione inita, sibi

et sibi necessitatem debiti ejus solvendi imposuit. Evidem cum infestis ille armis Italianam ingressus, non tantum Medio-lanenses terras in potestatem redegisset suam, sed & Helvetios prælio longe maximo superasset, Henricus veritus, ne fœderis pactionumque immemorem victoria redderet, fœdere se novo, cum Imperatore Romauorum, Joanna & Carolo, qui simul tum Hispaniz imperitabant, & Helvetiis inito, adversus Franciscum armabat. Sed persistit adhuc concordia, quam corruptus pecunia Thomas Volsejus, summus tum rerum in Anglia arbiter, sartam testam servavit non tantum, sed & auxit nova de Mariæ filiæ Henrici & Francisci Delphini nuptiis pactione facta. Tornoquoque in vicem dotis redditio, quibus oranibus congressus duorum Regum, colloquiumque accessit, quod animos eorum magis magisque coninxit. Inciderunt tamen paulo post, quæ amiciam turbarunt, sed de iis Rymerianorū Actorum volumen proximum, nam præfens pauciora ea de re complectitur, dispendi materiali suppeditabit. Hæc omnia rectius atque pleniū ex modis negotiis sequentibus intelligentur. *Pro firma pace & amicitia tractatus cum Ambassadöribus Francie p. 270; Juramentum oratorum Francie super observatione Tractatus supra dicti p. 275; Ejundem Tractatus confirmatio p. 277; Commissio ad exigendum pecunias p. 279.* - - - ad petendum Instrumentum publicum ib. Super annos censu & quietantia pro uno termino p. 280; Instrumentum summisionis autenticum, pro solutio-*nē DCC XLV mill. coronarum Regi Anglia p. 287.* Debebatur hæc summa pro terroragis, ut verba instrumenti habent, debitis inclite Recordationis Eduardis quondam Anglia Regis, ratio-*ne obligationis sibi facta per inclite recordationis Dominum Lu-  
dovicum Sc. quondam Francorum Regem, & insuper ad solven-  
dum eidem Regis Henrico, boreibus & successoribus suis - - - -*  
*pro expensis per, bona memoria, Henricum super Anglia Regem  
ac ejusdem Regis Henrici, Regis moderni, Patrem, factis pro  
defensione Dominae Anne de Britannia Sc. De commissione pro  
quadam expeditione contra Mauros p. 294; De monstis capien-  
dis super Viagio contra Mauros p. 296; Super dicto Viagio, Litera  
Regis Aragonum p. 297; Literæ Acquistantia, pro uno sermino*

p. 298

p.298; *De commissione facta Edwardo Poynenges Militi* p. 302; *De liga pro Bononia recuperanda & summo Pontifice defendendo* p. 305; *De solutionibus Franciae* p. 310; *Liga pro Rescussu Papa Ratificatio Regis* p. 323; *De Admirallo & Principali Conductore pro succursu Papa constituto* p. 326; *Super ligam pro defensione Ecclesie Declaratio Regis* p. 342; *Articuli Bulla concessa Regi & Prosciscientibus cum eo ad bellum contra Ludovicum Francorum Regem* p. 343; *De Navibus, pro exercitu in omissiva Regis, providendis* p. 368; *Super Eskippatione prefati exercitus, de proclamationibus faciendis* p. 369; *Super Bello invasivo contra Ludovicum Francia refumendo & Matrimonio inter Carolum Imperatorem electum & Mariam Sororem Regis solemnizando* p. 379; *Commissione Ludovici Regis, ad Tractandum de pace & amicitia* p. 405; - - - *ad Tractandum & concludendum super Matrimonio contrahendo cum Maria Sorore Regis* p. 406; *Super Renunciatione sponsalium cum Carolo Ispaniarum Principe* p. 409; *Tractatus pacis & amicitiae inter Ludovicum Francorum Regem & Henricum octavum Angliae Regem* p. 413; *Tractatus Matrimonii inter Ludovicum & Dominam Mariam contrahendi* p. 423; *Instrumentum matrimonii contracti* p. 432. *Littera Regis Francorum ad Th. Wolsey Ele-  
ctum Eboracensem* p. 409. Amorem, quo Ludovicus Mariam deperit, ex hisce verbis ejus cognoscet: Il n'y a chose en ce Monde que tant ie desire que de la veoir & me trouver avecques Elle. Confer. ejusdem Ludovici litteræ ad Volsejum p. 455 seq. *Obligatio pro solutione summa supra memorata* p. 439. Complura hic succedunt sibi de iisdem rebus monumenta, quæ brevitas studio omittimus. *Tractatus amicitiae cum Francisco, Rege moderno* p. 476; *Obligatio Oratorum Francisci Regis, in qua ipsum obligant ad solutionem unius Millionis* p. 487; *Obligatio pro pecunia solvenda* p. 502; *De confederatione cum Leone Papa, Imperatore & Alligatis* p. 555; *Liga pro defensione Ecclesie & effrancata Principum Dominandi Libidine cobiibenda* p. 566; *Ejusdem confirmatio* p. 569; *Pro Cardinali, Thoma Volsejo, Pensio Regis Francorum* p. 610; *Regis Francorum commissio ad Tractandum super amicitia* p. 611; *De Tractando super Matrimonio* p. 613; *Pro eodem commissio specialis* p. 615; *Ad Tractandum super delibe-ratione*

*ratione Tornaci, Sancti Amandi & Moretanie p. 616; Ad tractandum de mutuo congressu p. 618; Tractatus Matrimonii inter Delphinum & Dominam Mariam p. 632; Tractatus pro deliberatione Tornaci p. 642; Ejusdem Confirmatio p. 659; Confirmatio Tractatus Matrimonii p. 665; Instrumentum sponsaliorum p. 666; Ratificatio Regis Francorum super Tractatu de mutuo Colloquio habendo p. 679; Pro receptione solutionum Francie p. 696; Commissio ad recipiendum Montiam pro civitate Tornacensi p. 697; Ratificatio Tractatum in mutuo congressu factorum p. 719.* Hactenus de rebus Henrici VIII cum Gallis, quibus consentiunt magna ex parte, quæ cum Scotis his temporibus gerit. Nam ut erant Gallorum Scotti partibus perpetuo addicti, ita vestigia eorum legebant semper, neque aliter sese adversus Anglos, quam Galli, geregabant. Gallis fœdus instaurantibus, & illi instaurabant, ad arma redeuntibus non segniores inferebant bellum, quod duobus simul hostibus propulsandis impares fore Anglos rebantur. Cum parenti succederet Henricus noster, Jacobus IV, qui sororem ejus in matrimonium duxerat, Scotis imperabat. Qui ut, Gallorum exemplo, novo tum Regi atque affini suo, fœdere se novo obstringebat, ita & paulo post, Gallis adversus Anglos arna capientibus, & ipse bellum iis indicere hanc cunctabatur. Abalienavit animum ejus primo suppliacioni Andreæ Bartoni, pirati, quem pugna navalium cæsum ab Anglis sociosque captos indignabatur. Hostilem ejus vim sensere Angli, simul Henricus infestis signis Galliam est ingressus, qui cum offensum ejus animum sanare nullo modo posset, Comiti Sartia bellum id mandarat. Expugnato is a Scotis Norhami castello, celeriter cogit exercitum castrisque motis ad hostem dicit. Pugna tum commissa, qua atrocior vix cogitari potest. Scotti, exemplo Regis sui pariter & cohortationibus accensi, nihil prætermittunt eorum, quæ iter ad victoriam sternunt. Sed eam fors Anglis decernit, qui Scottis ad unum prope omnibus cæsis, vixdum inchoato bello, debellant. Jacobus mori quam vinci maluit, perentusque, incertum utrum in prælio an post, in Anglorum potestate invenit. Henricus, antea tam exacerbatus in Jacobum, ut ei posterisque ejus spem omnem

Regni Anglici, hereditate adipiscendi, se admitturum minitaretur, cum audisset Regis fortissimi casum, ira in misericordiani versa ei, sacris interdicto, sepulturam honestam, qua alias earendum ei fuisset, a Pontifice impetravit, eaque re, qua una poterat, reconciliatum animum testatum fecit. Ita parta quies diuturna, nec temere metuendum quidquam a Scotis videbatur, imprimis cum soror Henrici, consentientibus Scotiaꝝ proceribus, filii impuberis vice Regnum moderari coepisset. Nam has partes ei ipse Jacobus, maritus, testamento facto, mandarat, gerendas, quamdiu novum matrimonium haud iniaret. Sed illa Arcibaldo Duglassio, comiti Angusie, nubendo res de quo turbavit. Procerum pars, qui Duglassio favebant, contendere, ut suscepta ei tutela Regis relinquetur, quorum causaꝝ Henricus noster, autoritate tamen potius quam armis, ne Regnum tot cladibus exhaustum prorsus ad interitum vocaret, propugnabat. Ceteri iisque plures contra nituntur, atque ut Joannes, Dux Albanie, e Gallia, in qua morabatur, exocatus Prorex crearetur, pervincunt. Regina igitur tutela se abdicare coacta est; profugitur in Angliam eripitur filius, Rex, atque seorsim ab illa educatur. His rebus adducta ad fratrem se recepit, sed parum ab eo auxiliū impetravit. Tametsi enim Henricus summopere contendebat, ne Albanie Duci summa rerum, Rege impubere, mandaretur, constantia tamen Scotorum victus rem suo reliquit loco, induciasque & fecit & factas identidem prorogavit. Interea Albanie Dux, partibus susceptis aliquandiu functus, rediit in Galliam, magnaꝝ Henricum sollicitudine sponte liberavit. Sed rerum statu, cum summaz rerum plures praesent, mox turbato, proceres eum, ægre id paciente Henrico, in Scotiam revocarunt. Reditus ejus, non frustra sollicitudinem Henrici, satis provavit. Nam rebus domi compositis, coacto exercitu Anglis bellum inferre parabat, sed proceres Scotorum contra tendentes, ut induciæ pro bello fierent, perficiebant. Secuta sunt tempora, quibus fortissimæ gentes denuo ad vim atque arma redierunt, verum eo monimenta voluminis hujus non pertingunt. Ex iis, quæhuc spectant, potiora commemorabimus. *De Confirmatione Tractatum Scotia p. 257; Super Juramento Anglorum Scotorumque*

rumque Regis Instrumentum publicum p. 261; De communicando cum Rege Scotorum p. 309; De commissione ad Juramentum Regis Scotorum requirendum p. 330; De apparando & Monstrum faciendo contra Scotos p. 339; Commissio pro Regimine Armata, versus partes Boreales, in resistentiam Scotorum p. 375; Ad literas diffidentia Regis Scotorum, per Heraldum Lyon Regi Theroanam obseriti missas, Responso p. 382. Notatu digna verba Henrici: Trusting also in time convenient to remember our Friends, and " requite you and our Enemyes, which, by such unnatural Demea-<sup>c</sup>nour have given sufficient cause to the Disherison of you and " your Posterity for ever from the Possibility that ye thinke to " bave to the Realme, which ye now attempt to invade. " De cor-  
pore nuper Regis Scotorum, in prælio Fludden Field imperfecti,  
sepeliendo p. 385; Rex Scotorum ad Regem Francicum super com-  
prehensione in Tractatu pacis Regis Anglia p. 508; Intimatio de  
comprehensione Scotorum p. 511; De tractando cum Rege Scoto-  
rum p. 549; Representatio Scotorum pro Duce Albania. Answer  
of Refusal to the King of England touching his Advise to remo-  
ve the Duke of Albany from the Government of the young King  
of Scots, sealed with seals of the Chief of Scotland p. 550; Instru-  
mentum, in quo verbatim repetuntur Articuli de Appunctuamen-  
tis Scotia p. 574; Quidam Articuli conclusi inter Ducem Alba-  
nia Protectorem Scotia & Henricum octavum Anglia Regem p.  
578; De Treugis, per Ducem Albanie captis, Approbatio Scoto-  
rum p. 381; Ratiificatio per Scotorum Regem p. 602; Litera Re-  
gis Scotorum super Treugis p. 727; Ad literas de Treugis re-  
sponsio custodis Marchiarum p. 727; Super Treugarum proro-  
gatione litera Regis Scotorum p. 730; Indentura Treugarum  
Scotia p. 736; De custodia Regni, durante Minoritate Regis Sco-  
torum, responsoria p. 761. His poteramus iam res domini gestas  
subjungere, ad quas sumimus dignitatis gradus spectat, ad quem  
Thomam Volsejuni sensim sensimque Henricus exexit. Is enim  
summus rerum praesesse jussus, tanta pollebat domini forisque au-  
toritate, ut eum Principes externi magis, quam Henricum ipsum  
colerent, & certatim stipendiis ornarent. Neque minus hic  
liceat exemplo Polydori Vergili, jure civitatis donati, ostendere,

literas Henricum earumque cultores amasse, tametsi idem Vergilius in carcerem postea conjectus duriora paulo fata subiit. Idem illud perspici potest ex *Collegio aenei nasi*, quod Oxonii fundandi facultatem Guilielmo, Lincolnensi Episcopo, & Richardo Suttonio, Armigero, concessit. Ab eodem amore literarum scientiarumque manat institutum Societatis Medicorum Londinensium, quæ anno post C. N. M. DXVIII auspiciis Jo. Chamber, Thomæ Linacri, Fernandi de Victoria, Nicolai Halswel, Jo. Francisci, & Roberti Haxley coiit. Omnium clarissime Henrici amor in literas perspicitur, quod ipse, pro superstitione ea temporum, contra Lutherum scripsit librum eoque sibi titulum Defensoris Fidei peperit. Sed suffecerit hic notasse monumenta, quæ accuratius hæc nosse cupientes pervolant, oportet. *Pro Thoma Wolsey Eleemosynario Regis* p. 267; *Pro eodem* p. 269; *Pro Polydoro Vergilio* p. 290; *De collegio fundando* p. 320; *De Thoma Wolsey in Episcopum Lincolnensem promovendo* p. 390; *Pro T. Episcopo Lincoln. Electo Eboracenſe* p. 412; *Papa ad Regem pro Polydoro Vergilio* p. 515; *Ju. Cardinalis de Medicis pro eodem* p. 516; *Promissio Secretarii Ducis Mediolani pro 100000 Ducat. solvendis singulis annis Cardinali Eboracenſe* p. 525; *De liberatione Magni Sigilli Thomæ, Cardinali Eborum, & de ejusdem Juramento* p. 529; *De Pensone pro Cardinale Eborum per Regem Castella* p. 591. Monumentum de simili stipendio Francisci, quod Volfejo peperit, supra memoravimus. *De Collegio Medicorum fundando infra urbem Londonie* p. 654; *Pro Cardinali Eborum pensio Imperatoris* p. 714; *Bulla de Pensone pro Cardinale Eborum* p. 725; *Bulla super prorogatione officii Legationis & Ampliationis Facultatum* p. 739; *Bulla pro titulo Defensoris Fidei* p. 756. Ejus Bullæ formam nobilissimus Rymerus ære exprimendam duxit, qua de re monendos lectores harum rerum curiosos putavimus. *De gratiis pro Libro, per Regem contra Lutherum scripto* p. 758.

**Johann Peter Ludwigs vollständige Erläuterung  
der guldnen Bulle.**

i. c.

**JOHANNIS PETRI LUDEWIG COMMEN-**  
*tarius plenior in Auream Bullam.*

**Tomus II.**

Francofurti, apud Thoman Fritschium, 1719, 4.  
Alph. 9 pl. 19.

**C**eleberrimus Autor, cuius iudiciorum Juris Publici doctrina multum debet, secundum Tomum Commentarii sui in A. B. nunc tandem edidit, postquam primum, de quo in Actor. Erud. Suppl. Tom. VI Sect. 9 p. 418 diximus, jam pridem præmisserat. In præfamine operi præmisso allegat causas, quibus ad librum hunc edendum fuerit permotus, inter quas primo loco mominat legum patriarcharum neglectum. Observat hic Autor, Jus publicum non rite haec tenus esse propositum, sive ab Historiis, qui legum patriarcharum, sive a Jureconsultis, qui Historiæ minus gnari fuerint. Deinde monet, huic operi conscribendo eo se imprimis adductum, quod perlegendo scriptores, qui ad A. B. hoc usque commentati essent, animadvertisset, eosdem nec verba, nec res, nec jura eadem A. B. comprehensa, rite assectos esse, quod exinde maxime derivandum ducit, quod hi ipsi scriptores historiae medii ævi non ita ut par erat instructi essent. Sistit deinceps singulos Commentatores A. B. ac de unoquoque judicium exponit. Primo loco Johannis Limnæi mentionem facit, de cuius observationibus in A. B. id prædicat, esse scilicet easdem ceteris, quæ idem argumentum pertractant, perfectiores, quæstiones continere utiles pariter ac jucundas, illustrare easdem exemplis a moribus exterarum gentium petitis, & in his omnibus libere & abjecto metu versari Liinnæum. Desideratur tamen in eodem, quod ipsi textui explicando non justam navaverit operam, deinde eum res Germanici Imperii indole aliarum rerum publicarum metiri, cum res gestæ Germanorum non æq; eidem fuerint perspectæ ac aliorum populorum, aliquando ne verba quidem A. B. nedum mentem ejus satis assequi, porro Aæ Bullæ niuniam fidem habere, in iis etiam, in quibus alicujus

literas Henricum earumque cultores amasse, tametsi idem Vergilius in carcerem postea conjectus duriora paulo fata subiit. Idem illud perspici potest ex *Collegio aenei nasi*, quod Oxonii fundandi facultatem Guilielmo, Lincolniensi Episcopo, & Richardo Suttonio, Armigero, concessit. Ab eodem amore literarum scientiarumque manat institutum Societatis Medicorum Londinensium, quæ anno post C. N. M. LXVIII auspiciis Jo. Chamber, Thonia Linacri, Fernandi de Victoria, Nicolai Halsewel, Jo. Francisci, & Roberti Haxley coiit. Omnium clarissime Henrici amor in literas perspicitur, quod ipse, pro superstitione ea temporum, contra Lutherum scripsit librum eoque sibi titulum Defensoris Fidei peperit. Sed suffecerit hic notasse monumenta, quæ accuratius hæc nosse cupientes pervolvant, oportet. *Pro Thoma Wolsey Eleemosynario Regis* p. 267; *Pro eodem* p. 269; *Pro Polydoro Vergilio* p. 290; *De collegio fundando* p. 320; *De Thoma Wolsey in Episcopum Lincolniensem promovendo* p. 390; *Pro T. Episcopo Lincoln. Electo Eboracenſi* p. 412; *Papa ad Regem pro Polydoro Vergilio* p. 515; *Ju. Cardinalis de Medicis pro eodem* p. 516; *Promissio Secretarii Ducis Mediolani pro 100000 Ducat. solvendis singulis annis Cardinali Eboracenſi* p. 525; *De liberatione Magni Sigilli Thome, Cardinali Ebororum, & de ejusdem Juramento* p. 529; *De Pensione pro Cardinale Eborum per Regem Castella* p. 591. Monumentum de simili stipendio Francisci, quod Volfejo pependit, supra memoravimus. *De Collegio Medicorum fundando infra urbem Londonie* p. 654; *Pro Cardinali Eborum penſio Imperatoris* p. 714; *Bulla de Pensione pro Cardinale Eborum* p. 725; *Bulla super prorogatione officii Legationis & Ampliationis Facultatum* p. 739; *Bulla pro titulo Defensoris Fidei* p. 756. Ejus Bullæ formam nobilissimus Rymerus ære exprimendam duxit, qua de re monendos lectores harum rerum curiosos putaviimus. *De gratiis pro Libro, per Regem contra Lutherum scripto* p. 758.

### Johann Peter Ludwigs vollständige Erläuterung der güldnen Bulle.

i. c.

*JOHANNIS PETRI LUDEWIG COMMEN-*  
*tarius plenior in Auream Bullam.*

*Tomus II.*

Francofurti, apud Thomam Fritschium, 1719, 4.  
Alph. 9 pl. 19.

Celeberrimus Autor, cuius iudiciorum Juris Publici doctrina multum debet, secundum Tomum Commentarii sui in A. B. nunc tandem edidit, postquam primum, de quo in Actor. Erud. Suppl. Tom. VI Sect. 9 p. 418 diximus, jam pridem premisserat. In prefatione operi premisso allegat causas, quibus ad librum hunc edendum fuerit permotus, inter quas primo loco mominat legum patriarcharum neglectum. Observat hic Autor, Jus publicum non rite hactenus esse propositum, sive ab Historiis, qui legum patriarcharum, sive a Jureconsultis, qui Historiae minus gnari fuerint. Deinde monet, huic operi conscribendo eo se imprimis adductum, quod perlegendo scriptores, qui ad A. B. huc usque commentati essent, animadvertisser, eosdem nec verba, nec res, nec jura eadem A. B. comprehensa, rite asservatos esse, quod exinde maxime derivandum ducit, quod hi ipsi scriptores historiae medii et non ita ut par erat instructi essent. Sistit deinceps singulos Commentatores A. B. ac de unoquoque judicium exponit. Primo loco Johannis Limnæi mentionem facit, de cuius observationibus in A. B. id predicit, esse scilicet easdem ceteris, quæ idem argumentum pertractant, perfectiores, quæstiones continere utiles pariter ac jucundas, illustrare easdem exemplis a moribus exterarum gentium petitis, & in his omnibus libere & abjecto metu versari Liinnæum. Desideratur tamen in eodem, quod ipsi textui explicando non iussam navaverit operam, deinde eum res Germanici Imperii indole aliarum rerum publicarum metiri, cum res gestæ Germanorum non æquidem fuerint perspectæ ac aliorum populorum, aliquando ne verba quidem A. B. nedum mentem ejus satis assequi, porro Aureæ Bullæ nimiam fidem habere, in iis etiam, in quibus alicujus

erroris ex monumentis Historiæ mediæ ævi argui possit, & tandem communes errores de origine Electorum & alios securè sequi. Prætermittimus, quæ de Martini Rumelini Dissertationibus in A. B. Jo. Jac. Speidelii Additionibus ad decem priora capita Rumelini, tum Nic. Myleri ab Ehrenbach Additionibus ad A. B. quæ inde incipiunt, ubi Speidelius substitit, Schwederi Additionibus ad Rumelinum, Georgii Theodori Dieterici Notis ad A. B. Geraci Buxtorffii Dissert. seu Conclusionibus ad XVII priora Capita A. B. Dominici Arumæ Discursu in A. B. Godofredi Suevi Exercitationibus Feudalibus, quibus quæstiones J. P. inseruit, Jo. Vokemari Bechmanni Dissert. exotericis J. P. juxta ordinem A. B. Jo. Ottonis Taboris Epitome A. B. inethodica, Bened. Carpzovii Synopsi Juris Feudalis cum semi-centuria Quæstionum ex A. B. Caroli IV, Georgii Lehmanni Philyra ad A. B. Henr. Ziegleri Conclusionibus ad A. B. Jo. Andr. Crusii Notis ad A. B. Nic. Christoph. L. B. deLyncker serie A. B. Carolinæ, cum introductione, observationibus & tabulis edita, Jo. Schilteri Annotationibus ad A. B. quæ Tomo II Juris Publ. exstant, Cyriaci Lentuli succinctis annotationibus in A. B. libro ejus de statu Reip. Romanæ prisco & recentiori insertis, Hier. Caninii libro Italico, sub tit. Sominaria Istoria della elettione e coronatione de Ré de Romani Ven. 1612 edito, Petri Ostermanni Epitome A. B.exegetica, Georg. Lud. Lindenspur Notis in A. B. Melch. Heim. Goldasti Notulis in A. B. cum Rationali ejus, quo jura Imperii contra Baronium defendit, A. 1607 vulgatis, Heinr. Guntheri Thulemarii Tractatione de A. B. Aug. Vilcheri Discursu de Electione Regis & Imp. Rom. ejusque solennitatibus ad A. B. Ahafveri Fritschii Observationibus ad A. B. Henrici Goeden Consiliis ad A. B. qui Jus publicum absurdissimis doctrinis conspurcaverit, v. g. cum Eusebium jam demonstrasse tradit, quod Imperator non nisi e Germania oriundus eligi debeat, Henrici Christoph. a Griesheim Discursu Hist. Pol. Juridico ad Basin A. B. ejusque titulos 1, 2, 3, 4 & 5, ac demum de Jac. Brunneinanni Dissertatione de mutatione A. B. accurate judicat Ill. Autor; e quibus facile intelligas, eum scripta hæc omnia prius quam opus aggredetur, haud perfunditer excusisse. His ita expositis

expositis de A. B. authentia edifferit, & plurima quidem pri-  
mum ipse in medium afferit, quæ eandem dubiam facere posint.  
Monet hic primo, quod non, prout in aliis Comitiis Imperii  
factum fuerit, omnes Status Imperii comparuerint ac Recessus  
subsecuto subscripterint, & ipsa insuper subscriptio Cæsaris de-  
sideretur. Porro id suspicandi ansam præbere, quod licet sub  
exordium anni 1356 prima pars A. B. Norimbergæ condi-  
ta, reliqua vero portio ejusdem Metis exeunte eodem anno ad  
fanem esset deducta, nihilominus tamen authentica exemplaria,  
quæ Moguntiæ ac Francofurti deprehendantur, universam A.B.  
continua serie sistant. Deinde tam varia in A. B. occurrere, de  
quibus vix credi possit, ea consensu Principum Imperii eorum  
præjudicio esse inserta, ita enim vix credibile, Domum Bavari-  
cam æquo animo tulisse, quod Electoratus eidem familiæ ad-  
emptus & in Palatinam fuerit A. B. lege translatus. Versiculos  
etiam passim insertos & divisionem in capita eorumque inscri-  
ptiones, a stylo legum ferendarum alieniora vidéri, & quæ sunt  
alia. Propugnatur tamen ab Hl. Autore authentia A. B. & lar-  
gitur is quidem, utrumque comitiorum, Norimbergen-  
sium ac Metensium, mentionem apud scriptores fieri; subscriptio-  
nem vero Caroli IV & Statuum Imperii prætermissam esse,  
ex consuetudine Caroli IV, cuius etiam alia extant autographa ab  
eodem non subscripta, licet ejusdem jussu edita; contra ipsum si-  
gnum majestatis omnem fidem supplere; & licet omnium Sta-  
tuum Imperii consensu ad condendum novam legem deside-  
retur, hoc tamen Imperatori reservatum esse, ut leges Statuum  
Imperii consensu sigillatim editas in codicem unum redigi  
curet; quod porro nonnullis Statibus A. B. præjudicio esse vi-  
deatur, id ex eo esse, quod prolixior disquisitio & cognitio cau-  
sarum prætermissa fuerit; versiculos non tam Legislatori quam  
compilatori A. B. esse tribuendos; ipsa vero A. B. capita, para-  
graphos & inscriptiones non esse authentica. Sed progredi-  
mur ad ipsum hujus operis Tomum II, quo illuſtris Autor A. B.  
titulum i & reliquos (quippe de prioribus in primo tomo fuit  
actum) variis annotationibus illuſtrat. Pag. i monetur, titu-  
lo II eadem pertractari, quæ titulo 8., hoc discrimine obser-  
vato,

vato, ut privilegia Electori Bohemiæ in modo commemorare capite tributa hic singulis Electoribus indulgeantur. Pag. 3 notat, Baronis vocem olim Landgravium denotasse, in prædio suo variis regalibus & præminentibus præditum, nostra vero ætate dignitatem gentilitiam innuere, cui tamen sustinendæ non præcise regalibus vel territorio opus sit. Pag. 4 redditur ratio, cur non æque in titulo 8 A. B. ac in tit. 11 facta sit mentio Vasallorum feudali nexus obstrictorum, nimirum quia in Regno Bohemiæ feuda sint rariora, quandoquidem tum Nobilium, tum Baronum prædia, imo ipsi Principatus Silesiaci allodiis accenseri consueverint. P. 17 quæstio agitur, an Elector possit esse iudex in propria causa? Etsi vero id tam Juri Naturæ & Civilis, quam consuetudini medio ævoreceptæ, qualimperator Principem Imperii e suo territorio evocare & in publicis Imperii comitiis in jus vocare tenebatur, tum & Juri Feudali Germanico, quo singula potius permittenda sunt decisioni statuum provincialium tanquam Parium curiæ, repugnare videatur; his tamen non obstantibus affirmativam tuetur Noster, his quidem adductus rationibus: 1 quia nostra ætate judicium Parium curiæ in desuetudinem abierit, & plerique Principes in locum hujus judicij regimina sua five cameras feudales substituerint; 2 a causis feudalibus ad causas civiles non tuto licet argumentari; 3 Romana jura tantummodo ad Præfectos Romanos spectare, quum Statibus Imperii jurisdicçio ac superioritas territorialis proprio jure competit; 4 omnem metum studii partium abesse, quando Acta ad collegia extraneorum JCtorum transmitantur vel subditorum juramentum relaxetur; 5 ipsum Imperatorem in Capitulatione promittere, se nolle Status Imperii in causis, quæ insidem cum subditis suis intercedant, turbare. P. 15 asseritur, subditum Regni Bohemiæ, cui iustitia denegata, posse ad supremam Imperii judicia provocare. Obstat quidem, 1 titulum 8 A. B. Electori Bohemiæ Privilegium de non appellando absque ulla restrictione esse conceptum; 2 posse videri Imperatorem non in uno eodemque titulo vel ideo tradidisse electoris Bohemiæ & reliquorum Electorum privilegia de non provocando, ne prærogativa ista, quæ hac ex parte competenter Electori Bohemiæ, nimium

nimum incurreret in oculos; 3 in privilegio Electori huic tributo provocatum esse ad observantiam antiquam; 4 Imperatorem majori libertate usum esse in restringendis reliquorum Electorum privilegiis; & tandem 5 discrimen attendi debere inter Regnum ciausum & reliquos Electoratus, Regno enim prærogativam competere præ Electoratu. At respondet Noster, 1 Electores singulos æqualis esse conditionis; 2 Regiæ dignitati ex hac provocandi licentia nihil decadere; 3 eadem rationem fuisse Regum Daniæ & Norvagiæ, quum Imperio nostro subjecti essent, & 4, licet restrictionis hujus in titulo 8 non fiat expresse mentio, sub eodem tamen tacite contineri, cum & in Privilegiis de non appellando, reliquis Principibus indulitis, hæc restrictio fuerit prætermissa. Pag. 42 investigatur, quo jure Elector Saxonizæ Privilegium de non appellando ad terras Thuringiacas & Franconicas extendere possit: fundamentum repetitur ex clarissimis verbis, quæ in Privilegio anno 1559 concessò occurrunt, quippe quæ ad universam familiam Electoralém, tam quatenus in ea sunt Electores quam quatenus Duces Saxonizæ, spectent, ratione etiam addita, ne præminentia Electoris imminuatur aut aliquid eidem detrahatur. Ita pariter & p. 43, reliquos Duces Saxonizæ Privilegio de non appellando frui, affirmat. Licet enim obstat videatur, in A. B. tantum sermonem esse de Electoribus Saxonizæ, Bullam Sigismundi etiam Friderici Electoris, non item reliquorum Ducum Saxonizæ, mentionem facere, & privilegium de anno 1559 habere se ad instar referentis ad priora duo relata, immo nec reliquos Electorum consanguineos ad fructum hujus privilegii adspirare; attamen probat, verba privilegii de anno 1559 satis clare loqui de Ducibus singulis Saxonizæ, unde nec Ernestinæ lineæ id privilegium invidendum, præterea singulos Electores huic privilegio assensum suum præbuisse atque insuper Duces Saxonizæ merito se diuturno usu tueri. Pag. 49, Electores privilegio de non appellando posse uti, non solum in circulis suis Electoralibus, sed & singulis suis provinciis, prolixe evincit. Pag. 61 asseritur, Electoribus integrum esse etiam de rebus, quæ extra limites Germanizæ sive in Italia sive alibi geruntur, dummodo pertineant ad

Kk

Impe-

Imperium Germanicum, dispicere. Non desunt hac ex parte rationes contrarium suadentes. Italo[n]empe tempore Interregni peculiari gaudere Vicario, Duce Sabaudia, Pontificemque defuncto Imperatore omnem potestatem tam Germanici quam reliqui Romani Imperii sibi vindicare, A. B. etiam tantum Germanis leges praescribere posse &c. At probat Author, Majestate & autoritatem Imperii esse communicatam inter Imperatorum & universum Imperium ita, ut Electoribus circa superioritatem utriusque statuere liceat; Vicariatum Italiz, ab Imperatore dependentem, morte ejusdem extingui aut saltem subordinari Vicariatui Imperii, adeoque Electorum potestati esse obnoxium, & cum dicatur in titulo 12 Aur Bull. §. 1, debere Electores consulere, quid orbi terrarum proficit, nihil aliud innui quam quod in communon utilitatem debeant consulere, & generatim Electoralium potestatem cum Imperatoris potestatis maxima ex parte concurre. Pag. 67 sigillatim causæ exhibentur, quæ in conventibus Electoralibus pertractari possint ac debeant. Pag. 72 negat Author, conventus Electorales in civitate mediata municipali institui posse. Nam licet olim Magdeburgi quoque, Heribpoli, Bambergæ comitia Electoralia fuerint celebrata, attamen leges Imperii, quoties de comitiis Electoralibus loquantur, iis civitatem Imperialem destinare, & municipales urbes minus quam Imperiales his comitiis aptas esse evincit, simul observans, quantæ turbæ evanescuerint ex eo, quod Imperatores Franconici, imprimitis Heinrici, comitia Imperii in Saxonia & Bavaria plerumque celebraverint. Pag. 73 asseritur, A. B. hodie non obstringere Electores, ut conventibus Electoralibus ipsimet interfuerint, licet id A. B. titulo 12 §. 2 constitutum videatur. Idque probatur ex eiuspli conventuum horum, qui celebrati sunt seculo decimo septimo, quibus omnibus ne quidem maximus numerus Electorum interfuerit, cui accedit, tum quod negotia facilius expediti a legatis prudentioribus quam ab ipsis Principibus presentibus possint, tum quod Electores in Unione Electorali A. 1520 decreverint, Electorales conventus per legatos posse celebrari. Pag. 91 defenditur, Imperatores non posse non agnoscere

privi-

privilegia. Etsi enim objicias, magno præjudicio esse Imperio ele-  
ctio, quale nostrum, si Cæsari pro arbitrio privilegia in æternum  
duratura concedere liceret, sufficere etiam, Principibus privile-  
gia ab Imperatore ad dies vitæ illius concedi, & eos qui privi-  
legium impetrassent, de confirmatione illius mortuo Impera-  
tore, qui dederat, esse sollicitos; attamen & ipsum A. B. Con-  
ditorum titulo 13 §. 2 testari, se teneri privilegiis antecessorum  
sitorum, donec necessarium duceret eadem abrogare aut immu-  
tare, in quantum Electorum præjudicio cederent, & si prodigus  
forte fuisset Imperator in privilegiis concedendis, potuisse  
eadem iterum tolli, quod tamen ad exceptionem non ad Regu-  
lam pertinet, & plerosque Imperatores privilegiis suis inserere  
confueville, quod a nullo successore sint revocanda, imo in Art. I  
Capit. Cæsarez Imperatorem promittere, se privilegiis Electo-  
rum, Principum ac Statu in twendis operam daturum. P. 1.29 ex-  
cutitur quæstio: an immediatis Imperii Statibus jus foedera ineun-  
di absque consensu Imperatoris & Imperii competit? Rationes  
negativaæ huc redeunt, Romano jure varias sanctiones prostare,  
quibus omnes subditorum congregations & conventicula pro-  
hibeantur; regulis item Status & boni publici repugnare, sub-  
ditos uti jure armorum ac foederum, porro etiam eos, qui jus  
foederum largiantur Statibus, tot limitationes adjicere, ut univer-  
sum fere negotium destruant, asserere enim, 'hujus foederis  
unicum scopum debere esse communem tranquillitatem, item  
debere illud esse directum adversus Constatum, nec cum ullo  
Statu extraneo aut contra Imperatorem ac Imperium ineun-  
dum. Sed affirmativa sententia magis arridet Nostro, quia  
in A. B. titulo 15 §. 1 nulla foedera Imperio Germanico inter-  
dicta sint præter ea, quæ a civitatibus municipalibus & Statibus  
provincialibus ineuntur; jam inde a temporibus Cœfradi, Hein-  
rici Aucupis & Ottomum innumeræ exempla foederum extare,  
quæ Statibus Imperii intercesserint cum exteris pariter & Con-  
Statibus, nec uspiam patere, quod hæc foedera pro prohibitis  
existimata fuerint; imprimis vero suffragari huic opinioni  
Art. 8. Ius. str. pac. Westph. & Art. 6 Capt. Caroli VI, ubi Statibus

jus cum aliis foedera ineundi concessum fuerit. Pag. 248 fistitur summa tituli 16, nimurum neminem subditum posse simul in alia civitate jus civitatis nancisci, & hoc jure civitatis non obstante pristino suo domicilio uti, id enim Domino territorii veteri eadem sollicitudinem afferre, ac si subditus cum alio quodam foedus iniret, & evenire posse, ut occasione data novus Dominus novo civi sit auxilio. P. 280 quæstio movetur, an in Germania nemao in duobus locis simul jure civitatis uti possit? Evidem existimat, Græcos & Romanos videri permisisse, ut quis in duobus vel pluribus locis simul jure civitatis uteretur, nec nunc deesse civitates, quæ ita inter se pactæ sint, ut is qui in una civitate Jus civitatis consecutus esset, in altera civitate eodem jure uteretur, neque ab hodierna consuetudine abhorrente, mercatores propter commerciorum utilitatem in variis locis, ut Francfurti & Lipsiæ, civium numero inseri. At negativam sequitur Illustr. Autor, his imprimis rationibus adductus, quod & aperte repugnet A.B. titulo 16, cuius constitutionis causam hanc fuisse arbitratur, ne quis in præjudicium patriæ aut Domini territorii extranei auxilio uteretur; & ex veterum Rerumpubl. Statu ad nostram non valeat argumentatio, quandoquidem pluriniarum civitatum Statuta sine consensu civitatis, in qua quis jus civitatis jam nactus fuerit, idem consequi vetent. P. 233 quæstio ventilatur, num Princeps Imperii plures uno Electoratus possidere, ac ideo sibi in comitiis duplex votum vindicare possit? Etsi vero absonum judicent nonnulli, unum Electorem in Comitiis pluribus frui suffragiis, unde quoque in Pacto confraternitatis Hassiaco-Brandenburgico-Saxonicae provisum, ut deficiente alterutra familiarium Electoralium dignitas Electoralis ad familiam Hassiacam devolvatur, & quamvis Henricus Superbus duos dicatur Electoratus, Saxonum & Bavarium, possedisse, unico tamen suffragio in comitiis usum: Noster tamen probat, plures fuisse, qui duas provincias & duos Electoratus possederint, Heinricum nempe Aucupern & Ottones, qui Saxoniam & Thuringiam imperaverint; nullam porro contrariam sanctionem existare, & pare esse, ut eodem modo, quo vota hodie numerentur in Collegio Principum, colligantur quoque in Collegio Electorum,

rum; denique ipsam A. B. satis evincere, dignitatem Electoralem non esse a terris Electoralibus separandam. P. 1359 varia responsa proponuntur, ex quibus elucescit, solum matrimonium Principis cum foemina inferioris fortis eidem dignitatem Principalem nequaquam conciliare.

*LEXICON PHYSICO-MEDICUM: OR A NEW  
Physical Dictionary by JOHN QUINCY, M. D.*

Londini, ap. A. Bell, W. Taylor & J. Osborn, 1719, 8 maj.  
Alph. I plag. 7.

Cum solidior quidem Medicinæ Theoria non minus, ac Physicæ, mechanicis hodie superstruatur principiis, nondum tamen ullum Lexicon Medicum proferet, in quo termini Mathematico-Mechanici enodentur. Autor noster eorum maxime in gratiam, quibus nec otium, nec opportunitas est Mathematicæ addiscendi, defectum ejusmodi ex Autoribus eminentioribus supplere allaboravit in praesenti, quod exhibemus, Lexico Phisico-Medico. In hoc siquidem, obsoletis sepositis, derivationibus autem Græcis tunc præmissis, quando faciem rebus videntur præferre, imprimis Mechanica & Physica, hinc Anatomica & Physiologica cum nonnullis morbis ac potioribus operationibus Chymicis latius explanantur & figuris subinde ac schematibus additis illustrantur. Optandum solummodo esset, Autores, a quibus tales explications Noster desumfit, ubique pariter occurrere adscriptos, ac v. g. circa aerem & æstum marinum (*Tide*) Halley & Newton, circa plantarum & arborum divisiones Rajus, circa vegetabilium vegetationem Woodward, circa glandularum catalogum & musculorum tabulam, & que ac circa bilis secretionem sub jecinore, Keil, circa chlerosin, emmenagoga & menses Friend, circa narcotica & venena Mead expressis nominantur verbis. At enimvero sic vocabuli Momenti sensus Mathematicus alius, alias Physicus, sine ullo Autore innuitur, cum tamen prior, quantitates ut indeterminatas ac instabiles, & quasi motu fluxuque perpetuo crecentes vel decrescentes exprimens, in Newtoni Philosophia naturalis principiis

cipiis Mathematicis, posterior vero, quantitatem motus in mobili sive vim corporis infinitam movendi, ex ratione materie quantitatis celeritatisque compositam, designans in Jo. Keil Introductione in veram Physicam & Freind Praelectionibus Chymicis legatur. Sic sub attractionis titulo Newton quidem non immerito allegatur, veluti primus illius Renovator, Propositiones nihilominus octo, quibus illa hic stabilitur, non tam in Newtoni Scriptis, quam ea inter Theorematá deprehenduntur, quæ Jo. Keil instar legum attractionis Transactionibus Anglicanis A. 1708 p. 97 curavit inscripsi, in Actor. Nostr. Supplementa Tom. IV p. 272 transcripta. Sic arteriæ, venæ, ossa & quamplurimæ partes corporis nostri animalis ex Jacobi Keil Compendio Anatomiaæ prolixius describuntur, nulla interim mentione ipsius injecta. Sic morbos inter Amavrosis, Apoplexia, Catarracta, Catarrhus, Dolor, Epilepsia, Mania, Paralypsis & Vertigo ex Pitcarnii Elementis Medicinæ Physico-Mechanicis absque hujus nomine fusiis exponuntur. Sic ex Operationibus Chymicis Calcinatio, Crystallisatio, Destillatio, Digestio, Extractio, Fusio, Præcipitatio & Sublimatio, æque ac sub specifica gravitate duæ Tabulæ, in quibus specifica tum solidoruin, tum fluidorum, gravitas estimatur, ad ductum Freind in Praelectionibus chymicis absque ulla ejus mentione pluribus traduntur, etiamsi sub Tabularum istarum fine in lances ejusmodi ponderationibus inservientes ab Hawksbee ingeniose fabreficeri atque ab Harris in altero Lexici technici Volumine describi adjiciatur. Ceterum de Aloë, Aceto, Antimonio, Artemisia, Asaro, Bezoar lapide, Bezoar minerali, Cinnabari, Colocynthide, Croco, Hedera terrestri, Jalappa, Luna, Sale armoniaco ac Specificis medicamentis Autor agens Lectorem ad finum simul remittit Dispensatorium, suo etiam tempore a nobis recensendum.

### THE ANATOMY OF THE HUMANE BODY ABRIDG'D.

i. e.

*ANATOMIA CORPORIS HUMANI IN  
Compendium redacta a JACOBO KEILL,  
M. D. Londini.*

Londini, apud R. Smith, 1718, 12.

Plag. 16 $\frac{1}{2}$ .

**S**exta hæc est Editio, eaque correctior libri, quem adeo  
Starde ad nos delatum dolemus. De cuius pretio multa jam fa-  
cere verba vel ex hoc capite superfluum esse videtur, quod tam  
frequenter reiterata Editio de eo abunde testatur. Dispescit hoc  
Compendium Clarissimus Autor, in VI I capita, in quorum I de  
Partibus constitutivis, externis & communibus, in II de infi-  
mo Ventre, in III de Thorace, in IV de Capite, in V de Ossibus,  
in VI de Musculis, & in VII de Nervis, Venis atque Arteriis  
agit. Non solum autem Partes corporis humani omnes atque  
singulas describit, verum etiam usum, quem habent, ex ea-  
rum compositione derivat & exponit. Sic actionem muscu-  
larem per rarefactionem sanguinis & spirituum, cavitates fi-  
brarum distendentium, fieri perhibet. Digestionem stoma-  
chi, dissolutionem seu separationem alimentorum in adeo par-  
vas particulas, quæ aptæ sint, ut vasa lacæta commode intra-  
re atque cum massa sanguinea circulari queant, vocat. Quam  
cum maximam partem præter salivam & humorem gastricum  
liquores, quos pro potu assumimus, præstent, illa potulenta  
ad hanc actionem promovendam idonea judicat, quæ summe  
fluida, omnique visciditate expertia existunt, inter quæ aqua  
nullus commodior datur liquor. Quanquam autem quædam  
spirituosa & generosa potulenta ciborum substantiam pene-  
trent, talem tamen hæc possidere simul dicit qualitatem, quæ  
tantum absit, ut digestione in promoveant, ut eandem poti-  
us insigniter sufflaminent; & validam enim vim attractivam,  
qua gaudent, magis ea moleculas alimentorum combinare &  
indurare, quam ut easdem dissolvent. Et si vel maxime di-  
gestionem quandoque adjuvare observentur, id tamen non  
alimenta dissolvendo, quam tunicas ventriculi ad validius sub-  
eundam contractionem irritando efficere; hocque in casu  
non solum proficia, sed maxime necessaria fore. De secre-  
tione ita sentit: Humores, qui ex massa sanguinea secernun-

pag. 25.

42.

68.

tur diversissimi, sub hac forma in ea non latitarunt, sed ex diversa principiorum, ex quibus sanguis componitur, combinatione resultant. Qui igitur facilissime combinantur, eas glandulas ingrediuntur, quae cordi proprius adjacent, siquidem ibidem massa sanguinea admodum est dissoluta, ut humor pericardii, & urina; qui vero difficilis ac tardius unionem subeunt, non nisi in glandulis, quas sanguis ex corde propulsus tardius alluit, secerni possunt, ut bilis & semen. Defendit insuper Autor animalcula in feminine virili, & tunnicam allantoideam, quae urinam capit, foetus in utero existentis; velocitatem etiam sanguinis, ejusque quantitatem, ut & capacitatem thoracis, dum inspiramus, mathematice demonstrat. Atque haec speciminis loco de hoc Compendio dicta sufficient.

*EXCERPTA ASTRONOMICA EX TRANSACTIONIBUS ANGLICANIS A. 1718.*

Num. 355. **S**Atellitium Saturni maximam partem a Job. Dominico Caffini detectum cum nonnisi per telescopia exquisita & praep. p. 768 & sq. grandia videri possit, a solis Astronomis Parisiensibus raro isto ad observandum apparatu instructis observatum. Quamobrem cum a multis retro annis nulla amplius observationes a laudatis Astronomis communicarentur, in suspicionem ad ducti sunt Astronomi exteri, satellitium istud non satis fidis observationibus niti. Augebat in Anglia hanc suspicionem, quod Vir Cl. Guilielmus Derham per telescopium 125 pedum, a Christiano Hugenio cum apparatu ipsum a tubi optici molimine liberandi olim Societati Regiae donatum, Saturnum contemplatus in anticipi hiceret, utrum stellulæ circa eam conspicuæ essent Satellites nec ne, cum loca earundem observata a locis ex Tabulis Caffinianis, Societati Regiae quondam oblatis & in Transactionibus Philosophicis Num. 187 publicatis, omni adhibita solertia computatis prorsus dissiderent,. Enimvero postquam Caffini junior, magni parentis haud degener filius, virtu-

SUPPLEMENTA. Tom. VII Sect. VI. 265

virtutum patriarcharum hæres, in Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum A. 1714 theoriam Satellitum ex recentioribus observationibus emendasset ( quemadmodum notatum est in Actis anni superioris p. 347;) agnatum est in Anglia, Satellitum Saturni & a *Derhamo* visum, & extra omnem dubitatis aleam possum esse. Ut itaque tanto minus dubii relinquatur, Vir plurimum Reverendus, *Jacobus Pound*, Societatis Regiæ Sodalis, per telescopium *Hugenianum* Satellites observavit d. 21 April. h. 10 40' A. 1718 & observations cum Societate Regia communicavit, a cuius Secretario publicatae fuerunt. Nos, omissis iis, quæ situm eorundem concernunt, notatu dignum censemus, quod zona etiam apparuerit in facie Saturni ansati, qualis minor esse solet in facie Jovis: quod idem etiam a *Cassino* olim animadversum, ut habetur in Transaction. Phil. Num. 128. p. 690. Nec negligendum est monitum Observatoris, quod Satellites, adhibitis etiam telescopiis prægandibus, quale est istud *Hugenianum* iis pedum, cum sint admodum exiles ac lumine debili radient, non videantur, nisi aere admodum defæcato & in tenebris spississimis. Ex *Poundi* ob. Num. 356. p. 776.

Observationibus correctæ sunt Tabulæ motuum mediorum Satellitum Saturni, quas ex *Cassini* Num. 187 Transactiones exhibent, cumque cœlo satis consonæ fuerint deprehensæ, Num. 356 in publicum emittuntur. Similes Tabulas dedit etiam *Cassinius* in Comment. Acad. Reg. Scient. A. 1716 cum Anglicanis consentientes. Nos ut curiositati lectorum, qui voluminibus iis carent, satisfaciamus, elementa Tabularum exhibemus, unde Tabulæ ipsæ sine difficultate expanduntur. Satelles primus denotat intimum, quintus extimum.

Ordo Satellit.	Epochæ A. 1720	Motus annuus	Mot. diurnus	Mot. horar.	Mot. unius minuti.
I.	ꝝ 18° 55'	4 S. 4° 43'	6 S. 10° 42'	0 S. 7° 57'	0°. 7' 57"
II.	ꝝ 18 49	4 S. 10 2	4. 11 32	0. 5 29	0. 5 29
III.	ꝑ 13 35	9. 17 2	2. 19 41	0. 3 19	0. 3 19
IV.	ꝑ 13 58	10. 20 35	0. 22 35	0. 0 56	0. 0 56
V.	ꝝ 4 2	7. 6 32	0. 4 32.	0. 0 11	0. 0 11

L1

Notan-

Notandum scilicet, in motu a uno medio integras omitti revolutiones, quemadmodum in Tabulis solenne est. Constituuntur autem revolutiones & distantiae in Semidiametris Saturni ejusque fractionibus decimalibus, ut sequitur :

Ordo Satellit.	Periodus Revolutionum	distantiae a Centro
I.	1 d. 21 h. 18' 26" 30"	4. 3400
II.	.2 17 41 10 30	5. 5593
III.	4 12 25 10 0	7. 7643
IV.	15 22 41 28 0	18. 0000
V.	79 7 46 0 0	52. 4578

Num. 357. Exhibitetur etiam Sylloge observationum Astronomicarum.

p. 847. quarum accuratio mire praedicatur, ita ut observationes *Pompeiana* Planetarum pares vix habere dicantur, cum tubis prælongis ac micrometris præter solitum affabre factis institutæ fuerint. Notatu imprimis dignum est, quod Cl. *Pound* A. 1717 d. 26 April. h. 9 Londini observaverit latitudinem Jovis borealem seiniiminuto non majorem, cum posteris usui esse queat in definiendo nodorum Jovis motu. Apparet autem ex illa Sylloge, plures nunc esse in Anglia observatores. Certe in ea nominantur præter *Poundium*, *Desaguliers*, *Stephanus Gray*, *Derham*, *Wright*, *Haukins*, *Jacobus Bradley*, qui d. 5 Sept. 1718 mane, Sole jam fere 30 gr. alto vidit apud *Worsted* arctissimum Lunæ infra Palilicum transitum : quæ observatio sui generis prima dicitur ab invento telescopio. Distabat nempe Palilicum a limbo 2 h. 7 59' temp. æqu. 5° 38' at 1° 25' h. 8 17' 5". Lunæ diameter h. 8 5' 8" observabatur 3 1' 7".

Num. 355. Vir de Astronomia præclare meritus, *Edmundus Halle*,

p. 736. argumenta quædam adducit, quæ quarundam fixarum latitudinem immutatain esse probabile reddunt. Operæ itaque pretitum dicit, ut eam in rem sollicitius inquiratur. Numirum *Tycho de Brabe* differentiam, quæ inter latitudines fixarum modernas & antiquas *Ptolemae* aut potius *Hipparchi* intercedit, hinc deducit, quod *Ptolemeus* obliquitatem Eclipticæ justo majorem statuerit. Reperit autem *Hallejus*, hypothesi *Tycho-niana*.

nianæ, quæ magno stellarum numero confirmari videtur, contradicere *Sirium, Arcturum & Palilicium*. Sane in hypothesi imminutæ obliquitatis eclipticæ tempore *Hipparchi* 15 minutis australior esse debebat latitudo *Palilicit* & 20 latitudo *Sirii*, quam hodie deprehenditur: enimvero *Ptolemaeus* latitudinem *Palilicis* 20, *Sirii* vero 22 minutis borealiorem facit modetna. Similiter idem latitudinem *Arcturi* 33 minutis borealiorem determinat, quam nunc reperitur. Notandum vero, latitudines *Ptolemaicas* respondere declinationibus a *Timocharide*, *Hipparcho* & ipso *Ptolemeo* observatis, ut error in scribam conjici nequeat. Sunt etiam tres istæ stellæ Telluri omnium vicinissimæ, ut, si qua mutatio accidat, in iis potissimum sensibilis fieri debeat. Addit præterea ex *Bullialdi Astronomia Philolaica* f. 172, quod *Ptolemaeus* A.C. 509 d. 11 Mart. *Palilictum a Luna* tectum commemoret, cum tamen id fieri haud potuerit, etiam si latitudo *Palilicis* multo minor hodierna statuatur.

*DESCRIP TIO METEORI IGNITI AB HENRICO BARHAM in Jamaica A. 1700 observati, ex Transact. Anglic. A. 1718 Num. 357 p. 837 & 838 excerpta & in compendium missa.*

**V**Idit Observator globum igneum, mole æqualem globis ferris pulvere nitrato repletis, quos *bombas* vocare solent, motu admodum celeri per aerem decidentem, qui fulgore prorsus insigni emicabat. Cum ad locum accederet, ubi terram attigerat, varias ibidem observavit cavitates in terra effossas, quarum media ad magnitudinem cranii humani, quinque vero aut sex minores circumcirca ad pugni magnitudinem accedebant. Tanta erat profunditas, ut baculis, qui spectantibus ad manus erant, explorari non posset. Gramina circa cavitates effossas cremata conspiciebantur, & odor sulphureus percipiebatur per aliquod temporis intervallum. Nocte præcedente imbres comitata fuerant fulgura crebriora cum tonitru veheminentiori,

268 ACTORUM ERUDITORUM  
UYTREKENING DER KANSSEN IN HET  
Speeleu door de Arithmeticæ en Algebra, besevens een  
Verhandeling van Lotteryen en Interest,  
door N. S.

i. e.

CALCULUS EXPECTATIONUM IN LUDIS  
tam Arithmeticis quam Algebraicis, una cum tradac-  
tione de Interfusuriis & sortibus; Autore

N. S.

Amstelod. apud viduam P. Marret, 1716, 4 maj.  
Plag. 20.

**S**Erius quidem utilissimi & ob perspicuitatem suam maxime commendabilis scripti hujus recensio hic a nobis exhibetur. Ad nostras enim regiones, in quibus præter vernacula Latina vel Gallica maxime placent, rarius libri ejus idiomaticis, quo concinnatus est, afferuntur. Quoniam tamen ea est partim curiositas partim dignitas materiæ, quam tractat, ut usum majorem aliquando promittat in futurum, quam in præsentii præ se fert, religioni nobis duximus eandem sine omni commemoratione præterire. Expectationes adeo, quas quis habere potest in ludo aliquo ad vincendum, invenire docet. Autor ad exemplum Celeberrimorum virorum *Hugenii*, *Monmortii*, *Bernoulliorum*, *Moivreai*; que facilioribus incipiens priua parte docet casus solo Arithmeticæ calculo expediendos. Methodumque in illa tenet eam, ut non regulam generali aliquam exhibeat, qua propositiones similes solvi debeant, sed operationem in aliquo exemplo ostendat, ejusque demonstrationem subjungat, aliis dein exemplis, quorum plurima subjungit, eoque dicta sua admodum illustrat operationes ipsas circa eadem exhibendo, accommodandam. Ubi vero solutionis ratio ipsi evidens videatur, demonstrationem etiam omittit. Tractant adeo XII Propositiones hujus partis casus, qui in jactu talorum & chartarum electionibus ex volumine aliquo eorum faciendis occurunt; dataque occasione casus quidam ludorum (quos vocant) a for-  
tuna

tuna & casu pendentium & nominatim *Passeix*, *Schervvenzeln*, *Cinquenove* solvuntur; applicatio etiam ad exemplum aliquod politicum vel vitæ communis exhibetur, expectationum faciliter, quas quis in hisce rebus sibi faventes habere potest, inventio-  
nem docendo. Præmittitur omnibus propositio Hugenii fun-  
damentalis, & subjunguntur quinque problemata ab eodem ad  
solvendum proposita: Parte II universaliora & difficiliora pro-  
blemata eadem methodo sed calculo Algebraico tractat, ubi  
in fine propositionis suæ primæ circa solutionem problematis,  
quod Ill. Monmortius in Epihem. Erud. Gall. 1711 occasione  
Lotharingi cujusdam proposuit, eodem anno a Bernoullio &  
ipso Monmortio datam, quædam monet, dissensumque ab iis-  
dem Celeberr. viris suum testatur. Reliquis propositionibus  
usque ad X varia circa electionem calculorum, chartarum &  
jactus talorum ingeniosa problemata solvit, ubique Logarith-  
morum applicationem & alia compendia operationis ostendens.  
Propositione X, & porro, ludos cum chartis institui so-  
litos examinat, quales sunt, quem *Schervvenzeln* nostri vocant,  
*Banco Fluse* (fortassis nostratum *heufeln*) *Treize* (cujus  
ludi expectationes formula eadem exhibet cum Bernoulliana,  
sed Analysis addit) *Pharaon* & *Bassette*. Clauditque ultima  
propos. XV, qua generalem formulam exhibet problematis, in  
quo collusores plures ponuntur certa quadam lege, sibi invicem  
continuo succedere, viisque inter eos pecuniam aliquam de-  
ponere, aliisque collusorum locum facere. Ad quod solven-  
dum, si 12 collusores existant, Cel. N. Bernoulli resolutione 22  
æquationum Algebraicarum opus habet. Tractationi de for-  
titibus & interclusuriis præmittit modum fractionem aliquam  
transformandi in aliam satis prope accedentem ad priorem, sed  
numeris constantem & terminis non adeo magnis: itemque  
modum inveniendi numeros, qui per certos alias divisi relin-  
quant residua aliqua desiderata. Ipsa vero problemata continent  
casus diversos, qui occurrunt in interclusuriis vitalitiis & solutioni-  
bus reddituum anticipatis, quorum non solutiones solum Alge-  
braicas exhibit, sed ipsas praxes oculis exponit, ita ut hac oc-  
casione modum invenieendi radices æquationum altioris gradus

secundum regulam Hallejanam prolixe illustret. Et cum superioribus annis in Batavia ejusmodi institutæ atque propositorum essent sortes, in quibus lucra solutionibus per aliquot annos continuatis ad vincentes feliciores perveniebant, ostendit quemadmodum inveniendum sit lucrum ipsum totale una & prima vice perfolwendum, cui haec successiva & interrupta solutio reequipolle.

Petri Johannis Fabri alle in zwey Theile verfaßte  
Chymische Schriften.

i. e.

*PETRI JOHANNIS FABRI, CASTRINO  
Vidorensis, Doctoris Medici Monspeliensis, Opera Chymica, duobus Voluminibus exhibita.*

Hamburgi, apud Lucam Edingium, 1713, 4.

Alph. 11.

**Q**uemadmodum præcipuus scopus Autori Clarissimo in operibus suis Philosophico-Medico-Chymicis divulgandis fuit, ut perciperent Viri docti & sanæ mentis Alchymizæ pondus & momentum in naturis rerum pernoscendis, sine qua vana est & inutilis, quæ habetur, rerum notio, ut ipsemet in præfatione operibus præmissa fassus fuit; ita non frustratum eum esse suo voto, quicunque illa diurna nocturnaque versarent manu, Philochymici uno ore profitentur. Atque haec pariter causa fuit, quæ permovit clarissimum Jacobum Jebsenium, Comitus Oldenburgici Prætorem quondam Provincialem, ut operam in iisdem ex Latino in Germanicum idionia traducendis adhiberet. Quem labore in eo prointius in se suscepit, quo certius credidit Fabrum Medicinæ Universalis fundamenta, si quis alias, luculentissime exposuisse. Tractatus, qui in hisce operibus continentur, ut prolixius nunc recensentur, supervacaneum esse videatur, cum liber hic in omnium tam Medicorum quam Chymicorum manibus vel sit vel esse omnino mereatur.

J. C.

*J. G. ECCARDI DE SIGNIFICATIONE LITERARUM CONOB. in numis inferioris ævi frequenter occurrentibus.*

Post Carolum Cangium egregia nuper diligentia Anselmi Banduri, Monachi Benedictini, in exponendis Numismatibus Imperatorum a Trajano Decio usque ad Paleologos Augustos eniuit. Hoc insigne opus cum oculis curiosis perlustrarem, incidi forte fortuna in vexatum illud CONOB, quod a Constantini M. tempore in ima Numorum parte frequenter à Zenone vero Augusto usque ad Leonem Isaurum ferme unice comparet. Ortelius, Occo, Gretserus, Tristanus, Chiffletius & Cangius per *Constantinopolis obsignatam* pecuniam vel monetam exposuerunt. R. P. Daniel peculiari Dissertatione existimat, in re monetaria a Latinis non fuisse usurpatum verbum *obsignare*. Idem, cum CONOB illud non in Numis tantum Imperatorum, sed etiam in iis, quos Tyranni ac Reges Francorum & Gothorum procul a Constantinopoli eudi fecerunt, observasset, negat nomen Constantinopoleos in talibus exprimi potuisse. Unde putat hoc abbreviatum esse-ex-

KONΣΤΑΝΤΙΝΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ,  
CONSTANTINVS ]

Imperatorum enim Græcum nomen *Basileus* erat. Credit, filios & posteros Constantini M. in memoriam illius hoc nomen retinuisse. Sed nullo veteris autoris indicio nititur. Nec hic commode & secundum Graecorum morem comparet. Si enim Constantini nomen a hic exprimeretur, simpliciter poni debuisset *Konstantinos* ο *Basileus*, ut in numio Antonini Caracalae *Antoninus* ο *Basileus* extat. Ex maxima autem numorum hujus ævi copia manifestum fit, eo loco, quo impressum inveniuntur *Conob*, in aliis nominis locorum, ubi numi percussi sunt, poni. Sic occurunt in ima hac numorum parte *Heraclea*, *Smyrna*, *Syrnium*, *Treveri*, *Lugdunum*, *Arelate*, *Aquileja*, *Siscia*, *Roma* & plures aliae civitates. *Constantinopoli*, ex quo illa sedes Imperii facta erat, major numorum pars excudebatur. Et frequenter in Constantini & successorum numis legas CON.

(Bani)

(Bandur. p. 211, 225, 497) CONS. (p. 213, 225, 327, 328, 330) CONST. (p. 302) quo *Constantinopolis*, ubi numini hi facti, indicari, neinō facile negabit. Alii numini habent PCON (p. 227, 229, 328, 372) PCONS. (p. 327) PCONST. (p. 302) quod iterum est: *Percussa Constantinopoli*: uti PTR. (p. 211 & alibi pluries) & PTRE (p. 278) *percussa Treviris*; PLVG (p. 428) *percussa Lugduni*; PSIS *percussa Siscia*; PLON. (p. 268 292) *percussa Londini*; PROM (p. 209) *percussa Roma*; PARL. (p. 213, 219, 284, 288) *percussa Arelatis*. Est etiam nūmus, in quo CONP. (p. 270) forte inverse *Constantinopoli percussa* interpretandum est. Est aliud, in quo CONB. (p. 481) sunt iterum alii, in quibus CONSB. (p. 531) & CONSP. B. (p. 476) extat, quod ego *Constantinopoli batuta* interpretor. *Batutere* enim pro *percutere* vetus, licet non ubique obvium, verbum est. Lexicographi id docebunt. Et Galli nostri, qui inde *battre* suum formarunt, videntur etiam idem verbum, Romanorum more, unde ad ipsos ars monetaria cum vocabulis suis pervenit, adhuc hodie ideo de fabricatione numorum adhibere. RB. (p. 415) itaque erit *Rome batuta*; ANTR. (p. 449, 511 sq.) SMRB. (p. 451) ALE. B. (p. 475) ASISCB. (p. 487) BSIS. (p. 398, 420, 466) TRB. (p. 389) *Antiochia, Smyrna, Alexandria, a Sisciensibus, Siscia, Treviris batuta*. Sunt numi, in quibus CONSA (p. 227, 233) Constantini junioris & Juliani imaginibus notati, quas literas ego *Constantinopolis aeterna* interpretor. *Aeterna* enim in numis & Inscriptionibus Roma vetus vocatur frequentissime, cuius simul Roma nova sive Constantinopolis. Alius Juliani numus ostendit KONS AV quod, nisi vitium cælatoris adfit, expono CPolis Augusta. De numorum percussione speciatim quoque verbum signare usitatum est. Unde TR. S. (p. 225, 302, 322, 349) *Treviris signata*; TRS (p. 233) idem; & STR. (p. 211, 213, 219 & alibi) STRE. (p. 211, 340) *signata Treviris*; S. AR. (p. 237) SAR. (p. 233) & SARI. (p. 215) *signata Arelatis*; SLVG. (p. 428) *signata Lugduni*; SMAQ. (p. 229) *signata moneta Aquileja*; SMATR (p. 300) *signata moneta a Treviris*; MOSTR. (p. 211) *moneta signata Treviris*; SMNB. (p. 205)

(p. 205) *signata moneta Byzantii*; SMHB. (p. 211) idem; SMLD. (p. 549) *signata moneta Lugduni*; LVGD. OFF. S. (p. 235, 432) *Lugdunensis officina signavit*. Ex his iterum elucēt S. CON. (p. 225) SCON. (p. 372) SCONS. (p. 235) expōnendum esse: *signata Constantinopoli*. Ubi ergo hoc loco in numis fere innumeris occurrit KONOB vel CONOB. non video, cur hoc *Constantinopoli obsignatam* monetam non denotare possit. Levior est R. P. Danielis objectio de non usitato verbo *obsignare* in re numaria. Nequè enim scriptores veteres, qui vocabula numariæ rei omnia congesserint, habemus. Et, cum Cicero habeat phrasin *tabellas obsignare signis & Cæsar obsignare testamenta*, cur non etiam dici potuerit *signo numario obsignare monetam*; quod proprie est *signum imprimere moneta*. Quod si insolens etiam in autoribus veteribus hæc locutio esset, sufficit verbum *obsignare* hoc sensu plus una vice in variis numis occurrere. Etsi enim concedere velim, TROBT. (p. 451 sq.) exponi posse: *Treviri obtulere*: locutio tamen hæc in numis hujus temporis infrequens est. Et cum plures extent, in quibus TROBS (p. 217, 225, 451, 587 sq.) TROBC (p. ead.) figmata Graecorum pro Latino positio, & distincte TR. OBS. (p. 482) legitur; illud certe *Treviris obsignata* interpretandum omnia persuadent. Et TRAOBC (p. 457) idem erit ac *Treobc* sive etiam *Treviris obsignata*, vocali solum a pro e posita, ut s̄epe factum, ob sonum veterum vicinum. Sic pag. 475 legitur DA SISC. & DE SISC. Unde TRODC & TRODT (p. 482) ac TROS (p. 217) ex TROBS a rudi cælatore corruptum facile conjicias. Ut autem in vocibus decurtatis literæ plures semper pauciores exponunt; ita & hic TR. OB. (p. 482) TROB. (p. 451, 522, 559 sq.) nec non TRO. (p. 211) ex modo exposito TR. OBS. explicanda veniunt. Sic quoque TES. OBS. (p. 559 sq.) & TES OB (p. 579) MOBS (p. 522) MD. OB. (p. 522), MDOB. (p. 482) AQOBF (p. 482, 492, 579) ferro-ne pro / posito, & AQ. OB. (p. 482, 497) est *Tbeffalonica, Me diomatricis, & Aquileja obsignata moneta*. Sponte igitur, hisce omnibus uno obtutu consideratis, prodit, CONOB. omnino interpretandum esse: *Constantinopoli obsignata*, scil. moneta. Idque eo clarius est, quod & distincte in numo Arcadii

(p. 538) legatur CO OB, & in alio Gallæ Placidizæ CON. OB. (p. 566) scriptum inveniatur. Quod si nuncios CONOB. aut KONOB. exhibentes Constantinopolitanæ urbi demas, pauci admodum invenientur, quos in hac imperii sede cūsos esse affirmare poteris. Sed objicit R. P. Daniel, extare *Conob* illud in numis Imperatorum Occidentis, qui sine dubio non fuerint CPoli fabricati, nec non in aliis a Tyraunis cūsis, qui nunquam juris quid CPoli habuerint, quales Eugenius, Attalus & alii; idemque inveniri in numis Regum Francorum & Gothorum procul diffitorum a sede Imperii Orientalis. Sed notandum est, satis apparere, genuinum harum literarum sensum in ista seculi quinti barbarie, ubi linguae Latinae notitia in Oriente rarior facta est, barbaris in Imperium irruentibus & bona ibi studia impedientibus, sine dubio periisse. Hinc primum putare, CONOB denotare *iconio* sive imagine Principis *obsignata* pecuniam. Procopius Goth. Lib. III cap. 33 meminit, *Francorum Reges* a tempore Justiniani Imp. numum cūdisse aureum, nec ei, ut alibi mos erat, Imperatoris Romanii, sed *suam inscripsisse imaginem*. Όν τε Ρωμαίων, inquit, αὐτοκράτορος, ἦπερ εἴδους, χαρακτῆρα ἐνθέμενοι τῷ σατῆρι τέτω, αἷλος τὴν σφετέραν αὐτῶν ἐικόνα. Apud Suetonium in Caligula est *simulacrum iconicum*, sive quod vultum exprimit; *iconia* & *iconium* apud Frodoardum de Pontificibus Romanis, Papiam, aliquosque plures *pro figura & imagine* adhibetur, atque a vulgo tandem *Conium* pronunciatum, quemadmodum & Lycaoniæ urbs *Iconium* communiter & nunc quoque *Cogni* audit. Nec adeo male Cironius apud Menagium in Orig. Gallicis Gallicum *Coin* pro sigillo monetario ex *iconio* derivavit. Martinius in Etymol. *iconium* exponit signaculum primogenium, quo forma numi exprimitur, αἰχέτυπον Φραγισήριον. Certe in *Tbeodeberti Regis Francorum* numis duobus (apud Bandurum pag. 648 sq.) ICONOB. expressum est, ut principis *icon* vel *iconio obsignata* moneta indicetur; id quod Franci ex Justiniani permisso præ ceteris obtinuerant. Prima deinde litera privatum CONOB apud eundem Bandurum, Cangium & Blancium frequentius occurrit, eoque sensu & *Doccio Monetarius & Chiladicus Rex Francorum & Reccaredus Rex Gothorum in Hispania*.

ne illud adhibuerunt, neque ad Constanti-  
nopolin respexerunt. Rudes artifices porro *Conob* illud in  
CÓMOB (p. 598 sq.) imo & in CORMOB (p. 618) corrupere.  
In aliquibus numis observes etiam CONOBI ( p. 695, 703 )  
scriptum, ubi ferme existimes, creditum, hisce literis *Constanti-*  
*nopoleos* nomen exprimi, cum & ea communiter *Stamboli* vo-  
caretur, *p* in *b* mutato: & ex *Constantinopoli* in ore vulgi facile fiat  
*Conoboli* & *Conobi*. Nec tamen hoc omnibus placuit aut patuit;  
unde Græci gloriofuli myticum sensum inde extorsere; & Ce-  
drenus literas vocis ignotæ exposuit *Civitates Omnes Nostrae Ob-*  
*diant Generationi*, sive *venerationi*. Græci eniam *V* Latinum in *B*  
mutare solent. Nec mirum, a Zenonis ævo nihil pene aliud, quam  
*Conob* sive *CPtanæ* monetæ signum in numis legi: erant enim  
omnes sere alia officinæ monetariæ aut in barbarorum aut tyran-  
norum manibus, nec tuti quid, nisi in principe urbe ab iis restabat.  
Ex iis tamen quæ protulimus, quivis facile intelliget, CONOB a  
Constantino M primaum usurpatum in numis denotasse omni-  
um primo *Constantinopoli OBsignatam* monetam; deinde ve-  
ro apud exterios præcipue eo indicatam fuisse monetam *Prin-*  
*cipis CONio vel iconio OBsignatam*; Græcos vero tandem, quid  
his literis revera indicetur, penitus ignorasse.

### REMARKS ON SOME PASSAGES OF Scripture.

i. e.

**OBSERVATIONES CRITICÆ IN QUAË-  
dam Scripturæ loca, Dissertatione epistolica cum PÉTRO  
KING, supremo curiæ civilis Judice, communicata a  
RICHARDO KIDDER, Theol. D. Episcopo  
Bathoniensi & Wellensi.**

Londini, apud Henric. Clenuens, 1719, 8.

Plag. 7<sup>1</sup>.

**M**onstraverat A. 1703 Petrus King, Eques Anglus, Celeb.  
Autori, cum eum Wellæ inuiseret, Stephani Nye *Discur-*  
*sum de Theologia naturali & revelata* Londini 1696 publica-  
turn, in quo Autor p. 191 stylum Biblicum defendens, inter alia  
dixerat, *Biblia legenda esse sive in fontibus, sive ex versione*

Mm 2

Castel-

Castellionis, quippe qui solus inter omnes interpretes intellexerit, interpretem exprimere debere sensum, non tantum textus verba; particulas, nam, verum, & quæ sunt aliæ, in Hebræa & Græca lingua non sensum limitatum, juxta genium linguarum modernarum, sed variantem & discrepantem habere; sensum non explicandum esse per significatum vulgo ab autoribus, quos classicos vocant, receptum, sed per sensum & scopum contextus. Quæ verba, audacter admodum prolatæ, S. R. Autori nostro, qui Commentariis suis Biblicis, Demonstratione de Messia, aliisque scriptis eruditis magnum in orbe eruditio nomen consecutus, absque virgula censoria prætereunda non videbantur. Primo enim tangi his verbis tum interpretes Anglicanos, viros eruditissimos, tum Præfules Ecclesiæ, qui populo ejusmodi translationes propinaverint, deinde falso in sequentibus asseri ab Autore illo, viros in lingua Hebræa, Synagoga Hellenistica, aut orientali Græca eruditos, parum curare translationes Bibliorum in linguis modernis, Castellionis vero versionem utpote omnium maxime erroneam, impudenter ceu optimam commendari. Hinc S. R. Autor id sibi imprimis datum putat ut probet, 1 scilicet, quod transtulerit Castellio multa loca falsissime, quæ minime omnium cum originali textu & historia sacra concordent; 2 quod quædam ejus translationes sint indecentes & absurdæ, inio profanæ, alia phantasticæ & affectatae, aliæ sub peregrinis vocibus latentes, & a gentilitia idolatria derivatae; 3 quod quædam adeo sint obscuræ, ut etiam illi, qui optime intelligent linguam Latinam eas intelligere non valeant, (exempli hic loco adduxit quatuor voces: *Quæsitis, Nopopulum mtum, peri-jovium, signi-jovium;*) 4 quod alia omessa & plane non translata, alia propria illius autoritate fuerint addita. Quæ cuncta plusquam centum exemplis iisque ex historicis præcipue libris (cum in reliquis multo plura occurrant,) depromptis, docte atque accurate demonstravit. Sic mox in limine tractationis bene monet, quod quidem & alii notarunt, ad Genef. V, 3, Castellionem falso existimasse, Filios Noachi secundum ordinem ætatis Ælic recenseri, cum ex cap. X, 24 scire debuisset, Hamum natu minorem, & cap. X Japetus majorem dici. Ad Exod. XII, 40 uberior demonstrat, Israe-

Israelitas non per CDXXX sed CCXV tantum annos in Agypto habitasse; reliquos enim annos, a scriptore sacro indicatos, ad peregrinationem esse referendos. Ad Jer. X, 11 merito taxat Castellionem, quod integrum versiculum ex Italica versione inseruerit. Et qua ratione 1 ad Timoth. I, 4 e voce γερεαλογιας extorserit, antiquitates, vix divinando satis assequi potest. Ad Matth. XXVII, 2 Noster Pilatum perperam monet Praetorem a Castellione vocari, qui dicendus potius fuerit Gubernator, qua in re ipsum quoque S. R. Kidderum falli existimamus, quippe potiori jure Procuratorem dixeris, quo nomine eunt Tacitus Lib XV<sup>o</sup> Annal. C. 44 commate 4 appellat. Atque ita quædam Castellionis loca alia, quæ Noster sub censuram vocat, ut Exod. XXIII, 6 Levit. V, 6, it. 9 & 19, Gen. XXXI, 19, 1 Sam. XXVIII, 7, defendi haud difficulter possent, si id instituti nostri ratio pateretur.

*ELEMENTA SAPIENTIAE PER CAJETANUM MANFREDUM PANAPYSTUM selecta digestaque. Liber I, II, III, IV, & V.*

Romæ, ex officina Latur. & Thomæ Pagliarini, 1718, 8.

Alph. 2 pl. 14 cum fig. 20.

**N**on placet Clarissimo Autori illorum institutum, qui unam vel aliam disciplinam, neglectis ceteris, sibi penitus excollandam ac pertractandam sumunt. Ita enim censem, degustandas esse omnes, cum omnibus ad sapientiam pertineant. *Nos, oculor mentis in sublime extollentes, sapientiam suspicimus,* inquit, *altissimo in throno regnante, ad quam non nisi per plurimos scientiarum gradus, sicut proponuntur, ordinatos, longus concedatur ascensus.* Gradum unum Arithmetica, aliud Theologia, aliud Geometria facit: postquam multus etiam graduum numerus est superandus. Illis, qui nos reprehendunt, in gradu uno subiecte satis est, dum nos ad ulteriora ac sublimiora, animosa sedulitate provebimur. Itaque parcant illi nobis, si, ad scala apicem proferantes, gradus singulos celeri passu præterimus. Et paullo post: qui novit, inquit, per quos scientias gradus homo ad veram sapientiam, diuturno sudore, deducatur, is profecto eligat, per omnem festinata peregrinatione transire, quam in singulis immobili contemplatione torpescere. Hæc igitur intentia cum se deat Clarissimo

rissime Autori nostro, collaudandus sine dubio est, quod succinctam totius sapientiae notitiam, ex selectis probatissimorum thesauris scriptorum, (ut ipse ait) excerptam, multo adhibito labore, colligere atque in lucem edere voluit, ita ut per omnes sapientiae partes valeant candidati compendios a sedulitate decurrere. Consulto autem in libellis suis evulgandis rationem elegit ab ea diversam, qua doctissimi viri famam aucupantes ingeniorum suorum monumenta in lucem publicam proferunt. Cum enim observasset, adolescentes ingenuos, aliosque studia non tristis supercilie sed libe- ratis quadam amanitatem sectantes, ageret plurimum ingentes librorum moles evolvendas assumere, sed exigua opuscula avida manu capere ac devorare; porroq; illos ipsos, qui copiosos elegantesque historiarum scriptores laudant potius in bibliothecis quam legunt, breves tamen relationes, Acta Eruditorum, Dicaria, qua simul collecta volumen complerent, seorsim avidissime exquirere, percurrere, circumferre: non male se facturum ratus est, si par modo libellos suos, qui colligati ac simul editi perturbationem quandam aversionemque mole sua ingerere, facileque seponi in bibliothecis pro pabulo tinearum possent. Seorsim alios post alios exhiberet, ut expeditius legi & libentiori manu excipia lectoribus minus occupatis queant. Itaque ex LXXX libris, quibus omnes complecti scientias cogitat, nunc priores quinque evulgavit; quorun unus est de Ente & numeris, alias de Deo & Angelis, tertius de corpore ejusque principiis etiam geometricis, quartus de effectiōnibus corporis, quintus denique de mundo & cœlo. Si quis de secta querit Autoris, Peripateticus est, Cartesio & aliis Philosophis recentioribus magnopere infensus. Quarundam disciplinarum vocabula potius quam res exponit. In Mathematicis demonstrationes vulgo prætermittit. Ceteruni præcepta sua dictis ac sententiis Patrum Ecclesiasticorum velut luminibus passim exornat. Ita autem rem omnem disponere ipsum visum est, & suo loco tradere, ut facile unicuique sit, in ordinem propriaque velut in sede reponere, atque in usum ulteriorem annotare, quidquid memoria dignum occurserit, vel legendo, vel audiendo, vel peregrinando, aut qualisunque oblatas fuerit occasio scribendi. Intactis enim capitibus librorum, omnis cognitio, eruditorum studiis occrens, collocari facile poterit inter ea, sub titulo Exercitationum: qua-

quarum ipse specimina inseruit complura. En exemplum. Lib. II capite primo de Deo, & capite II de Dei attributis brevissime tractat. Inter hæc duo capita quatuor inseruit Dissertationes, de natura Dei, de cognitione naturali divina existentia, de ignorantia invincibili existentia Dei, & tandem de paralogismis pro ignorantia vincibili istius existentia. In harum dissertationum tertia & quarta id agit, ut dari ignorantiam Dei invincibilem evincat. Potest enim, inquit, existentia Dei ita non innotescere, ut nec ab alio addiscatur, nec de ea quis per se cogitat. Ab alio non addiscit homo, si vel nemo sit qui doceat, ut apud barbaros; vel sit qui male doceat, veluti cum Parochus, sive serio id credens, ut Epicureus, sive querentem deludens, affirmet, Deum non existere. Et paullo post: Nec impossibilis omnino est homo, inquit, adeo rufis ingenii, vel discursus adeo confusi, ut nec Dei existentiam serio unquam recognitet, & recogitans erret in judicio ferendo. Adhac prudenter agit, quisquis dicto acquiescit periti hominis, ita ut de sententia ab eo lata non judicet, nisi evidentissime appareat rationi contraria. At rufus bajulus, aut rusticus imperitus eloqui & ratiocinii, quid opponat Parochu, aut ei quem doctum judicat, si is Deum negat? vel quomodo solvat sophismata, qua vix solvit Theologus? Itaque rusticus, auditu dogmate de non-existentia Dei, in contrariam sententiam ferrri nec debet prudenter, (quia unicuique in sua arte credendum est) nec volet: sed firmiter credet non-existentiam Dei, sicut nunc existentiam Dei credit, quia prædicatam a Catechista. Jam paullo inferius: Objicit sequidem, inquit, omnium hominum oculis veritas divina existentia, sicut corporeis oculis lux clarissima Solis; si tamen aperti sint oculi, nec nos obcaecaverit aut propria ignorantia, aut aliena instrucentis malitia. Vox omnium creaturarum crearem esse conclamat, sicuti præsentium omnium aures pulsat etiham sonus attingit, nisi tamen surdum inveniat hominem; qualis ille est, qui creaturarum vocem imperitus non audit, aut aliena pessima institutione obscuruit. Porro etiam audire voces creaturarum non sine aliqua deductione ostendunt Deum. Hec deducatio facilis sit: at non ideo omnibus inerit. Facillima noscitur arithmetica regula additionis, & natura duce, duo cum tribus gignunt quinque; & tamen quot imperiti rusticci eam ignorant? Sed satis, ve forte etiam plus quam satis est, de hoc loco

loco & de toto Clarissimi Autoris opere diximus. Igitur manus tabula.

**HISTORIA DELLE GUERRE DI PORTOGALLO &c.  
da ALESSANDRO BRANDANO.**

i. e.

**HISTORIA BELLI LUSITANICI, OCCASIONE  
separationis Regni illius ab Hispania orti ; Autore ALEX-  
ANDRO BRANDANO.**

Venetiis, apud Paulum Baglionium, 1689, 4.  
Alph. 2 plag. 22.

**DELL'ISTORIA DELLE GUERRE DI PORTOGALLO,  
che continua quella di ALESSANDRO BRANDANO, Parte  
seconda, da FRANC. BRANDANO.**

i. e.

**HISTORIA BELLI LUSITANICI CONTINUA-  
ta, quae res sub moderamine Ludovicae Regine in Lusitania gestæ de-  
scribuntur, Autore FRANC. BRANDANO.**

Romæ, e typographia dicta de Martiis alla Pace, 1716, 4.  
Alph. 2 plag. 9.

**E**t si fero admodum ad nos pervenerit Alexandri Brandani Historia, digna tamen nobis visa est, cuius aliquam hoc loco mentionem faceremus, tum quod varia non ubique obvia continet, quæ Autoris, qui e Lusitania oriundus, tempore gesta, tum quod laud ita pridem alter operi Tomus ab Alexandri cognato Francisco, pariter Lusitano & in Romana curia negotiis forensibus addicto, e schedis quidem maximam partem Alexandri, ut videtur, additus fuit. Et primus quidem Tomus, præmissis Libro I, quæ Hispani inde a translata in ipsos Lusitanis in hujus præjudicium gesserint, Libro II usque ad XII, qui ultimus, res ab A. 1640 ad A. 1658 accurate recenset; altero vero, qui sex insuper Libros complectitur, res gestæ pertexuntur usque ad diem 23 Jun. 1662, quo Ludovica mater Alphonso in publicis Regni comitiis sigilla Regalia ipsamque adeo Regni administrationem, sive sponte, sive coacta, concinna oratiuncula habita, ad quam ne verbum quidem reponebat Rex juvenis, tradidit. Primitum & tertium Tomum Franciscus sub finem secundi, quo Alphonsi mores apertius depingentur: nobis interim hæc summo digito indicasse satis erit.

¶ : ( o ) : ( ¶ )

ACTORUM  
ERUDITORUM,  
*Quæ Lipsie publicantur,*  
SUPPLEMENTA.  
*Tom. VII Sect. VII.*

---

THE ILIAD OF HOMER, TRANSLATED  
by Mr. POPE.

i. e.

ILIAS HOMERICAR MINE ANGLICO  
adornata; Autore ALEXANDRO POPE.

Volumina IV.

Londini, apud Bernardum Lintott, Vol. I 1715, II 1716,

III 1717 & IV 1718, fol.

Alph. 14 Tabb. 2n. 5.

**I**N Præfatione præstantissimæ huic interpretationi Iliados Homericæ præmissa Doctissimus Autor duo potissimum agit, primo aperit judicium suum de hoc opere Homeri, deinceps modum procedendi, quo in hac interpretatione usus fit, nec non regulas, quibus se in hoc instituto adstrinxerit, indicat. Quod ad prius attinet, Homerum secundum inventionem omnibus Poetis atque scriptoribus longe antecellere contendit. Etenim quamvis gloria judicii Virgilio præ Homero sit concedenda, hunc tamen, quod ad inventionem, Virgilio & reliquis Poetis palam præripere, unde causa quæ sit in promtu, cur semper Princeps Poetarum Homerus habitus fuerit, quod nimis ea potissimum re excellat, quæ fundatum Poeseos constitutat, quandoquidem non contentus fit omnibus artibus & universa rerum natura, ut exinde formet

Nu

charæ

characteres ac descriptiones, quin in novum quasi mundum quem beneficio fabulæ ipsem et creaverit, exspatiari, doctissimus Interpres affirmat. Fabula secundum mentem Autoris nostri in probabilem, allegoricam & admirabilem dividi potest. Prima est recitatio actionis cuiusdam, quæ ut nunquam contingit, juxta ordinarium tamen naturæ cursum contingere potest, vel est narratio veræ actionis, in fabulam per varias circumstantias & adjecta ornamenta transmutata. Cujus generis est ira Achillis, præcipuum illados argumentum, prima quidem fronte admodum breve & simplex, sed tamen magnis eventibus, confiliis, præliis, orationibus maxime fœcundum. Quod ad allegoricam fabulam attinet, si consideremus vastam illam scientiam, secreta naturæ & Philosophiam Physicam, quam Homerus allegoriis suis occultasse communiter supponitur, fane amplissimam admirationis scenam hæc contemplatio nobis aperire potest. Fabula denique admirabilia, supernaturalia & in specie machinas Deorum continet. Et hic Homerum primum extitisse doctissimus Interpres ait, qui hac ex parte maximam Poesi dignitatem conciliaverit. Postquam hæc & plura alia, v. gr. exactam characterum observationem, sententias acutas, comparationes vividas, subline dicendi genus, cuius excellentiam ipse Longinus agnoverit, Autor noster graphicè & verbis exquisitis predicatorum, jam ad nævios quoque Homeri delabitur: quemadmodum enim adhuc nemo extitit, cuius virtutes, nullo vitiorum confino lœdantur, ita in Homeri quoque scriptis varia subinde reprehensa fuerunt. Originem autem horum nævorum Autora fœcunditate & amplitudine ingenii ejus arcessit, utpote quæ in causa sit, ut nonnunquam fictiones, ab omni verisimilitudine penitus abhorrentes & comparationes minutis ac inutilibus circumstantiis oneratas in medium attulerit. Quæ vero de Diis pinguiori Minerva Homerus scripsit, nec non de vitiosis moribus, quibus Heroas suos contaminaverit, ea potius ruditati temporum, quibus vixit, quam sterilitati imaginationis ipsius adscribenda esse Autor censet: neque enim hac ex parte cum Daceria facere potest, quæ tanto antiquitatis amore exarbitur, ut hæc tempora & mores istos

istos tanto excellentiores esse sibi persuadeat, quanto magis nostris repugnant; neminem enim nisi præjudicata opinione occupatum felicitatem horum temporum magni estimare posse, quibus spiritus vindictæ & crudelitatis per orbem terrarum late regnaverit, pietas & misericordia non nisi propter lucrum habuerit locum, & maximi Principes gladio percussi, eorumque uxores ac filii, ut concubinarum opera defungentur, in servitatem abductæ fuerint. Sed de hac re Autor ex professo agit in tractatu præfationem sequente de vita, scriptis ac eruditione Homeri, & quidem in tertia parte, ubi Theologiam Homeri ejusque Philosophiam moralem uberior pertractat. E contrario non approbat delicatum nonnullorum recentiorum Criticorum palatum, quos offendunt servilia officia & munera vilia, quibus Heroes Homeri interdum distincentur, cum omnino haec vitæ simplicitas luxi succendentium statim opposita, magnam afferat jucunditatem. Crebra itidem repetitio quorundam Epithetorum in Homero taxata fuit. Sed ad hanc objectionem Autor respondeat; apud paganos usitatum fuisse, ut nomina Deorum aliquo epitheto insignirentur, & cum Heroes, qui Trojam oppugnarunt, secundum Hesiодum essent divinum genus, quam ob causam Ἡμίθεος dicti fuerint, hunc divinum honorem ipsis quoque habitum fuisse, ut eorum nomina absque solemnī epitheto, quod familiis vel actionibus vel egregiis animi dotibus celebrandis inserviret, nunquam proferrentur. Absoluto discursu de laudibus ac naviis Homeri, Cl. Autor de sua interpretatione agit, & regulas indicat, quibus in hoc instituto se adstrinxerit. Cum igitur primarium sit officium interpretis, ut mentem Autoris integrum nec mutilatam lectori ob oculos ponat, nec ipsius sit aliquid amplius præter dictionem ac versuum compositionem, hinc ipsam metriam illibatam relinquere tenetur. Ut ergo interpres officio suo satisfaciat, in primis ei operam dandam esse, ut Gratiæ & Veneres lingua Græca, quoad ejus fieri potest, vernacula lingua exprimat, id quod si obtinere velit, neque nimis stricte literæ inhærendum esse, nec tamen ex altera parte loco translationis paraphrasia esse adornandam. Ceterum nra-

gnum esse secretum, ut scriptor utroque stylo tum simplici tum figurato & poetico suo tempore uti sciat, & hoc quam optime fieri posse, si Homeri vestigiis insistat, neque sublimitatem affectet, ubi ipse simplicitate usus sit, nec vice versa humi repat, ubi ille in altum sublatius fuerit. Illam vero simplicitatem puram atque nobilem, quam commendat, inter ostentationem & rusticitatem semper medium tenere, quam nullibi magis quam in Scriptura & Homero deprehendi Autor affirmat. Cum præterea duo potissimum Homeri stylo sint propria, nimirum termini composti & crebræ repetitiones, priorum imitationem puritatem linguae Anglicæ non semper permettere Autor ait, unde interdum brevi talium circumscriptione opus sit, repetitiones autem tum potissimum non esse ingratas, quando nuntiofas non est verba mutare, quæ ipsi a Deo vel superiori potestate concredita sunt, vel ubi formulam jurisjurandi aut pre cum continent. In aliis casibus interpreti dispiendum esse, quid factu optimum fit. Circa ipsam versuum compositionem præcipuam interpretis operam in eo versari, ut Homeri artem veruum harmoniam argumento accommodandi imitetur, quæ sit maxima Poeseos pulcritudo, qua solus Homerus cum Virgilio excellat. Et quamvis pauci admodum lectors auribus prædicti sint idonei, ut hac de re judicare valeant, iis tamen instructos satis cognituros esse, Autorem operam dedisse, ut hanc pulcritudinem consequatur. Sub finem præfationis Autor recenset nomen eorum, qui ante ipsum similem versionem suscepserunt, *Chapmani* nempe, *Hobbesii* & *Ogilby*, & Catalogum texit doctorum Amicorum, qui calcaria ad hoc opus perfriciendum ipsi subdiderunt. Post præfationem interfertis Tabulis, quibus Græcia Homericum cum Phrygia & maritimis, Troja item cum locis pertingentibus, & Apothosis Homeri cum ejusdem numis spectatur, sequitur Tomo I tractatus, cuius jam supra mentionem fecimus, in quo de vita, scriptis ac eruditione Homeri agitur, quemadmodum & Tomo II præmissa est dissertatione de præliis ab Homero descriptis; sed de his plura referre instituti nostri ratio non permittit. Nec de ipso poemate multa hic edisserere licet, id tantum dissimulare non possumus,

mus, Poetam Homerica egregie attemperasse ad genium seculi, nec incredibili ingenii vi & igniculis illis, quibus tantæ molis opus continuo excitatur & alitur, vel ipsi Homero cedere. Cujusque libri Iliados annotationes pereruditæ præcipua loca, quæ aliqua explicatione indigere videbantur, illustrant, de quibus summi Critici judicarunt, earum lectionem cum lectione interpretationis conjunctam, instituta sunul collatione cum textu authentico, sufficere posse ad objectiones diluendas, quæ in Gallia contra Homerum allata fuerunt. Nos etsi iis recensendis supersedemus, ut aliquid tamen specimenis loco ex operæ eleganti nec ubivis obvio afferamus, ea brevissime adducemus loca, quæ Cl. Autor ad exemplum Daceriaz e Sacris Literis subinde illustrat. Ita ubi ad Il. Δ. v. 259 observat, veteres aquas portiones convivis vulgo distribuere solitos, iis quidem quos præcipuo honore afficere volebant, præstantiorem bolum obtulisse, provocat ad Gen. XLIII. v. ult. Ad Il. E. v. 20 & 21, ubi ~~pro~~ ~~ad~~ virtutem vulgo, non sufficiunt defudere fratrem interficium, reclusus verti putat, non perseveravit &c. Idzai vero fugam cum fuga Sisera Jud. IV, 15 comparat; & ad L. c. v. 127 observans, gentiles non minus ac Christianos, unius Dei esse censiisse oculos aperire mortalium, ut verum videant, provocat ad exempla Hagar & Balaami Gen. XXI, 14 & Num. XXII, 31. Hyperbolicam locutionem Il. Z v. 133 (quales Orientalibus hodieque solennes ait) non absimilem putat iis verbis, quibus Godiath Davidem compellat 1 Sam. XVII, & mox ad v. 146 prorsus geminum locum Eccl. XIV, 18 adducit. Vilissimum olim scilicet aquam e fonte hauriendi officium, non minus Noster ex Il. Z v. 457 quam ex Jos. IX, 23 demonstrat. Deum hominum fata lance pendere, quod est Il. Θ v. 69, tum e Jobi XXXI, 6, Dan. V, 27, & Prov. XVI, 21, tum ex Aeschilo illustrat, qui integrum Tragœdiam sub titulo Psychostasis scripsisse fertur apud Plutarchum de aud. Poet. & ad v. 95 loca Sam. I, 7 & Ps. XVIII, 4, producit. Ad Il. I. v. 49 refert Es. XXXVI, 8, & ubi Il. K v. 150 seq. Diomedem reperit inter arma dormientem, recordatur Sauli Sam. XXVI, 7, ac postea ad v. 350 veteres ex re agraria terræ spatio dimensos, ex Sam. XIV, 14 probat. Egregie porro

concordant Il. N v. 18, 19 & Pf. LXVIII, 8, 9; tunc ex ejusdem libri ll. v. 71, 72 veteres credidisse Nostrum obseruat, faciem Dei nemini patere, atque ita quoque Mosen testari Exod. XXXIII, 20-23. Ad ll. II v. 45 seq. de Sarpedone ad Trojam casu & in patria Lycia sepulto notat, apud antiquos magno in honore fuisse positum, si quis in patria condi posset, eoque Jacobi exemplum trahit Gen. XLIX, 29. Ceterum quatuor hactenus tantum ad nos Volumina, nec levi pretio, pervenerunt, quorum quartum Libro XVI Iliados finitur: exspectamus vero prope diem duo postrema volumina, quibus opus universum ab Anglis summo plausu exceptum complebitur.

**NAZARENUS: OR. JEWISH, GENTILE AND  
Mahometan Christianity, with the relation of an Irish  
Manuscript of the Four Gospels &c.**

i. e.

**NAZARENUS: SIVE JUDAICUS, GENTILIS & Muhammedicus Christianismus, una cum recensione MSCti cuiusdam Hyberni quatuor Evangeliorum & appendice; Autore TOLANDO.**

Londini, ap. Jo. Brotherton, J. Roberts & A. Dod, 1718, 8.  
Plag. 1.3.

**C**elebrimus Tolandus, cui nec ingenium, nec animus nova inveniendi deest, in eo jam est, ut novum Evangelium, Muhammedicum quidem, orbi literato revelet. Copiam hujus a. 1709 fecerat illi Amstelodami Joh. Fredericus Cramerus, qui Regi Borussiae consiliis negotia ejus Amstelodami illo tempore curabat. Simul ac Tolandus illud vidisset, illustris Lett. I p. 24 simum Sabaudiae Principem Eugenium hac de re certiore fecit, cuius deinde etiam Bibliothecæ, consecratum illi a Cramero, hoc Evangelium accessit. Patet hoc ex inscriptione, qua illud illustrissimo Eugenio obtulit Cramerus, quam Cl. de la Monnoye in notitia hujus Evangelii, quam appendicis loco libello suo Tolandus subjicit, siflit. Ipsum Evangelium hoc titulo: Verum Evangelium Jesu, qui dictus est Christus, novi pro-

**Præf. p. 2.** App. II.

Prophetæ a Deo in mundum missi, secundum Barnabam Apostolum, testibus Tolando & de la Monnoye, in Italicum sermonem ex Arabico translatum medio Seculo XV & descriptum existimat, id quod ex litera i puncto superimposito notata conjicit de la Monnoye. Forma libri octava, Capita 221, paginas 229 continet, charta more Arabibus usitato polita est, orthographia a regulis multum discrepat. Tribuitur hoc Evangelium Barnabæ, qui in illo Apostolus Jesu Christi venditatur, idemq; tanquam Iolum verum Evangelium quatuor Evangelii nostris opponi ex Muhammedanorum sententia observat de la Monnoye. Movit hujus Evangelii inventio Cl. Tolandum, ut libellum hunc, quem inscripsit: Nazarenus, typis exscribi curaret. Exhibit liber Tolandi duas Epistolas Megaletori inscriptas. Prior expositis iis, quæ ad historiam hujus Evangelii pertinent, Muhammedanorum de Christo & Evangelio judicia declarat, qua de re dicta Tolando eo denique tendunt, ut Muhammedanos genus Christianorum esse afferat, quod nec omnino optimum nec pessimum sit. Deinde vero duplex quoq; genus Christi, anorum ex intentione Dei ab initio extitisse ostendere laborat. Unum conversorum ex Judæis dicit, qui legi Mosaicæ, eti Je- sum Nazarenum Messiam amplectentur, alligati perpetuo fuerint: alterum conversorum ex gentibus statuit, quos ab omnibus legis Mosaicæ statutis immunes fuisse defendit, utrosque solo interioris sanctimoniaz studio conjungens. Hujus vero systematis sui egregios fructus, scilicet fibi pollicetur, finem disputationis de esu sanguinis & suffocatorum, Pauli cum Petro quoad argumentum de circumcisione & ceremoniis legalibus, Pauli cum Jacobo quoad argumentum de justificatione consensum, harmoniam dilucidam Veteris & Novi Testamenti, facilem denique viam repartam Judæos Christo conciliandi & reliqua. Hoc vero argumentum ita expedit Tolandus. Videri poterat probatione quadam indigere, quod extiterit aliquando Evangelium Barnabæ tributum: provocat Tolandus ad decretum Gelasii, & ad manuscriptum aliquod catalogi Barocciani, in quibus, quod tale Evangelium inter Apocrypha referatur, tradatur. Quæri poterat, num illud sit ab ipso Barnaba? num ab eo ex inspi- rata.

concordant il. N v. 18, 19 & Pf. LXVIII, 8, 9; tum ex ejusdem libri ll. v. 71, 72 veteres credidisse Noster observat, faciem Dei nemini patere, atque ita quoque Mosen testari Exod. XXXIII, 20-23. Ad ll. II v. 455 seq. de Sarpedone ad Trojam caeso & in patria Lycia sepulto notat, apud antiquos magno in honore fuisse positum, si quis in patria condi posset, eoque Jacobi exemplum trahit Gen. XLIX, 29. Ceterum quatuor hactenus tantum ad nos Volumina, nec levi pretio, pervenerunt, quorum quartum Libro XVI Iliados finitur: exspectamus vero prope diem duo postrema volumina, quibus opus universum ab Anglis summo plausu exceptum complebitur.

**NAZARENUS: OR. JEWISH, GENTILE AND  
Mahometan Christianity, with the relation of an Irish  
Manuscript of the Four Gospels &c.**

i. e.

**NAZARENUS: SIVE JUDAICUS, GENTILIS & Muhammedicus Christianismus, una cum recensione MSCti cuiusdam Hyberni quatuor Evangeliorum & appendice; Autore TOLANDO.**

Londini, ap. Jo. Brotherton, J. Roberts & A. Dod, 1718, 8.  
Plag. 1.3.

**C**elebrimus Tolandus, cui nec ingenium, nec animus nova inveniendi deest, in eo jam est, ut novum Evangelium. Muhammedicum quidem, orbi literato revelet. Copiana hujus a. 1709 fecerat illi Amstelodami Joh. Fredericus Cramerus, qui Regi Borussiae a consiliis negotia ejus Amstelodami illo tempore curabat. Simul ac Tolandus illud vidisset, illustris Lett. I p. 24 sūnum Sabaudiæ Principem Eugenium hac de re certiore fecit, cuius deinde etiam Bibliothecæ, consecratum illi a Cramero, hoc Evangelium accessit. Patet hoc ex inscriptione, App. II. qua illud illustrissimo Eugenio obtulit Cramerus, quam Cl. de la Monnoye in notitia hujus Evangelii, quam appendicis loco libello suo Tolandus subjicit, fissit. Ipsum Evangelium hoc titulo: Verum Evangelium Jesu, qui dictus est Christus, novi pro-

Prophetæ a Deo in mundum inissi, secundum Barnabam Apostolum, testibus Tolando & de la Monnoye, in Italicum sermonem ex Arabico translatum medio Seculo XV & descriptum existimat, id quod ex litera i puncto superimposito notata conjicit la Monnoye. Forma libri octava, Capita 221, paginas 229 continet, charta more Arabibus usitato polita est, orthographia a regulis multum discrepat. Tribuitur hoc Evangelium Barnabæ, qui in illo Apostolus Jesu Christi venditatur, idemq; tanquam Iolum verum Evangelium quatuor Evangelii nostris opponi ex Muhammedanorum sententia observat de la Monnoye. Movit hujus Evangelii inventio Cl. Tolandum, ut libellum hunc, quem inscripsit: Nazarenus, typis exscribi curaret. Exhibit liber Tolandi duas Epistolas Megaletori inscriptas. Prior expositis iis, quæ ad historiam hujus Evangelii pertinent, Muhammedanorum de Christo & Evangelio judicia declarat, qua de re dicta Tolando eo denique tendunt, ut Muhammedanos genus Christianorum esse afferat, quod nec omnino optimus, nec pessimus sit. Deinde vero duplex quoque genus Christi, anorum ex intentione Dei ab initio extitisse ostendere laborat.

Præf. p. 3.  
Lett. I p. 4,  
§ it. 16.

Unum conversorum ex Judæis dicit, qui legi Mosaicæ, et si Iesum Nazarenum Messiam amplectentur, alligati perpetuo fuerint: alterum conversorum ex gentibus statuit, quos ab omnibus legis Mosaicæ statutis immunes fuisse defendit, utrosque solo interioris sanctimoniaz studio conjungens. Hujus vero Præf. p. 7. systematis sui egregios fructus, scilicet sibi pollicetur, fine in disputationis de Iesu Ianguinis & suffocatorum, Pauli cum Petro quoad argumentum de circumcisione & ceremoniis legalibus, Pauli cum Jacobo quoad argumentum de justificatione consensum, harmoniam dilucidam Veteris & Novi Testamenti, faciem Lett. I. p. 65 denique viam repartam Judæos Christo conciliandi & reliqua. Hoc vero argumentum ita expedit Tolandus. Videri poterat probatione quadam indigere, quod extiterit aliquando Evangelium Barnabæ tributum: provocat Tolandus ad decretum Generalium, & ad manuscriptum aliquod catalogi Barocciani, in quibus, quod tale Evangelium inter Apocrypha referatur, tradatur. Quæsi poterat, num illud sit ab ipso Barnaba? num ab eo ex inspiratione?

- spiratione, num divina an humana autoritate scriptum? an illud ipsum adhuc habeatur? an illud integrum servatum vel an quædam tantum illius fragmenta apud scriptores Ecclesiasticos reperiantur? Negat usque illud innotuisse, parvum vero fragmentum ejus ex MSto 39 Catalogi Barocciani producit.
- Bαρνάβας ὁ Απόστολος ἐφη, ἐν αὐτοῦ λαττεῖς πομπεῖς αὐθιλάττερος ὁ νυκτός, διότι ἐπέρχεται πλέον ἔχων τῆς αἰματοτίας.
- Hæc vero Barnabam non in epistola, quæ illi tribuitur, aut alibi dixisse, probat ex eo, quod hæc ipsa verba & horum sensum in Evangelio a se reperto, quod Barnabæ tribuatur, invenerit. Erat porro probandum, Muhammedanos illud Evangelium Barnabæ habere: huic rei ut satisfaciat, notat, inter sex illos viros, quos Deus novorum institutorum autores fecerit, post Adamum, Noachum, Abramum, & Mosen, referri quoque a Muhammedanis Jesum, præcursum Mohammedis. Observat, quatuor libros apud illos haberi, quibus divinæ revelationis autoritatem tribuant, Pentateuchum Mosis, Psalmos Davidis, Evangelium Jesu & Alcoranum Muhammedis. Probat hanc Muhammedanorum sententiam ex formulari Jacobi Ben Sidi Ali apud Gabrielem Sionitam Tractatu de non nullis orientalium urbibus, & testimonio Algazelis in exposit. Fidei Sonnitarum ap. Maraccium, præterea notat in Alcorano & aliis Muhammedanorum scriptis multa de Christo reperiri. Ex his conjicit Tolandus, vel olim extirisse, vel adhuc extare apud Muhammedanos Evangelium, ex quo hæc habeant. Esse vero hoc Evangelium Barnabæ, ita evincit: observat, quod Muhammedani Evangelium nostrum corruptionis arguant, inter alia etiam apud Johannem, ubi pro παρακλήσει legendum sit περίκλυσις, quod illum rem, qui significatus est vocis, Muhammed designet. Notat, quod Evangelium a se reperitum Muhammedem paracletum faciat, recensionesque de Jesu nostro a nostra historia multum diversas, item doctrinas, quæ fuere veterum Ebionitarum, jam vero etiam a Muhammedanis receptæ sunt, exhibeat. Notat, quod Autor, quia summa capitibus proposuit, in Christianos quasi Evangelii corruptores acerbe invehat, ex quibus concludit, esse hoc ipsum

ipsum Evangelium Barnabæ illud, quod Muhammadani habent. Quia in re nihil illum movet, quod Epistola Barnabæ alias tributa, doctrinam hujus Evangelii prorsus confutet. Pergit antiquitatis speciem Evangelio huic suo inducere. Arguit: exhibet hoc Evangelium systema veterum Ebionitarum, vel Nazarenorum, immo veterum Cerinthianorum & Carpocratiorum de Christo, ergo hoc Evangelium illorum tempore extitit, et si varie postmodum interpolatum. Similem in modum antiquitatem hujus Evangelii ad tempora Apostolorum reducit, ex eo fundamento, quod manifesta in hoc Evangelio apparet indicia, autorem ejus dissensionis, quæ inter Paulum & Barnabam fuit, consciunt fuisse, & quod similia Paulo in hoc Evangelio in causa Eyanelli gentibus annunciatæ & legis Mosaicæ abolitæ exprobrentur, ad quæ digitum intendat epistola quædam quæ Petro tribuatur scripta ad Jacobum, quam Clementis præfixam exhibet Cotelarius T. I Patr. Apost. p. 602.

p. 17. 21.

33.

25. sqq.

23.

27. 28.

31.

35.

Abductus ita ad Ebionitas vel Nazarenos Pauli hostes acerrimos Tolandus argumentum de discrimine Christianorum ex Judæis & gentibus conversorum expedit. Sifit primo Ebionitas tamquam primos ex Judæis conversos Christianos voce Hebreæ נָאכְרִים pauperes a contempta vita conditione dictos, qui ipsi idem sunt cum Nazarenis. Hi de institutis Mosaicis Christianæ professioni adjungendis, et si alias inter illos quædam erat sententiarum diversitas, amice conspirabant. Idem, quod Pauli doctrinam de lege ceremoniali abolenda huic suæ sententiae adversari crederent, vehementer eundem criminabantur. Negabant initum Jacobi & Petri cum Paulo pactum de Evangelio ab illo gentibus declarando, quoniam probabile non sit, ipsos non eodem negotio inter gentes defuncturos fuisse. Cavillabantur iidem testimonium Pauli de Petro commercio cum gentibus abstinentे, venientibus quibusdam Jacobi discipulis, prætexentes, nullum esse potuisse hac in re Petri metum, cum Paulus supra modo testatus fuerit, Jacobum hac in re secum consensisse. Addit Tolandus, Act. XXI, 20 - 26 Paulum accusatum, quod Judæos ad negligunt legis Mosaicæ abduceret, consilium Jacobi & reliquorum

Oo

senio-

- seniorum de specimine legis Mosaicæ a se observatæ edendo sequutum esse , atque hoc ipso ostendisse se Judæos ad Christum conversos a lege Mosaicæ retinenda non avertere. Hac occasione rejicit sententiam Hieronymi , qui Paulum non minus quam Petrum errasse dicit , utrosque tamen intentione bona , nimirum Judæos ad Christum adducendi. Supponit jam Tolandus , nec Ebionitas refutari , nec loco ex Actis allegato satisfieri posse , nisi statuamus , Paulum quidem eo al laborasse , ne Christianis ex gentibus jugum legis Mosaicæ imponeretur , at vero illum nunquam Christianos ex Judæis conversos , et si hujus rei fallo ab Ebionitis ac Nazarenis accusatus fuerit , ab observanda legi Mosaicæ avocasse. Defendit etiam ex intentione Dei liberandos a lege Mosis non fuisse , et si jam omnium professionum Ecclesie aliter doceant. Laudat hac in re Augustinum , qui eandem secum sententiam foverit , & Petrum a Paulo Gal. II tantum reprehensum crediderit , quod Petrus hac praxi sua gentes ad Christum conversas ad legis Mosaicæ instituta sequenda abducere visus ipsi fuerit , eundem vero acerbitate Hieronymi a patrocinio veritatis deterritum fuisse dolet. Huic vero sententiæ veterum Nazarenorum magis firmandæ oracula V. T. quæ legis Mosaicæ æternitatem edisserant , effatum Christi , qui se non venisse , ut legem aboleat , sed ut impleat , profiteatur , praxin denique Apostolorum subjicit , & ad eandem Jacobi Rhenferti dissert. de fiduciis Judæorum & judaizantium hærelibus sententiam provocat. Quæ tamen dum ita defendit , sacrificium Leviticum partem præcipuam legis Ceremonialis omnino etiam apud Judæos ad Christum conversos pari modo ac tempore abolendum fuisse concedit. His ita positis Paulum & Jacobum in capite de justificatione per fidem sine operibus ita concilare studet. Supponit per fidem intelligi Christianismum , quem ille in agnitione unius Dei , persuasione de veritate doctrinæ Christi , & interna animi sanctificatione ponit : per opera vero opus operatum Legis Leviticæ designari. Jam dicit , Paulo in epistola ad Rom. negotium esse cum gentibus ad Christum conversis , de his illum recte dicere , quod sine operibus i.e. fine observatione ceremoniarum Leviticarum justificentur :

tur: Jacobum vero verba facere ad conversos ex Judæis, quibus ergo juxta fidem in Jesum Nazarenum Messiam legis quoque Ceremonialis opera recte commendet. Cognata est huic rei observatio Sabbathi, diei quidem septimæ, quod Christianis ex Judæis conversis perpetuo servandum fuisse existimat. Ab his vero licet Christiani ex gentibus conversi imminentes erant, iidem tamen ex sententia Tolandi perpetuo obstringebantur ad abstinentiam a sanguine & suffocato, præueniente præcepto Noachico & decreto Apostolorum Act. XV, 28. Attamen tantum obligabantur illi, qui inter Judæos habitabant ex gentibus conversi. Sequitur altera ad Megaletorem Epistola, quæ notitiam MSti cuiusdam Hyberniæ quatuor Evangeliorum exhibet, brevemque delineationem sistit veteris Christianismi, qui fuit in Hybernia ante corruptionem Papalem. Qsa occasione nonnulla tradit de Keldæis ordine sacro ex Laicis apud Hybernos & Scotos. Invenit hoc quoque MS. tum Tolandus Hagæ Comitum 1709 ex Gallia paulo ante allatum, quod nunc in Bibliotheca Comitis Oxoniensis in Anglia assertatur. Est vero hoc MStum Latinum, quod descriptum possidet p. 10. Lett. 1. Tolandus, characteribus Hybernicis pulcre exaratum, in quo erravit Richardus Simon, qui illud Saxonice literis scriptum, Lettr. 2 p. 8. lineasque ad calcem adjectas idiomatis Saxonici esse perperam judicat; Scribæ nomen sistunt voces *do Maolbrigte*, ex quo Richardus Simon insigni errore fecit *Dom Elbrigte*, fingens scribam fuisse Monachum Benedictinum Elbrigte, quoniam horum nominibus propriis *Dom* præfigi soleat. Ostendit vero Lett. 2 p. 15. Tolandus, *do* esse apud Hybernos præpositionem, quæ Anglosum *to* respondet, *Maol Servum*, *Maolbrigte*, servum Brigitæ vel Brigidianum denotare. Locus, in quo ultima manus libro addita, præfert nomen Ardmachæ. Exhibit hoc MS. varias lectiones non levioris momenti, & catenam Patrum in Evangelium Matthæi, notis variis lingua Hybernica intertextam, quæ corruptis quibusdam Patrum locis egregie inservire posset. Reperiuntur etiam hic glossa interlinearis sed exigui pretii, & fragmenta quædam, inter quæ etiam Genealogia Christi, quæ non est hic initium Evangelii Matthæi. Ipsum

Oo 2 opus

p. 53.

44.

47.

65.

Lett. 2.

p. 10.

Lettr. 2 p. 8.

2.

- p. 14, 15. opus eximitum est veteris Ecclesiaz apud Hybernos monimen-  
tum, in primis vero notz egregie de doctrina ab erroribus pon-  
tificiis pura olim apud Hybernos testantur, cuius rei exempla  
contra dogma de transubstantiatione adducit Tolandus. At-  
que ita ad argumentum de veterum Hybernorum Christiani-  
smo transit. Summus erat Christianismi flos in Hybernia ante  
Sec. IX, atque adeo invisa erat Hybernis, Scotis, Albanianis &  
Britonibus Occidentalibus communio cum Romano Pontifice,  
ut Sec. VII Daganus Scotorum Episcopus cum legatis Romanis  
nec cibum sumeret, nec in eodem hospitio vesci voluerit. Se-  
quebantur Hyberni Scripturas tanquam unicam fidei regulam  
in lingua vernacula lectas, & aliquando nulla Patrum scripta,  
excepto uno quodam libello Chrysostomi, apud illos inveni-  
ebantur. Cujus rei egregium testimonium ex scriptore vita  
Chrysostomi hic citatur. In templis nullæ erant imagines, nul-  
læ candelæ interdiu accense, nec horæ Canonizæ, nec habitus  
Clericorum, qualia sec. demum XI per Malachiam Archi-Epi-  
scopum Armachanum introducta. Baptismus per immersionem  
sine Chrismate peractus: sacra cœna celebrata sub utraque: nul-  
læ preces ad mortuos factæ, qua de re Scriptoris Hyberni Clau-  
dii sententiam allegat Tolandus. In matrimoniosis mos obtinuit  
veteri Judaicæ Ecclesiaz receptus, quo frater defuncti fratri vi-  
duam uxorem ducebat. Presbyteri & Episcopi in Anglia con-  
juges habebant, ita quidem, ut in sede Archi - Episcopali Arma-  
cha jure hereditatis per quindecim generationes Archi-Episco-  
pi succederent. Singulæ Ecclesiaz singulos habebant Episco-  
pos, nec tamen distinctus erat ordo Episcorum, a quo solo  
ordinari potuerint Episcopi. Verumtamen subjecti tandem  
jugo Pontificio Hyberni, circa Sec. XI, quo tempore etiam, Pa-  
pa Adriano IV Henricum II Regem incitante, ad pendendam  
annuam unius denarii B. Petro solvendi pensionem ( pter-  
pence) adacti sunt. Quæ fuit Christianismi inter Hybernos  
facies, ea fuit ejusdem inter Scotos, quod olim incolarum Hy-  
berniæ nomen fuit, postea solis coloniis eorum in Britannia &  
adjacentibus insulis relictum. Nulli apud ipsos Diœcesani Epi-  
scopi ante Sec. V, nedium Sec. VIII, juxta Tolandum, sed per  
Pres-

Presbyteros Ecclesia regebatur, qui unum aliquem e medio suo Superintendentem vel Episcopum (attamen ab Episcopo Dicceano multum diversum) eligebant. Celebre inter Scotos fuit nomen Keldæorum. Erant hi Laici foeminis sæpe in matrimonio janeti similes tamen Episcopis & Monachis, atque adeo sacris rebus addicti, qui e medio suo præsidem sibi legebant. Inter hos celebres in primis erant Keldæ ecclesie S. Andreæ, et si etiam alibi tales repertos notat, & ex monumentis confirmat Tolandus. Tandem vero etiam Keldæ Canonicis locum fecere, quos eorum loco in monasterio Dunkellenfi introduxit Rex David A. 1127. Nomen ducunt Keldæ non a Kelde, quod domum cellarum denotare voluit Loydius, nec a Kilrule vel Kilrimont, quod S. Andream notavit, quod asseruit Stillingfleetus: sed a voce Hybernia Ceile-de, quæ segregatos & DEO devotos significat, ex qua Latini quidam Scriptores Colideos & Culdeos quasi cultores DEI fecerunt. His duabus epistolis annexa est Appendix, quæ primo loco exhibit duo problemata, Historico-Politica & Theologica, quæ ad statum nationis & religionis Judaicæ pertinent. Occasionem problematis his dedit propositum Tolandi, quo opus quoddam perfectius de rep. Mosaica in lucem edere in animum induxit, cui parata omnia esse dicit, ita ut opera sex mensium, si vacaret, absolvi integrum possit. Problemate I queritur: an ipsa religionis & regiminis populi Judaici indeoles, an promissiones Dei & miraculosa providentia causa sit, quod perpetuo populus Judaicus ab aliis distinctus adhuc hodie existat? Problema 2 est: an præter miraculosa DEI providentiam ratio dari possit, cur Judæi in terra sua suis legibus viventes, idololatriæ & mulierum exterarum gentium amoribus deditifuerint, cum jam ab utroque abhorreant. Secundo habetur in hæc appendice Notitia Evangelii Muhammedici secundum Barnabam, quam T. IV Menag. p. 321 ed. Amstel. exhibuit de la Monnoye. Tertio fistit hæc appendix quæstiones transmittendas ad Christianos, qui in regionibus Muhammedanorum deguant, ut, quæ his satisfaciant, responsiones a Muhammedanis impetrare studeant. (1) Ergo explorari cupit, an Muhammedani habeant Pentateuchum,

p. 52.

31, 32.

54

51 sqq.

Psalmos & Evangelium? in quo illa a Judæorum & Christianorum Libris differant? an Psalmos aliquos Davidis inter sacra publica canant? an sectiones quasdam Pentateuchi legant? (2) An Pentateuchum, Psalmos & Evangelium integra quidem nostris, quæ corrupta esse volunt, opponere possint? (3) An Evangelium Barnabæ inter Muhammedanos reperiatur, quod divinitus inspiratum esse credant? an alia hujus generis scripta inter illos reperiantur? quænam ipsis Apocrypha sint, quænam autoritatem divinam obtineant? (4) Unde probent Adainum, Sethum aliasque Patriarchas Libros divinitus inspiratos conscripsisse? (5) Hujus generis libros, si fieri possit, emendos, ut que copia eorum nobis fiat, curandum esse suadet. (6) Id quod apud Muhammedanos scriptum extat, cum eo quod oralis traditio narrat, non confundendum, tum sententiam sectæ cuiusdam ab eo, quod omnes profitentur, follicite distinguendam esse, nec amicitiae in detrimentum veritatis hac in re aliquid dandum esse, monet.

*ELITERIS CHRISTFRIDI WÆCHTLERI JC.  
occasione opusculi III. Domini van BYNCKERS-  
HOEK, de rebus mancipi & nec mancipi.  
Conf. Ad. Er. 1720 Mens. Jun.*

c. i.

**U**niuersitatem omnino Boethius descriptionem solemnitatis circa mancipationem attulit, quam vel Gajus, vel Ulpianus etiam. Sed Gajus Libro I Institutionum plane non versabatur in hoc, ut de mancipatione vellet scribere in universum. Et Ulpianus formulam illius quidem non attigit, quam Boethius recitat, supplet tamen vicissim ea, quæ alibi non reperiuntur. Quod si Caji codice integriore, quam nos habemus, usus est Boethius, congruum erat, etiam Ulpianum ex illo plenius exponi, & nihil omitti, quod is ibi tradidit. Nihil autem ex §. 4 & 6 Ulpiani Tit. XIX occurrit apud Boethium. Esto etiam, rectius legi apud Petrum Jacobum de Ravani, qui verba ipsius Caji ait se vidisse, rem tenens pro as; non reperio tamen apud Ulpianum, quinque illos testes fuisse & cives Romanos & puberes. Gajus autem in emancipatione filii, quinque testi-

testimoniū civium Romanorum meminiat §. 3, non & puberum. Priscianus tamen verba Livii affert : *impubes libripens esse non potest, neque antestari*; sed librum Livii non designat, apud *Puteb. Lib. 8 p. 792.* Et quod de libripende dicitur, nondum de quinque testimoniis pronunciatur. Porro omittit Boethius hic, quæ antecedunt apud Jacobum Gothofredum ad Tabulam VI p. 101: *omnes vero res, quæ ab alienari possunt, i. e. quæ a nostro ad alterius transire dominium possunt, aut mancipi sunt, aut non mancipi.* Atque post ea : *quasi pretiis loco*; sequuntur longe plura, quæ non transcribo. Pertinentque illa quidam potius ad Titulum Ulpiani, quam ad Gajum : sed utriusque lucem sopraventur. Primam curam fuisse de insignioribus partibus patrimonii Romanorum, in confessio est. Sed id tamen tenendum videtur, de singulis non nisi exempla quædam afferre Ulpianum. Eodemque modo loquitur Vir illustris hic, *fundi, servi, pecudes, & id genus alia.* Sic ergo procedebat Ulpianus : exemplum prædiis rusticis & mancipi in solo Italico sit fundus, urbani domus. Hoc enim voluit, cum diceret, *qualis est fundus, qualis domus.* Exempla jurium in rusticis prædiis sint via, iter, actus, & aquæductus, per notam adjectam *veluti*: Servi exemplo facile potuit abstinere. At quadrupedum iterum sunt boves, muli, equi, asini : per eandem notam, *veluti.* Et ad stipulatum Noster c. 6 p. u. 8. Jain ecce, quis inde sensus sequatur in reliquis : *cetera nec mancipi sunt; ceteræ, inquam, quadrupedes, quotquot scilicet cum bovibus, mulis, equis, asinis, non forent comparandæ.* Ita hæc verba recitat Brisonius in *mancipi, omisso, res.* Frequens ibi occurtere mendum, certum est. Sed hic felix quodammodo mendum irrepuit. Ut enim nunc probet Ulpianus, quasdam quadrupedes a le recte excludi a rebus mancipi, de quibus tamen forte poterat non parum dubitari, subiecta nova illarum exempla : *Elephanti & Cameli, quavis collo dorso domentur, nec mancipi sunt; quasi bestiarum numero sunt.* Etiam Noster fateatur iterum, a prioribus excipi has bestias, c. 6 p. u. 7. Nemoque urgeat, deesse particulam aliquam connectentein : *Nam Elephanti & Cameli, vel, sic Elephanti & Cameli.* Hoc enim leve est, nec de integrâ

c. 2.

c. 2.

gritate sensus. Mens JCti evidens. Usus autem hujus observationis pandet se inferius. Nunc jacta tantum est alca. Prædia rustica præmitti urbanis, facile patiar. Tam vere autem videtur mihi domus esse exemplum prædii urbani, quam vere fundus rustici. *Palam* porro prædia urbana res mancipi æque appellari hic, sicut rustica, iterum evidens est. Loca Ciceronis etiam comprobant, in mancipio & lege mancipii dictum fuisse de ædibus simul venditis. Lex autem mancipii propria est rerum mancipi. Si solo jure accessionis, & quia fundo imposita ædificia cedunt solo, pro rebus mancipi habentur, fictio statuenda est apud Ulpianum; cuius nullum hic apparet vestigium. Locus alter Ciceronis, *Topic.c.23*, loquitur de Lege XII Tabb. ubā fane ædes non occurrunt tabula sexta, siout autoritas fundi. Sed addit statim Cicero, ædes nihilominus esse in numero certaruni rerum, quarum annuus est usus. Non ergo sola æquitas hic spectabitur, sed nucleus verborum, in quo amplius est quam incortice. In eadem tabula sexta tignum junctum ædibus, simul cum vinea ejusque fundo memoratur pari jure. Et hoc est, quod Cicero iterum exprimit pro *Cecinmac.54*: *utimur eodem jure*, (quo in fundo scilicet) *in ædibus*: qua usum & autoritatem utriusque. Rectius intelligentur hæc, si ipso jure ædes combinatae sunt cum fundo, & habentur pro partibus illius quodammodo. Verba Ulpiani §. 6: *res mobiles non nisi praesentes mancipari, & non plures quam que manu capi possunt, de servo, equo, bove, mulo, asino, non debere accipi, voluit Nostrar c.10*, plus enim offendaret præsentia horum animalium Prætorem quam olim C. Afrania. *Idem significamus*, ait Celsus, *moventium, item mobilium appellatione, l. 93 D. de V. S.* hoc est, res mobiles non excludunt res se moventes, si cetera sint paria. Excluduntur ergo multo minus ipsæ res mobiles a se moventibus, sed concurrunt. Soleæ margaritæ iterum non repræsentant res omnes mobiles mancipi. Au Plinius de iis loquatur ita, ut monstret mores seculi, *Lib. 9 c. 35*, an vero in sensu legitimo & civili, non definio. Sive autem ibi scribam, *mancipationem*, *sive mancupationem*, utrobique allegantur tabulæ probantes. Utroque ergo vocabuli casu abstinendum putem, si margaritæ amc, quant-

c. 4.

quantumcumque pretiosæ, erant palæ nec mancipi. Si bello Jugurthino jam percrebuit nomen unionum seu mancipi, utique seculo Ulpiani non poterant silentio transmitti. Plinius etiam forte hoc tantum in animo habuit, nomen unionum tunc fuisse impositum margaritis imprimis grandibus: non autem tunc cognitas primum margaritas etiam minutæ & viles. In L. 37 §. 1 D. de Evid. non agi de rebus mancipi, utique constat. Primo loco tamen margaritas collocari inter res pretiosiores, argumento servit non contennendo, longe prærendas illas vesti sericæ & panno cuicunque. Ad L. un. C. de *nudo jure Quirit. toll.* dubites, an servus opponatur ceteris rebus nec mancipi. Nominatur ibi primo loco, periade uti apud Ulpianum, post jura prædiorum, etiam stat loco primi exempli, Ulpianus autem Tit. XI §. 27 unicum afferat exemplum, de alienatione mancipii, idque opponit pupilli rebus omnibus nec mancipi. Quod si legamus ibi rem mancipi, perit totum hoc exemplum, & genus comprehendet omnes suas species. Optime distinxit Noſter locutiones, quæ fiunt ex arte, a reliquis, quæ populariter. Ex arte iterum recte distinguuntur quadrupedes, pecudes, bestiæ. Quid populariter fiat, parum hic ad nos. Servii locum de feris eo libentius legimus emendatum, quia ista verba prætermiserat Gerardus, Jo. F. Vossius, in *Etymolog.* Ut plenius intelligam Varronem Lib. II de R. R. c. 1: neque in omnibus satis est stipulatio aut solutio numerorum, ad mutationem dominii, conjungo ista cum ejusdem c. 2 § 10. Scilicet in emptionibus aut hoc agimus, ut detur mancipio, aut ut mancipio non detur. Si non detur, dupla solet promitti, aut simpla, si ita pacti. Porro in emptionibus alii plura, alii pauciora excipiunt. Si excipiunt, stipulatio solet intercedere. His positis, reliqua Varronis loca c. 6, 7, 8, quæ omnia excusit Noſter, sponte patent. Agricolam dum agit Varro, ubique misericordia etiam curam leguna. Canou: in emptionibus jure utimur eo, quod lex prescripsit. c. 2. Quod enim alterius fuit, id ut fiat meum, necesse est aliquid intercedere, ad mutationem domini. c. 1. Utrum probabile ergo sit, Varronem mancipationis solennia non continuo repetiisse in singulis capitibus, quia cives Romani neglexerint

c. 2.

gritate sensus. Mens JCti evidens. Uſus autem huius obſervationis pandet ſe inferius. Nunc jacta tantum eſt alea. Prædia rufiſca præmitti urbanis, facile patiar. Tam vere autem videtur mihi domus eſſe exemplum prædii urbani, quam vere fundus rufiſci. *Palam* porro prædia urbana res mancipi ſequi appellari hic, ficut rufiſca, iterum evidens eſt. Loca Ciceronis etiam comprobant, in mancipio & lege mancipii dictum fuſſe de ædibus fūſul venditīſ. Lex autem mancipii propria eſt rerum mancipi. Si ſolo jure accessionis, & quia fundo imposita ſedificia cedunt ſolo, pro rebus mancipi habentur, fictio ſtatuenda eſt apud Ulpianum; cuius nullum hic appetat veſtigium. Locus alter Ciceronis, *Topic. c. 23*, loquitur de Lege XII Tabl. ubi fane ædes non occurruunt tabula ſexta, ſiout autoritas fundi. Sed addit flatim Cicero, ædes nihilominus eſſe in numero ceterarum rerum, quarum annuus eſt uſus. Non ergo ſola ſequitas hic ſpectabitur, ſed nucleus verborum, in quo amplius eſt quam in cortice. In eadem tabula ſexta tignum junctum ædibus, ſimul cum vinea ejusque fundo in memoratur pari jure. Et hoc eſt, quod Cicero iterum exprimit *pro Caccina. c. 54*: *utimur eodem jure*, (quo in fundo ſcilicet) *in edibus*: qua uifum & autoritatē utriusque. Rectius intelligentur haec, ſi ipſo jure ædes combinatæ ſunt cum fundo, & habentur pro partibus illius quodammodo. Verba Ulpiani §. 6: *res mobiles non niſi praefentes mancipari, & non plures quam qua manu capi poſſunt, deſeruo, equo, bove, mulo, aſino, non debere accipi, voluit Noſter c. 10*, plus enim offendereſt præſentia horum animalium Prætorem quam olim C. Afrania. *Idem significamus*, ait Celsus, *moventium, item mobiliū appellatione*, l. 93 *D. de V. S.* hoc eſt, res mobiles non excludant res ſe moventes, ſi cetera ſint paria. Excluduntur ergo multo minus ipſe res mobiles a ſe moventibus, ſed concurrunt. Solea margaritæ iterum non repræſentant res omnes mobiles mancipi. An Plinius de iis loquatur ita, ut monſtret mores ſeculi, *Lib. 9 c. 35*, an vero in ſenſu legitimo & civili, non defiaio. Sive autem ibi ſcribam, *mancipationem*, *sive mancipationum*, utrobique allegantur tabulæ probantes. Utroque ergo vocabuli caſu abſtinendum putem, ſi margaritæ uinc, quan-

quantumcunque pretiosꝝ, erant palam nec mancipi. Si bello Jugurthino jam percrebuit nomen unionum ceu mancipi, utique seculo Ulpiani non poterant silentio transmitti. Plinius etiam forte hoc tantum in animo habuit, nomen unionum tunc fuisse impositum margaritis imprimis grandibus: non autem tunc cognitas primum margaritas etiam minutas & vires. In L. 37 §. 1 D. de Evid. non agi de rebus mancipi, utique constat. Primo loco tamen margaritas collocari inter res pretiosiores, argumento servit non contennendo, longe præferendas illas vesti sericꝝ & panno cuicunque. Ad L. 22 C. de *nudo jure Quirit. toll.* dubites, an servus opponatur ceteris rebus nec mancipi. Nominatur ibi primo loco, periade uti apud Ulpianum, post jura prædiorum, etiam stat loco primi exempli, Ulpianus autem Tit. XI §. 27 unicnm afferit exemplum, de alienatione mancipii, idque opponit pupilli rebus omnibus nec mancipi. Quodsi legamus ibi *rem mancipi*, perit totum hoc exemplum, & genus comprehendet omnes suas species. Optime distinxit Noster locutiones, quæ fiunt ex arte, a reliquis, quæ populariter. Ex arte iterum recte distinguuntur quadrupedes, pecudes, bestiæ. Quid populariter fiat, parum hic ad nos. Servii locum de feris eo libentius legimus emendatum, quia ista verba prætermiserat Gerardus, Jo. F. Vossius, in *Etymolog.* Ut plenius intelligam Varronem Lib. II de R. R. c. 1: *neque in omnibus satis est stipulatio aut solutio numerorum, ad mutationem dominii, conjungo ista cum ejusdem c. 2 § 10.* Scilicet in emptionibus aut hoc agimus, ut detur mancipio, aut ut mancipio non detur. Si non detur, dupla solet promitti, aut simpla, si ita pacti. Porro in emptionibus alii plura, alii pauciora excipiunt. Si excipiunt, stipulatio solet intercedere. His positis, reliqua Varrouis loca c. 6, 7, 8, quæ omnia excusavit Noster, sponte patent. Agricolam dum agit Varro, ubique miscuit etiam curam legum. Canou: *in emptionibus jure utimur eo, quod lex prescripsit. c. 2. Quod enim alterius fuit, id ut fiat meum, necesse est aliquid intercedere, ad mutationem domini.* c. 1. Utrum probabile ergo sit, Varronem mancipationis solennia non continuo repetuisse in singulis capitibus, quia cives Romani neglexerint

Pp

c. 5.

c. 6.

c. 7.

rint omnem illam solennitatem, ut labori parcerent, qui actibus solennibus adhibendus erat, tum circa hæc animalia, tum circa res alias majoris longe momenti, non definio iterum. Varro omnibus his locis loquitur de animalibus tantum, nec voluit idem toties repetere: quod ergo lex præscriperat, *hoc jure*, inquit, *uti-  
mūr*, nec adeo parcimus labori hic ullibi. Si siebat hoc in parvis his rebus, in majoris momenti Varroni aliud non tribuemus. Verba Ciceronis *de Harusp. Respons.* non eo respicere mihi videntur, quod multæ ac pene omnes domus Romæ non possideantur optimo jure. Ecce locum integrum: P. Clodius per calumniam dixerat, domum Ciceronis, ceu locum sacrum & religiosum, profanam haberi. Respondet is, nullam in tanta hac urbe domum ab ista suspitione tam vacuam atque puram esse. *Multa*, inquit, *domus in hac urbe ac pene cunctæ jure optimò sunt, sed tamen jure privato, jure hereditario, jure autoritatis, jure mancipii, jure nexi*; i. e. jure quidem optimo possidentur, & in ipsis titulis juris nihil a quoquam fuit neglectum. Nego autem, *esse ullam domum aliam aque privato jure, atque optima lege, publico vero solum omni, præcipue & humano & divino jure munitam*. Patet prærogativa, a Cicerone intenta. Edificata enim erat primum ex autoritate Senatus pecunia publica, deinde tot SCtis munita & septa. De nullo opere publico, de monumento, de templo, tot extabant SCta, quot de hac domo. *Neque is sum, aut bis utor literis, qua animos nostros avocant a religione, quis enim est tam vecors, qui, cum suspexerit in Cœlum, Deos esse non sensiat? & casu fieri potest, que tanta monte sunt, ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac vicissitudinem persequi possit?* Arapius est, quod sequitur: *sed pietate ac religione, atque hac una sapientia, quod Deorum immortalium munere omnia regi gubernarique perspexit*, omnes gentes nationesque superavimus. Non est ergo locus ille sic satis obscurus, & gaudemus in illum incidisse. Dubitatio ista nova, an pecudes in veteri Romanorum patrimonio fuerint mancipi, atque eo jure ac modo a nostro ad alterius transferint dominium, quo aliae res mancipi abalienabantur? recidit in lectionem verborum Ulpiani iterum, *cetera, quadrupedes, nec mancipi sunt*. Sic

Ele-

*Elephanti & Cameli nec mancipi sunt, quia bestiarum numero sunt.* Varro rursus c. 2 haud sane dixit, præter stipulationem & æris adnumerationem nihil desiderari. Jam enim prædixerat c. I, non satis esse in omnibus stipulationem, aut solutionem numerorum, ad mutationem domini. Et c. 10 iterum, si mancipio nou datur, dupla promittitur per stipulationem, vel singula, si ita pacti. Et stipulatio intercedere solet tunc demum, si excipi piet emtor, sanum eum esse, furtis noxisque solutum. Si ergo mancipio dantur vel quadrupedes, vel grex ovium pecorumve, nec dupla nec simila tunc pròmuntur. Itaque satis constat hinc, eadem ratione tacuisse Varronem his de mancipatione, qua tacuit in emtione aliorum animalium, quæ utique erant mancipi. Isidori verba, *bomo, equus, ovis, statim ut nata, mancipium esse putantur, vel, mancipia esse dicuntur*, ne contradicant, cavers voluit Vir illustris, ac mallet legi, *bovis vel boves*. Varro equos, boves, asinos, ab ovibus, capra, sue, distinguit, ut pecudes maiores & minores, c. i. Equulum ait domari posse post annum & sex menses, vel melius post trimum, c. 7. Boves enim vel domitos, vel adhuc indomitos, c. 5. Boves perferi etiam nunc sunt multi in Dardania. Equi feri in regionibus Hispaniæ, c. i. Asinos tertio anno domari ad eas res, ad quas quicunque eos vult habere in usa, c. 6. Asini feri etiam nunc in Phrygia, c. i. Quis credit idem dixisse Varronem de ovibus? Primi pastores ex silvestribus animalibus, quæ poterant, deprehendebant ac concludebant, ut mansuercent. Non sine causa pabant primum oves assumptas; maxime enim haec quieta & aptissima ad vitam hominum. Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot, ut in Pbyrgia ex ovibus, ubi greges videntur complures, c. I. Iterum c. 2: E feris pecudibus primum oves comprehensa ab hominibus, ac mansuetacta. Et c. 3: Oves, quas pascimus, ortæ sunt ab ovibus feris. Sic capræ, quas alimus, a capris feris sunt ortæ. Et caprarum ferarum greges etiam nunc in Samothrace, quas Latine ritas appellant, c. I. Hæc est illa analogia, a qua recedere voluisse Ulpiatum, parum videatur vero esse simile. E numero bestiarum Elephants eximere Isidorus non ausus est. *Quicquid manu*

rint omnem illam solennitatem, ut labori parcerent, qui actibus solennibus adhibendus erat, tum circa haec animalia, tum circa res alias majoris longe momenti, non definiō iterum. Varro omnibus his locis loquitur de animalibus tantum, nec voluit idem toties repetere: quod ergo lex præscriperat, *boc jure, inquit, utimur*, nec adeo parcimus labori hic ullibi. Si fiebat hoc in parvis his rebus, in majoris momenti Varroni aliud non tribuemus. Verba Ciceronis *de Harusp. Respons.* non eo respicere mihi videntur, quod multæ ac pene omnes domus Romæ non possideantur optimo jure. Ecce locum integrum: P. Clodius per calumniām dixerat, domum Ciceronis, ceu locum sacrum & religiosum, profanam haberi. Respondet is, nullam in tanta hac urbe domum ab ista suspicione tam vacuam atque puram esse. *Multa, inquit, domus in bac urbe ac pene cunctæ jure optimo sunt, sed tamen jure privato, jure hereditario, jure autoritatis, jure mancipii, jure nexi;* i. e. jure quidem optimo possidentur, & in ipsis titulis juris nihil a quoquam fuit neglectum. Nego autem, esse ullam domum aliam aque privato jure, atque optima lege, publico vero simul omni, præcipue & humano & divino jure munitam. Patet prærogativa, a Cicerone intenta. Aedificata enim erat primum ex autoritate Senatus pecunia publica, deinde tot SCtis munita & septa. De nullo opere publico, de monumento, de templo, tot extabant SCta, quot de hac domo. *Neque is sum, aut bis utor literis, qua animos nostros avocant a religione, quis enim est tam vecors, qui, cum suspexerit in Cadum, Deos esse non sentiat? & casu fieri potest, qua tanta moneta fiunt, ut vix quisquam arte illa ordinem rerum ac vicissitudinem persequi possit?* Amplius est, quod sequitur: *sed pietate ac religione, atque hac una sapientia, quod Deorum immortalium munere omnia regi gubernarique perspeximus, omnes gentes nationesque superavimus.* Non est ergo locus ille sic satis obscurus, & gaudemus in illum incidisse. Dubitatio ista nova, an pecudes in veteri Romanorum patrimonio fuerint mancipi, atque eo jure ac modo a nostro ad alterius transferint dominium, quo aliae res mancipi abalienabantur? recidit in lectionem verborum Ulpiani iterum, *cetera, quadrupedes, nec mancipi sunt.* Sic

Etc.

*Elephantis & Cameli nec mancipi sunt, quia bestiarum numero sunt.* Varro rursus c. 2 haud sane dixit, præter stipulationem & æris adnumerationem nihil desiderari. Jam enim prædixerat c. I, non satis esse in omnibus stipulationem, aut solutionem numerorum, ad mutationem dominis. Et c. 10 iterum, si mancipio nouo datur, dupla promittitur per stipulationem, vel singula, si ita pacti. Et stipulatio intercedere solet tunc deum, si excipiet emtor, sanum eum esse, furtis noxisque solutum. Si ergo mancipio dantur vel quadrupedes, vel grex ovium pecorumve, nec dupla nec simila tunc præmittitur. Itaque satis constat hinc, eadem ratione tacuisse Varronem his de mancipatione, qua tacuit in emtione aliorum animalium, quæ utique erant mancipi. Isidori verba, *homo, equus, ovis, statim ut nata, mancipium esse putentur, vel, mancipia esse dicuntur*, ne contradicant, cavere voluit Vir illustris, ac mallet legi, *bovis vel boves*. Varro equos, boves, asinos, ab ovibus, capra, sue, distinguit, ut pecudes maiores & minores, c. 1. Equulum ait domari posse post annum & sex menses, vel melius post trimum, c. 7. Boves emi vel domitos, vel adhuc indomitos, c. 5. Boves perfici etiam nunc sunt multi in Dardania. Equi feri in regionibus Hispaniaz, c. 1. Asinos tertio anno domari ad eas res, ad quas quicunque eos vult habere in usu, c. 6. Asini feri etiam nunc in Phrygia, c. 1. Quis credat idem dixisse Varronem de ovibus? Primi pastores ex silvestribus animalibus, quæ poterant, deprehendebant ac concladabant, ut mansuetescereat. Non sine causa putant primum oves assumptas; maxime enim haec quietæ & aptissima ad vitam hominum. Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquor, ut in Pbyrgia ex ovibus, uti greges videntur complures, c. 1. Iterum c. 2: *E feris pecudibus primum oves comprehensa ab hominibus, ac mansuetacta*. Et c. 3: *Oves, quas pascimus, ortæ sunt ab ovibus feris*. Sic capræ, quas alimus, a capris feris sunt ortæ. Et caprarum ferarum greges etiam nunc in Samothrace, quas Latine retas appellant, c. 1. Hæc est illa analogia, a qua recedere voluisse Ulpiandum, parum videatur vero esse simile. E numero bestiarum Elephants eximere Isidorus non ausus est. *Quicquid manu*

*mam capi subdique potest, mancipium est, inquit, ut equus.* Hæc enim animalia statim putantur esse mancipium. Nam & ea, *qua in numero bestiarum sunt, videntur tunc mancipium esse,* quando capi sive domari coeperunt. Si adhuc sunt in numero bestiarum, facile tolerabo, an videantur mancipium esse vel fieri. Romanis, cum primum nescirent, quod genus animantis esset Elephas, & maximam quadrupedem vocarent bovem, a regione, in qua primum viderant, dicebatur *bos Lucas*, deinde *Lucas & Luca*: non *Bos S. Luce*, ceu putabat Baronius. Salmasius ad Solinum f. 303, oblitus tamen sui f. 312. Velschius putabat, Justinianum, Orientis Imperatorem, delere debuisse verba Ulpiani de feritate camelorum, quia ex Oriente, ubi inter armenta pascebantur, & jumentorum vice fungebantur, deducti Romam multo notiores ibi fuerint post tempora Ulpiani, *de Vena Medio. c. 7 p. 175.* Sed mens Imperatori esse non potuit, alia verba in quæstione Historica tribuere Ulpiano. Is etiam quum sciret, Romæ camelos sua ætate collo dorsove utique domari, idem dixit, quod Cajus, jumentorum operam illos præstare, atque hactenus quasi mixtos esse: natura eorum etiam adhuc fera manente. Ingens illorum numerus ab antiquo publice alebatur adhuc sub Justiniano ad onera ferenda militum in bello; sed ipse eos pene omnes removit, quia ad alios usus essent inepti. Procop. *Hist. arcana. f. 132, 133.* Si Ulpiano licuit tacere hic de familia sive hereditate, quæ primum locum in rebus incorporalibus obtinet, potuit etiam silentio transmittere jura prædiorum urbanorum, & tamen citra oppositionem a Nostro intentam. Sufficiebat, mentionem factam prædiorum urbanorum perinde ut rusticorum. Sicut ergo fundus tuus prædio meo dominanti potest debere hanc vel illam servitutem, ita domus tua ædificiis meis similiter potest debere hanc vel alteram servitutem. *L. 21 D. de servit. P. U.* Et nulla harum consistit hactenus in sola superficie. Nam & servitus prædii urbani in solo consistere potest, puta ut mihi liceat cloacam immitttere in tuas ædes. Sic iter potest constitui etiam circa prædia urbana. *L. 20 S. 1 de S. U. P. L. 14 D. commun. præd. Sic & servitutes aliæ urbanorum prædiorum;* puta ut aquæductus per dormum

e. 8.

num servientem transducatur. *L. 11 §. 1 de Publician. in rem Aet.* Ulpianus igitur cum nollet eadem exempla servitutum repetere, ceu qualitates prædiorum urbanorum, quas antea collocauerat ceu exempla & qualitates rusticorum, plane maluit abrumperet, & totam applicationem judicio eruditæ lectoris relinquere. Servitus enim in se & ordinarie urbana, interdum videtur fieri rustica, & regulariter rustica a prædio dominante urbano urbana appellatur. Neque ideo mutabitur res mancipi in nec mancipi. Prædia rustica soli Italici Ulpiano non magis sunt mancipi, quam jura illorum: sed de utrisque loquitur aequaliter. Sic enim poterat dicere; servi & quadrupedes jure accessionis tantum sunt mancipi. Quam vere autem servus & quadrupes est per se mancipi, tam vere imo verius quodammodo, jura etiam prædiorum utriusque generis. Locus Ciceronis *Lib. I de Orat. c. 178, 179 f. 135* loquitur de eo, quod dixerat venditor ædium in lego mancipii, *nullam earum partem servire, servitutem scilicet urbanam.* Si ædes illæ per se non erant mancipi, sed tantum jure accessionis ad fundum, etiam lex illa mancipii non concipienda erat de mancípio ipsarum ædium, sed fundi, qui cum ædibus ipsis vendebatur. Verum est, fundum esse centrum libertatis ab hac servitute, quod tamen citra libertatem ædiuni ipsarum, aut jurium fundi non potest intelligi. Dabo alium locum Ciceronis *pro Cecinn. f. 209.* *Quid refert, ades aut fundum relictum a patre habere bene partum, si incertum sit, cum omnia tua jure mancipii sint, possine ea retinere? quid prodest, fundum habere, si jura finium, possessionum, (servitutum) persurbari aliqua ratione possunt?* Temperamentum singularis prudentiae Romanorum circa agros fundosque Provinciarum occupatarum paulo magis elucesceret, si docuisset Vir illustris, a prædiis stipendiariis & tributariis paulo minus exactum fuisset tributi ac census, de quo hic sermo est. Nihil enim acerbius Provincialibus utique videbatur, quam extraneo Principi Populoque integra tributa ista & onera censuum solvere, adempto præterea dominio fundorum suorum. Mansit ergo durities illa, quamdiu cogebantur rigide ad stipendia illa & tributa, ceu mercedem agri non sui, & tamen sui, sed alia atque

que alia, i. e. minus perspicua ratione. Quæ verba majorē in paulo lucem expectare inerebantur, ab eadem illa manu, quæ Græca Theophili rectius quam vulgo, & dilucidius hic transtulit. Ac mirum, ἔνομον δεσποτέαν non servasse nobis etiam Glossas illas Nomicas, quarum Noster hic meminit. Eo sensu tamen vox ea occurrit *Prov. XXXI, 26 & Act. XIX, 39.* Apud Thucydidem quoque se reperisse notavit H. Stephanaus. Sustulisse Justinianum, quicquid erat discriminis, diversæ appellationes & diversi juris inter Italica prædia & Provincialia, & abrogatis mancipandi cedendique in jure formulis, causam acquirendi dominii redigisse ad simplicitatem Juris Gentium, facile credo. Sed & constat, ex Ulpiani *lib. 17 D. de statu hom.* jam prius per Antoninum Caracallam Imp oīnnes, qui erant in orbe Romano, cives Romanos effectos: in speciem quidem honoris peregrinis habitū, sed ut hoc amplius ex vestigalibus colligeretur. Quæ enim nunc a civibus omnibus exigebantur, peregrini isti antea non pariter conferabant. Si igitur nudum tantum nōmen Quiritium juris, & rerum mancipi adhuc supererat, iterum supplenda hæc erunt ex reconditiore Historia illorum temporum. Nobis enim ad manus nunc non est Ezech. Spanheimii *Orbis Romanus*, ubi *Lib. 17 de statu homin.* fuse illustratur, justa in primis serie Imperatorum varia ibi auxilia suppeditante usque ad imperium Justiniani nostri. Franciscus Balduinus *Comment. de Justiniano*, *L. un. C. de nudo jure Quir. toll.* quamvis ea subscriptione destituatur, retulit tamen ad annum quintum imperii; quasi fragmentum istud constitutionis fuisset editum Consulibus Lampadio & Oreste, §30. Alteram autem & huic affinem constitutionem *L. un. C. de usucapione transform.* quæ edita est anno post consulatum Lampadii & Orestis, §31, omisit referre ad annum imperii sextum, ejusque mentem aperire. Nec dici potest, habuisse eum duas has leges pro una. Altera enim inscripta est Juliano P. P. altera Joanni P. P. Ac forte dicemus alias, fragmentum *de nudo Jun. Quir.* appendicem esse *L. un. de usuc. transform.* atque hoc ordine legendam: cum etiam res dividē in mancipi & nec mancipi, sanc antiquum est, id quoque merito antiquari oportet, ut sit rebus & locis omnibus similis

*missis ordo; inutilibus ambiguitatibus & differentiis sublatis.*  
*Antiquæ igitur subtilitatis ludibrium per hanc decisionem expellentes, nullam esse differentiam patimur inter dominos, & quæ sequuntur usque ad finem.* Sed hic scire velim, quæ mens sit Viro illustri de censura Hieron. de Oroz, Justinianum etiam hic sibi, gloriaz cupidine, arrogare nova jura, quæ tamen ante eum per Consultos statuta jam fuerint. Extendere enim usum accessionis possessionum ad eos quoque, qui possident ex causa lucrative. Quod tamen statutum reperiatur apud Ulpianum L. 13 §. 10 D. de acquir. possess. & Paulum L. 14 §. 1 D. de usucap. Lib. 5 c. 7 n. 10. Obstare sententiaz suaz de rebus mobilibus §. 6 Tit. XIX apud Ulpianum, viderat Vir illustris jam supra c. 4. Ibi tamen res mobiles exponebat de se moventibus, ac forte de margaritis. Neque videtur hic in fine libri mutasse illam mentem. Mihi liceat Ulpianum etiam hic intelligere non tam de se moventibus quam de inobilibus natura. Id enim verba postulant. Quod si plures essent, quam ut maxu simul omnes possent capi, partitum tractandum negotium fuisse, ut exitum haberet, concludendum est.

c. 10.

NIC. BERNOULLI, JOH. FIL. EXERCITAZ  
*iio Geometricæ de Trajectoriis Orthogonalibus &c.*  
*(Vid. Act. Erad. A. 1720 M. Maij p. 223.)*

### Sectio II.

#### §. 20.

**A**nte omnia dicendum erit in universum de problemate træjectoriarum quousque illud in genere sumtum solutum habeatur, postea de solutionibus minus universalibus, quæ quidem infinitis generibus curvarum competit non tamen omnibus, ac tandem de iis quæ nonnisi ad exempla particularia sunt accommodata: *solvere* autem hoc loco vario sensu accipi potest, primo enim solvitur aliquo modo problema perveniendo duntaxat ad æquationem differentialem qualemcunque cui plures insunt, quam duæ indeterminatæ earumve elementa, qui solvendi modus dici posset primi & insimi gradus; 2 solvitur


vitur nonnihil perfectius si reduci potest ad equationem quamvis differentio-differentialem sed in qua non nisi duæ reperiuntur indeterminatæ cum suis elementis, qui secundus est perfectionis gradus. 3 Perfecte solvitur inveniendo equationem differentialem sine differentiis altioribus & quæ constat duabus tantum indeterminatis, talis solutio obtinet tertium perfectionis gradum. 4 Solvitur perfectissime si præterea integrando ad equationem, terminis finitis constante, aut saltem per separationem indeterminatarum ad quadraturas reducatur, ut construi possit, qui quartus & summus est gradus perfectionis.

§. 21. Jam vero problema trajectoriarum generaliter conceptum ejus est indolis, ut vix sperare liceat aliam solutionem, quam quæ ad primum gradum aut forte ad alterum referri possit, qui hucusque rem perduxerit, multum fane præstitisse censendus est. Quod vero attinet ad solutiones generales quidem, sed tantum pro certis generibus curvarum, variaz suppetunt, quæ tertium imo & quartum perfectionis gradum obtinent. De reliquis, quæ tantum ad exempla particularia sunt aptata, non est ut multum dicamus, quia hujusmodi solutiones certam methodum non observant, ipsa vero illa exempla plerumque jam continentur in aliquo genere curvarum, quod sui generalem admittit solutionem.


§. 22. Quæ de his singularis inventa possideo & potissimum quidem partem ex communicatione optimi Parentis, nunc ordine pertractabo, addita ubique demonstratione seu analysi: illa ex methodis, quæ maxime obvia & cuius meminit in literis ad Leibnitium datis 2 Sept. 1694, per quam plura exempla dudum antea a se soluta refert, vid. Act. 1698 M. Octobr. consistit in hoc, sicuti patet ex solutione allata loco citato pag. 472 pro exemplo logarithmicarum eodem axe &

TAB. III. per idem punctum ductarum atque trajectoria normali secundarum, ut si curva ABC, sit una ex secundis a trajectoria quæfita DBE. concipiatur BF tangens secundæ ABC, tanquam normalis secantis DBE propter angulum rectum ABE, adeoque positis coordinatis trajectoriz AG, y; GB, x, earumque elementis Gg vel nb, dy; nB - dx; ut fiat FG. GB : : - dx. dy hoc est substantia gens


*TAB. III ad Suppl. T. VII Sec.*



*Fig. 1*



*Fig. 3*



*Fig. 5*



gens secundæ ad applicatam communem  $x$ , sicuti hujus ejusdem elementum ad elementum abscissæ, hæc analogia suppeditabit æquationem differentialem primi gradus continentem præter coordinatas earumque elementa etiam parametrum variabilem curvarum secundarum. Hactenus solutum habebitur problema sed nonnisi imperfectissime seu in primo & infimo solutionis gradu: quod si insuper valor subtangentialis ita exhiberi possit, ut parameter variabilis eum non ingrediatur, habebitur trajectoria DBE per æquationem differentialem primi gradus omnino liberam a parametro, quæ solutio perfecta est in tertio perfectionis gradu, unde patet curvarum algebraicarum trajectorias semper exprimi posse per hujusmodi æquationem, concessa nempe extractione radicum ex æquationibus algebraicis. Denique si valor subtangentialis FG eo reduci queat, ut excludat non solum parametrum variabilem, sed omnes quantitates constantes & implentes homogeneorum dimensiones, hoc est ut FG componatur tantum ex coordinatis  $y$  &  $x$  secundum quamcumque legem, dico hoc etiam solvi posse problema in summo perfectionis gradu; etenim æquatio differentialis pro trajectoria emergens consistet in meris  $y$  &  $x$  ita secum invicem permixtis, ut ubique simul eundem dimensionis gradum adiunpleant: verum jam diu a Patre meo demonstratum est, quomodo in talibus æquationibus differentialibus indeterminatas separare oporteat, ut earum constructio ad quadraturas revocetur, nisi quod quandoque fieri potest, per integrationem ad algebraicas omnino reducantur.

§. 22. Possem horum casuum exempla bene multa tam transcendentalia quam algebraica producere, sed quia constitui ob materiæ abundantiam ad particularia non descendere, relinquam aliis dictorum applicationem facere. Interim hac occasione ostendam, quam facile canon Cl. Hermanni, in quem etiam Patruelis meus incidit, ex hac prima Patris mei methodo deducatur: sit enim pro curva secunda ABC æquatio differentialis generaliter expressa per  $dx = p dy$  ubi  $y$  &  $x$  denotant ejus coordinatas AG & GB;  $dy$  &  $dx$  earundem elementa, quatenus pertinent (manente parametro invariata) ad cur-

vam secundam eandem ABC; atque per quantitatem designat ut eunque compositam ex coordinatis, parametro & constantibus. Jam ergo per methodum expositam erit FG, GB ( $:: dy \cdot pdy ::$   
 $\therefore p :: Bn. nb ::$  (sumendo  $-dx$  &  $dy$  pro elementis coöordinatarum  $x$  &  $y$  quatenus pertinent ad Trajectoriam DBE)  $-dx$ .  
 $dy$ , adeoque  $i \times dy = px - dx$ , hoc est  $dy = -pdx$ ; unde apparet, permutatis elementis in æquatione secundarum  $dx = pdy$ , & variato alterutro signo, oriri æquationem  $dy = -pdx$  pro Trajectoria quæsita, sicuti præcipit Canon Hermannianus sepe adeo commendatus; sed simul patet, eandem in re ipsa nihil differre a methodo hic explicata, quam Pater meus jam antet annos adhibuerat, quin & canonem illum nihil aliud esse, quam ipsius methodi commodam tantum enunciationem.

**T A B. III.** §. 23. Altera methodorum superiori jam seculo a Patre usitatarum, non multo minus obvia est quam præcedens: Illa huc redit, ut concipiatur duæ curvæ secundæ sibi mutuo proximæ, ABC, Abc secunda trajectoria DBE in punctis B, b; & a communni applicata GB in punctis B,  $\beta$ ; unde formabitur triangulum rectangulum Bb $\beta$ , eritque adeo (ducta  $bn$  perpendiculari ad B $\beta$ )  $B\beta. b\beta :: b\beta. n\beta$ , seu  $B\beta \times n\beta = b\beta \times b\beta = b\beta^2$ . Habetur autem  $B\beta$  differentiando applicatam GB secundum parametrum variabilem & abscissam AG invariabilem, ipsa vero  $bn$  (elementum abscissæ AG quatenus pertinet ad trajectoriam DBE)  $= dy$ ; &  $b\beta$  (elementum curvæ secundæ Abc, cuius posita æquatione differentiali  $dx = pdy$ , habetur  $b\beta$  (faciendo  $i \cdot r \frac{1}{1+pp} :: bn \cdot Bb$ )  $= r \frac{1}{1+pp} \times dy$ , sicuti &  $\beta n$  (propter  $bn. \beta n :: i.p$ )  $= pdy$ ; fat itaque  $B\beta = -qda$  (pono  $-qda$ , quia crescente parametro in hac figura decrescit GB) erit  $-qda \times pdy = i + ppdy^2$  seu  $-qda \times p = i + ppdy$ , unde  $-da = \frac{i + ppdy}{qda}$ . Quæ est æquatio pro trajectoria quæsita:

§. 24. In hac methodo fundamentum habet regula prior, qua utebatur Cl. Hermannus antequam in canonem suum incidisset, & cuius dedi descriptionem in Actis 1718 p. 259, sed quam deseruit animadvertis haud dubie sibi non facile esse appli-

applicare hanc regulam ad curvas transcendentes secandas ABC, in quibus nempe valor applicatae GB in terminis finitis exhiberi nequit, hoc enim omnino requiri videtur ad id, ut differentiari illa possit, supposita variabilitate parametri & invarian-

bilitate abscissæ AG, hoc est, ad inveniendum valorem ipsius  $\frac{dy}{dx}$

in æquatione  $-da = \frac{1+pp}{pq} dy$ . Quandiu itaque fugit quid,

pro  $q$  substituendum sit, æquatio inventa nullius erit utilitatis, utpote quæ ne quidem in infinito perfectionis gradu problema solvit, proinde minoris æstimanda, quam quæ per primam methodum inventa est  $dy = -pdx$ ; et si hæc ut iam dictum, quia tres involvit variabiles  $y$ ,  $x$  &  $a$  latentem in  $p$ , non nisi imperfectissimam constituat solutionem: sed si qua arte determinari potest  $q$ , scilicet in transcendentibus, de quibus hic sermo est, æqua-

tio proveniens, ex substitutione ejus valoris in  $-da = \frac{1+pp}{pq} dy$

solvet problema in longe excellentiori gradu quam altera  $dy = -pdx$ , siquidem in illa tunc non nisi duæ continebuntur variabiles, supposito  $p$  dari duntaxat per  $a$  &  $y$ , nam si etiam  $x$  ingredieretur, utraque pari passu ambularent. Quocirca operæ pretium erit ostendere quomodo in transcendentibus valor ipsius  $q$  inveniatur: In hunc finem communicabo rationem differen-

tiandi quantitates transcendentes de curva in curvam, quam jam olim Leibnitio & Parenti meo familiarem fuisse ex ipsorum literis ad se invicem scriptis cognovi, & quæ in vulgus nondum nota hucusque desiderati videbatur.

§. 25. Sit igitur curva ABC, eique proxima Abc, quæ TAB. III.  
ex illius parametri variatione oritur: oportet invenire diffe- Fig. 3.  
reutram utriusque applicatae GB, Gb ad communem abscissam AG pertinentis, hoc est, oportet invenire Bb; quod ut peragatur etiam in transcendentibus (nam si GB algebraice daretur nulla esset difficultas) observandum est differentiam duorum totorum esse æqualem summa ex differentiis partium, vel quod idem est, differentiam duorum totorum componi ex omnibus differentiis partium: hinc si (abscissa AG in elementa divisa)

Qq<sup>2</sup> innu-

innuinetæ aliz, intelligentur applicatæ FE, IH, KL &c. Erit Bb differentia inter GB & Gb, æqualis  $Bb - Ee + Ee - Hh + Hh - Ll$  &c. est vero (ductis Em, en, axi AG, parallelis)  $Bb - Ee = Bb - mn = Bm - bn =$  differentiaz inter elementa applicatarum, GB, Gb, unde Bb differentia totarum GB & Gb, erit æqualis aggregato ex omnibus illis differentiis inter elementa applicatarum ad communes abscissas pertinentium. Quare differentiando elementa applicatæ, supposita parametro = variabili, & manente abscissa invariata, & postea quod provenit iterum integrando, supposita parametro invariabili & fluente abscissa, emerget valor ipsius Bb: sit itaque ut prius æquatio naturam curvarum exprimens  $dx = pdy$  (nominatis nempe AG, y; GB, x: parametro variabili a, & p quantitate composita utcumque ex y, a & constantibus) differentietur p, supponendo a fluentem, & y manentem, vocetur quod provenit Rda, erit  $Bm - bn = Rda$ ,  $dy = da \times Rd़y$ ; hoc nunc integretur supposita. ac proinde da manente sed y fluente, habebitur  $da / Rda = Bb$  seu q. Quod si Rda actu ipso integrari non potest, dabitur q, saltem transcenderet, hoc est, per quadraturam. Nostra igitur æquatio ad Trajectoriam §. 23, inventa —  $da = \frac{1+pp}{pq} dy$  abit in hanc —  $da = \frac{1+pp}{pqRda} dy$ , nonnisi duabus inde-

terminatis y & a variabili constantem, per quam adeo problema in penultimo perfectionis gradu solutum habemus, perfectius autem, hoc est, in summo perfectionis gradu solvere problema in tanta generalitate sumtum vix sperare possumus. Notetur interim, ne confundatur dy in  $Rda$  cum altero quod totam fractionem multiplicat, prius illud esse elementum abscissæ quatenus pertinet ad curvam secundam, alterum vero esse elementum ejusdem, quatenus ad trajectoriam pertinet; sic ergo  $Rda$ , considerari debet tanquam quantitas finita & data (licet transcenderet) per y & a invariabilem in hac integratione, quæ cum ceteris quæ insunt quantitatibus per omnes curvas constantissimis, quomodo cunque compositæ & permixtæ intelliguntur.

§. 26. Restat ut Bb inveniamus in maxima problematis generalitate, supposito nimirum in æquatione curvarum secundarum

darum  $dx = p dy$  quantitatem  $p$  conflatam esse ex ambabus coordinatis  $y, x$ , ex parametro  $a$  & constantibus quibuscumque: ad hoc præstandum utemur eadem illa methodo differentiandi quantitates transcendentes de curva in curvam, adhibita tantum aliqua dexteritate; vocetur enim  $Bb, dx$ , utpote elementum ipsius  $x$  ex foliis parametri variatione ortum, adeoque distinguendum a  $dx$ ; Quod itaque ex differentiatione ipsius  $p$ , ponendo  $y, invenientem$  atque parametrum  $a$  fluentem, resultat, sit  $Rda + TdX$  (talem enim formam omnino habebit, quia fluente  $a$  etiam  $x$  fluet, hoc est, mutabitur  $GB$  in  $Gb$ ); Erit nunc  $Bm - bn$  hoc est  $ddX = Rda dy + TdX dy$  adeoque  $ddX - TdX dy = Rda dy$ . Res jam huc redit, ut hæc æquatio integretur manente parametro & fluente AG, id quo duobus modis, qui Patri meo accepti sunt ferendi, efficitur: Et quidem primo multiplicetur æquatio per  $z$ , ut habeatur  $zddX - Tz dy = Rz da dy$ , nunc quadratur valor ipsius  $z$  talis, ut prius inepitrum evadat integrabile, hoc fine ponatur illud esse differentiale ipsius  $zdX$ , hoc est, esse  $= zddX + dzdX$ ; & cum primi termini utrobiusjam sint identici, etiam alteri sunt identificandi faciendo  $dzdX = -TzdX dy$ , unde  $\frac{dz}{z} = -Tdy$ , atque integrando,  $lz$ , hoc est logarithminus ipsius  $z = -\int Tdy$  (supponendo  $lc=1$ )  $lc \neq -\int Tdy$ ; reductisque logarithmis more solito ad numeros,  $z = e^{-\int Tdy}$ . Hanc quantitatis non logarithmicæ reducendæ rationem a Patre priuum introductam videas in Act. Lips. 1700 p. 212. Cum itaque  $zdX = fRda dy = (ob da, invariab.) da fRdy$ , substituatur valor inventus ipsius  $z$ , habebitur  $c^{-\int Tdy} \times dx = da fRdy \times c^{-\int Tdy}$ , ipsiusque  $dx$  seu  $Bb = \frac{da fRdy \times c^{-\int Tdy}}{c^{-\int Tdy}}$ .

§. 27. Alter modus integrandi  $ddx - TdX dy = Rda dy$ , continetur in methodo Patri olim usitata in Actis 1697 p. 115 ad construendam æquationem  $ady = xpdx + by^p qdx$ , a Patruo ipso propositam, cuius nostra est tantum casus particularis, fiat

igitur ut in loco citato factum  $dX = mz$ , adeoque  $ddX = mdz + zdm$ , quibus substitutis in æquatione  $ddX = Rdady + TdXd\gamma$ , mutatur ea in hanc,  $mdz + zdm = Rdady + Tmzdy$ ; ponatur vi illius methodi  $zdm = Tmzdy$ , &  $mdz = Rdady$ , prior dat  $\frac{dm}{m} = Tdy$ , unde  $m = c \int Tdy$ , hoc in altera substitutum

$$\text{dat } c \int Tdy \, dz = Rdady \text{ ideoque } dz = \frac{Rdady}{c \int Tdy} = Rdady \cdot \frac{-Tdy}{c \int Tdy}, \text{ unde } z = da \int Rdy \times c \cdot \frac{-Tdy}{c \int Tdy}, \& mz, \text{ seu } dX, \text{ seu } Bb = c \int Tdy \times da \int Rdy \times c \cdot \frac{-Tdy}{c \int Tdy} = \frac{da \int Rdy \times c \cdot -Tdy}{c \int Tdy} \text{ ut ante,}$$

§. 28. Reperta hoc modo ipsa  $Bb$ , seu valore ipsius  $da$  in æquatione generalissima pro træctoriis §. 23 —  $da = \frac{1+pp}{pq} dy$ ; substituatur illa in hac æquatione, & prodicit nova quæ illas generaliter solvit, & in qua nulla erit quantitas cuius valor non sit definitus, nempe hæc —  $da = \frac{1+pp}{p \int Rdy}$

$\frac{xc - \int Tdy}{xc - \int Tdy} dy$ . Ubi statim patet, in casu quo  $p$  componitur tantum ex  $y$ ,  $a$  & constantissimis, ita ut  $x$  non ingrediatur, fore  $T = o$ , ac proinde æquationem illam degenerare in hanc —  $da = \frac{1+pp}{p \int dy} dy$ , prorsus ut jam irvenimus §. 25. Ceterum etiam  $p \int dy$  hic, quod supra in fine ejusdem paragraphi jam monuimus, notandum, in integrationibus  $\int Tdy$  &  $\int Rdy \times c \cdot \frac{-Tdy}{c \int Tdy}$  sumi debere parametrum  $a$  pro invariabili ita ut illæ quantitates tanquam finitæ & datæ per ipsas curvas secandas datas considerari debeant.

§. 29. Quandoquidem Patruelis meus Cl. Professor Pavinesse

SUPPLEMENTA Tom. VII. Sect. VII. 21.

tavimus idem præstitit, sed eo fine, ut inveniret æquationem differentialiem quæ vocat *completam* ex data differentiali æquatione *incomplam*, unde postea trajectoria determinatur per eandem nostram æquationem; et re erit ejus methodum quæ mere analyticæ est nulla attentione facta ad figuram, huc transcribere ex quadam ipsius epistola ad Patrem exarata, retentis quibus usus est verbis sed symbolis ad nostra accommodatis, ita autem habet: " *Problema.* - - Datam æquationem differentialem alicujus curvæ  $dx = pdy + qda$ , in qua  $p$  datur per  $x, y$  quantitatem constantem  $a$ , & alias constantes, transmutare in aliam æquivalentem, in qua etiam quantitas  $a$  sit variabilis. *Solutio.* Sit æquatio quæfita  $dx = pdy + qda$ , quæ nempe integrata exhibeat eandem æquationem, quæ provenit ex integratione æquationis  $dx = pdy$  in qua  $a$  fumitur pro quantitate constante. Ut inveniatur valor quantitatis  $q$ , differentietur quantitas  $p$ , sumptis pro variabilibus  $x, y$  &  $a$ ; & fit generaliter  $dp = Tdx + Sdy + Rda$ . Sumta  $a$  constante erit  $dy = \frac{dx}{p}$ , hæc æquatio dif-

ferentiatur sumptis  $x$  &  $dx$  constantibus, & erit  $ddy = \frac{-dx dp}{p^2}$ .

(quia si  $x$  constans est,  $dp = Sdy + Rda$ )  $\frac{-Sdxdy - Rdxda}{p^2} = a$

(quia si  $x$  constans,  $dy = \frac{qda}{p}$ )  $\frac{Sqdxda - Rpdxda}{p^3}$ . Nunc hoc:

idem  $ddy$  alio modo quarto: sumta  $x$  constante erit  $dy = \frac{-qda}{p}$ .

Hæc æquatio differentietur sumptis  $a$  &  $da$  constantibus, & erit  $ddy = \frac{-pdqda + qdpda}{p^2} =$  (quia si  $a$  constans,  $dp = Tdx + Sdy$ )

$\frac{-pdqda + Tqdxda + Sqdyda}{p^3} =$  (quia si  $a$  constans,  $dy = \frac{p}{T}$ )

$\frac{ppdqda - Tqpdxda + Sqdxda}{p^4}$ . Unde æquatis his duobus

valo-

$$\text{,, valoribus ipsius } ddy \text{ erit } \frac{Sqdxda - Rpdxda}{p^3} = -ppdqda +$$

$$\frac{Tqpdxda + Sqdxda}{p^3} \text{ sive } Sqdx - Rpdx = -ppdq + Tqpdx +$$

$$\text{,, } Sqdx, \text{ sive } -Rdx = -pdq + Tqdx, \text{ sive (ponendo } pdy \text{ pro } dx)$$

$$\text{,, } -Rdy = -dq + Tqdy. \text{ Ponatur } Tdy = \frac{-dz}{z}, \text{ eritque } -Rzdy$$

$$\text{,, } = -zdq - qdz \text{ & integrando } Rzdy = qr \text{ sive } q = \frac{\int Rzdy}{z}, \text{ sed}$$

$$\text{quia } Tdy = \frac{-dz}{z}, \text{ erit sumpta } c \text{ pro quantitate aliqua constante}$$

$$\text{,, (cujus nempē logarithmus } = -1) z = e^{\int Tdy}, \text{ quo valore substi-}$$

$$\text{,, tuto habebitur } q = \frac{\int Rdy \times e^{\int Tdy}}{\int Tdy}. \text{ Brevius. Posita } a \text{ constan-}$$

te est  $dx = pdy$ , differentietur hæc æquatio positis  $y$  &  $dy$  con-  
 stantibus eritque  $ddx = dpdy = (posita  $dp = Tdx + Rda$ ) Tdx dy$   
 $+ Rdady = (\text{quia ob } y \text{ constantem } dx = qda) Tqdad y +$   
 $Rdady$ . Posita  $y$  constante est  $dx = qda$ , differentietur hæc  
 æquatio positis  $a$  &  $da$  constantibus & erit  $ddx = dqda$ . Unde  
 $\text{æquatis his duobus valoribus ipsius } ddx \text{ erit } Tqdad y +$   
 $Rdady = dqda, \text{ sive } Tqdy + Rdy = dq$ . Ut prius.

§. 30. Quod nunc spectat ad ipsam æquationem uni-  
 versalem pro trajectoriis per hos modos inventam —  $da =$   
 $\frac{-pp x c - \int Tdy}{z^2} dy$ ; Ea utique etiam tres indeterminatas invol-  
 up  $\int Rdy \times c - \int Tdy$

vit  $y$ ,  $x$  &  $a$ , proinde non perfectius solvit problema quam alte-  
 ra illa ex transmutatione elementorum orta  $dy = -pdx$ , cuius  
 expressio est simplicissima & inventu facillima: Sed hac tamei-  
 gaudet prærogativa, quod in applicatione ad exempla contin-  
 gere possit, ut  $x$  in nostra æquatione inventa evanescat & ita non  
 nisi duas relinquat indeterminatas  $y$  &  $a$  earumque elementa  
 $dy$  &

$dy - dx$ , id quod in altera  $dy = pdx$  evenire nunquam potest, nam quamvis  $x$  prorsus exularet a  $p$ , restaret tamen ejus elementum  $dx$ , ita ut nisi aliunde forte via suppetat exterminandi adhuc alterutram  $y$  vel  $z$ , solutio per hanc æquationem ultra infinitum gradum (ut jam supra diximus) non evehatur.

§. 31. Sed missa hac universalissima Trajectoriarum formula, quæ qua talis, quod fateor, plus habet curiositatis quam utilitatis in applicatione ad exempla; pervenio tandem ad varias methodos non quidem universalissime solventes problema, sed tamen generales singulas in suis generibus, adeo, ut unaquæque applicabilis sit ad infinita curvarum genera species totidem particulares singula comprehendentia. Observabit Lector problema solutum pletumque mira facilitate, ac semper in perfecto solutionis sensu, quandoque in perfectissimo, quod fit reduta æquatione ad constructionem per quadraturas.

§. 32. Occurrit statim methodus simplicitate jucunda gaudens pro quibuscumque curvis secundis similibus & circa datum punctum similiter positis, ubi non opus erit attendere curvarum peculiarem æquationem, siquidem omnia, quæ dari possunt similiūm exempla sub una generali constructione continentur, quæ ea est quam a Parente datam in Actis 1718 p. 154, §. 10 communicavi & de qua ibi diserte dixi, quod non tantum ad exemplum a Leibnitio propositum  $dx = \frac{y^n dy}{r a^{2n} - y^{2n}}$ , sed &

ad alia infinita eodem successu accommodari posse, si levius attentione adhibetur, neimpe ad omnium similiūm curvarum exempla, ad similitudinem enim (quam tum certis de causis nominare nollebam) extento quasi digito me respxisse, nunc nemo nos videt.

§. 33. Analyfin ipsam hanc in rem institutam, prout eam primo Patrieki meo postea Nobiliss. Monmortio impertit Pater, paucis his habe: esto *LBM* trajectoria quæsita secans orthogonaliter omnes cujuscumque generis curvas similes *ABb*, *CDD* &c. ex communi polo *H*, descriptas: assumatur ex illis quædam ut *CDD*, pro invariabili & norma reliquarum, quam

T A B. III.  
Fig. 4.

Rr

Prin:

*Principalem* vocat.. Ductis ex polo  $H$  duabus rectis  $HB$ ,  $Hb$ , angulum acutissimum facientibus  $BHb$ , quæ secant trajectoriam in  $B, N$ ; *Principalem*  $CDd$  in  $D, d$ , & curvam similem transiuntem per  $B$  in  $b$ ; intelligantur arculi concentrici,  $BF, DG$ , centro  $H$  descripti : sit  $HD = x$ ,  $HB = y$ , adeoque  $Gd = dx$ ,  $FN = -dy$  ( ponitur  $-dy$ , quia crescente ordinata  $HD$  in *principali* decrevit ordinata  $HB$  in *trajectoria LBM*. ) Quia itaque curva  $CDd$  est data; elementum  $DG$  dabatur in  $x$  &  $dx$ , per methodum tangentium directam : Sit  $DG = Xdx$  ( intelligitur per  $X$  quantitas qualiscunque composita ex  $x$  & constantibus, hoc est, more Paterno loquendo, *functio* quælibet ipsius  $x$  ) ob similitudinem curvarum  $CDd, ABb$ , triangula  $DHG, BHF$ , ut &  $DGd, BFb$  sunt similia; proinde  $HD(x) \cdot HB(y) :: DG \cdot (Xdx)$   $BF = \frac{yXdx}{x}$ , &  $HD(x) \cdot HB(y) :: DG \cdot BF :: Gd(dx)$ .  $Fb = \frac{ydx}{x}$ ; verum ex conditione problematis, angulo  $NBb$  existente:

recto, erit  $BF \left( \frac{yy XXdx^2}{xx} \right) = bFx \cdot FN \left( \frac{-ydx dy}{x} \right)$  reductio-  
ne peracta habebitur æquatio in qua indeterminata jam sponte-  
sunt separatae sine ulteriori præparatione,  $\frac{XXdx^2}{x} = \frac{-dy}{y}$ ; quæ  
generaliter exprimit trajectoriam pro curvis similibus tran-  
scendentibus æque ac algebraicis cuiuscunque sint naturæ, at-  
que hinc deducta est constructio citata ex Actis 1718.

§: 34. Nunc velim comparet  $B$ . Lector hanc universi-  
lissimam similium solutionem ad extremum perfectionis gra-  
dum, nempe ad quadraturas, redactam, eamque simplicem,  
planam ac facilem, cum solutionibus particularis exempli  
 $dx = \frac{y^m dy}{\sqrt{a^{2m} - y^{2m}}}$  a Viris clarissimis Hermanno & Taylora da-  
tis, ac dein judicet per se ipsum annon illæ ( saltem respectu ad  
nostram ) sint intricatae, longæ & difficiles, atque in primis judi-  
cet, quo jure Cel. Hermannus conqueri possit quod analysin  
ipsius

ipius ejusdem exempli in Actis 1717 p. 351 & 352 exhibitam prolixitatis & molestiae arguerim. Sed speramus, ubi viderit Vir acutissimus brevitatem juxta generalitatem tunc calculi tum formula nostra  $\frac{XXdx}{x} = \frac{-dy}{y}$ , ipsum pro caudore suo agnita rei veritate sententiam nostram in mitiorem partem acceptum esse. Videbit exemplum, alterum quod ipsi proposui in Actis 1718 p. 260 l. 4 a fine, certe suo illo calculo insuperabile, & quod ideo intactum reliquit, in generali hac formula  $\frac{XXdx}{x} = \frac{-dy}{y}$  aequa contineri ac quodlibet aliud simplicissimum.

Si quidem ut attendenti facile patet, sit etiam ex classe similium, de quo propter ea non immerito dixi; ejus constructionem per methodum paternum non esse imperviam. Ceterum in transitu notari hic cupio, quod ex ipsa figura ultero patet, si curvae secundæ  $Cd$ ,  $Ab$ , sint logarithmicæ spirales similares, circa communem polum  $H$ , fore trajectoriam  $LB$  etiam spiralem logarithmicam, quia invariabilis anguli  $ABH$ , invariabile quoque est complementum  $MBH$ : hinc spiræ mirabilis proprietatibus a Patruo quondam meo recensitis, quibus illa multis modis ex se ipsa nascitur, novum accedit augmentum; quo videmus spirarum illarum trajectorias existere pariter spiras ejusdem naturæ quamvis prioribus dissimiles, excepto calo, quo angulus  $HBA$  est semirectus adeoque sui complemento  $HBM$  æqualis.

§. 35. Methodus hucusque exposita nimis fecunda est, quam ut in similibus tantum subsistat: meretur itaque ut porro explicem, quam facile applicari possit ad infinita alia curvarum etiam si non similiūm genera, a quibus omnes imaginabiles similiūm familiæ non aliter quam rivulus ab oceano absortentur, tanta nimis reperitur discrepantia ratione extensionis inter utramque curvarum huic methodo obedientium classem. Proponantur ergo curvae secundæ  $Cd$ ,  $Ab$  &c. quæ licet sint transcendentes dissimiles, modo hanc inter se obseruent conditionem ut ordinatae  $HB$  ad  $HD$ ,  $Hb$  ad  $Hd$ , &c. habeant non quidem constantem rationem (quod esset casus similiūm & non

## 316 ACTORUM ERUDITORUM.

nisi unicus inter infinitos alios nunc solvendos). sed constan-  
tem quamcunque relationem, expressam æquatione quadam al-  
gebraica inter ordinatam  $HD$  curvæ *principalis*  $CDd$  & para-  
metrum  $a$  spectantem ad curvam secandam  $Abb$ , hoc est ut  $HB$   
sit functio data qualiscunque ipsius  $HD$ , quam parameter  $a$   
aliisque constantes quoque modo ingrediantur.

§. 36. Sit enim ut antea  $HD$  ordinata curvæ *principalis*  
 $=x$ ,  $HB$  ordinata trajectoryæ quæ sit  $=y$ ;  $GD = dx$ ,  $FN = -$   
 $dy$ : Manente invariabili parametro  $a$ , differentietur functio  
qua exprimitur  $HB$  quatenus est ordinata secandæ  $Abb$ , ut ha-  
beatur elementum  $Fb$ , quod vocetur  $pdx$ , dabitur utique  $p$  per  $x$ ,  
 $a$  & alias constantes, sit nunc etiam ut supra  $DG = Xdx$ ; erit  $HD$

$$(x). HB(p) :: DG(Xdx). BF = \frac{yXdx}{x}; \text{ unde iterum ob angulum}$$

$$\angle BN \text{ rectum } BF^2 \left( \frac{yy XXdx^2}{xx} \right) = bF \cdot FN (-pdx dy) \text{ reducen-}$$

do invenitur  $\frac{XXdx}{pxx} = \frac{-dy}{yy}$ . Quia vero  $HB$  se  $y$  = functioni  
ipsius  $HD$ , cui insunt algebraice  $x$ ,  $a$  & constantes, dabitur, con-  
cessa extractione radicum, valor ipsius  $a$  in  $x$ ,  $y$ , & constantibus,

quo ergo substituto in quantitate  $p$ , emerget æquatio pro tra-  
ectoria  $\frac{XXdx}{pxx} = \frac{-dy}{yy}$ , duas tantum indeterminatas  $x$  &  $y$   
continens, ac proin solvens problema in tertio perfectionis  
gradu.

§. 37. Ut hæc æquatio ad casum *similium* tanquam  
ad simplicissimum applicetur, notandum, fractionem qua ex-  
primitur  $HB$  in hac tantum æquatione  $y = ax$  consistere, adeo-

que quod generaliter vocatur  $p$  hæc jam esse  $= a = \frac{y}{x}$ ; hoc igit  
tur valere surregato in  $\frac{XXdx}{pxx} = \frac{-dy}{yy}$ , prodibit  $\frac{XXdx}{x} = \frac{-dy}{y}$   
sicut

sciat in §. 33 invenimus: sed innumeris alii sunt easius præter hunc, in quibus res succedit usque ad separationem indeterminatarum, id est ad perfectissimum solutionis gradum, scilicet in omnibus illis (ut aliquos tantum memorem) ubi valor ipsius  $p$ , in  $y$ ,  $x$ , & constantibus ita expressus habetur, ut  $y$  vel quicquid ad eam spectat per simplicem divisionem vel multiplicationem a reliquo separari possit; hoc quippe pacto æquatione

$$\frac{XXdx - dy}{pxx yy} \text{ in duo separatur membra, quorum unum}$$

ex constantibus atque ex  $x$  &  $dx$ , alterum itidein ex constantibus atque ex  $y$  &  $dy$  conflabitur: sit ex gr. curva *principalis*  $CDD$  data qualiscunque transcendens vel algebraica, ex qua curva secundæ  $ABb$ , ita generentur, ut relatio inter  $HD$  &  $HB$  exprimatur. hac æquatione  $a \times DB = HB \times HD$ , hoc est,

$$\frac{ax}{ex-yx} \text{ et } \frac{adx}{y-x}, \text{ ideoque } \frac{ex}{a-x} = \frac{adx}{aa+2ax+xx}, \text{ unde}$$

$$\frac{ax}{aa+2ax+xx} = \left( \text{substituendo pro } a \text{ ejus valorem} \right) \frac{yx}{y-x} \frac{yy}{xx}$$

$$\frac{XXdx - dy}{pxx yy} \text{ mutatur in hanc } \frac{XXdx}{yy}$$

et sic æquatio generalis  $\frac{XXdx - dy}{pxx yy}$  mutatur in hanc  $\frac{XXdx}{yy}$ , vel multiplicato utrobiique per  $yy$  in hanc,  $XXdx = -dy$ .

que construibilis est per quadraturam.

§. 33. In hoc curvarum secundarum genere æque ac in similibus, *Principalis*  $CDD$  est una ex ipsis secundis adeoque ut reliqui a trajectory ad angulos rectos secabuntur, quod notanter dico, nam in pluribus aliis casibus accidit ut *Principalis*, ex qua secundæ generantur, ipsa inter secandas non comprehendatur. Ex gr. sint secundæ  $ABb$  tales, ut  $HB$  seu  $y$  sit  $= \sqrt{aa+abx}$ , ubi per hanc intelligo lineam pro omnibus eandem, patet utique fieri non posse ut parometro & successive variante tandem evadat  $HB$  ubique æqualis ipsi  $HD$ , hoc est, ut secunda  $AB$  coincidat. cu ma

principali  $CD$ . Interim etiam in hoc aliisque hujusmodi casis bus trajectoria  $LBM$  per quadraturas construi potest; quoniam

$$\text{enim } y = r_{aa} + bdx, \text{ erit } Fb = \frac{r_{aa} + bdx}{y}, \text{ unde}$$

$$p = \frac{b}{y}, \text{ qui valor substitutus in æquatione generali } \frac{XXdx - bdy}{pxx}.$$

$\frac{-dy}{yy}$ , dat hanc alteram  $\frac{XXdx - bdy}{xx - y^2}$ , in qua nulla cernitur indeterminatarum permixtio, quæ constructionem per quadraturas impedit.

§. 39. Non opus erit, ut multis ostendam, hanc methodum eadem facilitate extendi ad omnia curvarum genera, ubi secundæ ex curva principali generantur faciendo illarum applicatas ad communes abcissas pertinentium: Concipiamus enim curvas secandas  $Abb$  hac lege formari ex principali  $CDd$ , ut applicatae  $HB$ ,  $bd$  &c. constituant functiones applicatarum principali  $HD$ ,  $bd$  &c. per æquationem algebraeam expressas, ita videlicet, ut qualis functio est  $HB$  ipsius  $HD$ , talis etiam functio sit  $bb$ , ipsius  $bd$ ; & sic ubique; hanc autem functionem ingrediatur parameter, quia eadem manente pro eadem curva sed successive mutata pro diversis, orientur secundæ infinitæ  $Abb$ , quarum trajectoria orthogonalis  $LBM$  sic paucis determinatur: sint  $DG$ ,  $BF$  parallelae axi  $RP$ , fintque  $HD = x$ ,  $HB$  quantum est applicata trajectoriarum  $= y$ ; Proinde (supposita  $bb$  ipsius  $HB$  proxima)  $Gd = dx$ ,  $NF = -dy$ ; Quia ob datam  $CDd$  curvæ naturam datur per methodum tangentium directam  $Hb$  in  $x$ ,  $dx$  & constantibus, sit igitur  $Hb$  vel  $DG$  vel  $BF = Xdx$ ; jam manente parametro  $a$ , differentietur valor ipsius  $y$ , hoc est, functio, quæ exprimit  $HB$ , ut habeatur elementum  $Fb$  quod sit  $= pdx$ .

Cum vero angulus  $bBN$  sit rectus, erit  $BH^2 (XXdx^2) = bF \times FN (-pdxdy)$ , seu  $XXdx = -pdy$ . In quantitate  $p$  substituatur valor ipsius  $a$ , qui habetur ex æquatione inter  $y$ , & functionem ipsius  $HD$ , quo facto resultabit æquatio pro trajectoria  $XXdx = -pdy$ , in qua nonnisi duæ involventur indeterminatæ

## TAB. III.

Fig. 5.

~~esse xx & y.~~ ita solutum erit problema in penultimo gradu perfectionis.

§. 40. Hęc autem pariter ut altera illa §. 36 inventa

$\frac{xxdx}{pxx} = \frac{dy}{yy}$  inumeros admittit casus perfectissime solubiles

nempe per quadraturas: atque in universum quæ §. 37 & 38, dicta sunt, etiam huc quadrant. Rem multis exemplis illustrare non vacat; subindicare tamen haud pigebit, plurima olim operose satis soluta, esse corollaria tantum quorundam casuum simplicissimorum. Ex gr. sint secundæ  $ABb$  tales, ut earum applicatae  $HB$ , habeant ad applicatas principalis  $HD$ , rationem

constantem; hoc est, ut  $y$  sit  $= ax$ ; erit in hoc casu  $\frac{y}{x} = a$ ; Hinc  
~~sæquatio generalis~~  $\frac{xxdx}{pxx} = - pdy$ ; mutatur in hanc specialem:  
 $\frac{y}{x} dy$ , seu  $xx dx = - y dy$ ; quæ per quadraturas con-

struitur. Ex hac speciali porro fluunt loco conjectarii solutiones sequentium; 1) si curvæ secundæ sunt parabolæ cujusvis gradus eundem verticem & eundem axem habentes; 2) si sunt Hyperbolæ vel Ellipses ad communem axem transversum pertinentes, quod fuit problema primum Leibnitianum & a me solutum in Actis 1716 M. Mayo; 3) si sunt Logarithmicae super eodem axe & per idem punctum transeuntes; quod superiori iam seculo Pater & Patruus solverunt; & quæ sunt ejusmodi infinita alia.. Quod si secunda  $ABb$ , sit eadem cum principali  $CDd$ , alium tantum situm habens, ita nempe ut  $DB$ , differentia inter  $HB$  &  $HD$ , sit constantis magnitudinis, seu ut  $BD$  sit  $= bd$ ; adeoque  $y = x + a + p =$ , id quod ex æquatione generali  $xx dx = - pdy$ , hanc facit  $xx dx = - dy$ ; quæ competit omnibus traje toriis ad curvas easdem ex motu parallelo de loco in locum translatas.

§. 41. Redeo ad curvas similes, sed accepta voce *similitudinis* in latiori significatione: Considero namque hoc loco triplicem ejus sensum, nempe similitudinem *lateralem*, *exponentiam*:

rialm vel potentialm, & functionalem. Duæ curvæ dicuntur mihi lateraliter similes, in quibus sumendo in data ratione duas quasvis abscissas, unam in una & alteram in altera, etiam applicatæ illis respondentes habent eandem illam rationem. Duæ curvæ erunt exponentialiter vel potentialiter similes, quando sumptis duabus abscissis quibuslibet in data ratione, applicatæ illis respondentes gaudent ratione quæ data rationis est duplicata, triplicata, sesquicuplicata aliave multiplicata secundum quemcunque exponentem sive rationalem sive irrationalem. Denique per functionaliter similes intelligo, ubi abscissis datam rationem obtinentibus respondent applicatæ, quæ proportionales sunt functionibus utrobique eadem lege factis ex suis respectivis abscissis parainetris & constantibus. De his sequentia habe elegantia & curiosa.

§. 42. Quod quidem attinet ad curvas laterales similes, oppido patescit ex definitione, earum similitudinem non differre ab illa altera communiter & proprie sic dicta, quo vulgari sensu sumptas curvas similes, supra, §. §. 32, 33, 34, 35 fuse pertractavimus. De iis tamen ut denuo agamus, quantum quidem secundum hanc definitionem considerata similitudo viam nobis sternit ad altiora, e re omnino esse arbitramur.

TAB. III. Fig. 6. §. 43. Detur igitur curva quæcunque *CDE* principali, alioque innumeræ secundæ qualis *ABb*, hac conditione ex illa formata, ut sumptis utrobique duabus abscissis *RP* & *RF*, in ratione *b* ad *a* hoc est, ut parameter principalis ad parametrum secundæ, applicata *Pd* unius ad applicatam *FB* alterius habeat eandem illam rationem *b* ad *a*. Quæratur trajectoria *LBM*: Sint coordinate trajectoriz *RF* vel *RS* = *y*; *FB* vel *SN* = *x* coordinatæ principialis *RH* vel *RP* = *Z*, *HD* vel *Pd* = *t* = *SZdz*, intelligo per *Z* functionem quamcunque ipsius *RH*, hoc est, quantitatatem utcunque datam per *z* & constantes, quam etiam *HD* vel *t* ingredi potest, quia hæc ipsa ob curvam datum *CDE* data supponitur; sint porro elementa coordinatarum *SF*, *BO*, *bT*, *HP*, *Gd*; & elementa curvarum *BN*, *Bb*, *Dd*; Sit nunc *RP*, *RF* :: *b*, *a* :: *Pd*, *FB*; & crescente *a* per elementum *dq* ut habeatur proxima curva secunda transiens per *N*; fitetiam *RH*.

$$RH. RS:: b. a + da :: HD. SN; \text{exit } RF(y) = \frac{az}{b}, FB(x)$$

$$\frac{az}{b} - \frac{a}{b} = \int Z dz, \text{ earumque differentialia } FS(dy) = \frac{adz + zda}{b};$$

$$BO \text{ seu } TN(-dx) = \frac{-aZdx - tda}{b}. \text{ Est vero (ob curvas similes } CDE, ABb, similemque in illis situm punctorum, D, B) Gd.$$

$$GD :: Tb. TB :: (\text{ob angulum rectum } Nbb) TB. TN, \text{ hoc est } Z dz;$$

$$dz :: \frac{adz + zda}{b} - \frac{-aZdx - tda}{b} :: adz + zda - aZdx - tda$$

$zda$ , adeoque (æquando producta mediorum & extremorum)  
 $adz + zda = aZZdz - Zda$ , & per reductionem resultat  
 $\frac{zda}{1+ZZ}$

$= dz$ : Hæc itaque æquatio in qua  $t$  &  $Z$  dantur per

$z$ , construi potest per quadraturas, quia non laborat complicacione indeterminatarum; Invento sic valore ipsius  $a$ , trajectoria  $LBM$  ipsa facile constructur: sumpta enim abscissa quavis  $RP(z)$ , fiat  $RP.RF :: b. a$ , ut &  $Pd.FB :: b. a$ , erit punctum  $B$  in trajectoria quæsita  $LBM$ .

S. 44. Talis conſtruendi modus ope curvæ principalis omnium est commodissimus; interim ex eo etiam alii elicuntur: Concipiamus enim quantitatem  $p$  codem ritu dari per abscissam  $y$  & parametrum  $a$  curvæ  $ABb$ , quo  $Z$  datur per abscissam  $z$  & parametrum  $b$  curvæ principalis  $CDE$ : manifestum est curvæ  $ABb$  æquationem fore  $x = spdy$ , vel  $dx = pdy$ ; sicuti curvæ  $CDE$  æquatio est  $= \int Z dz$ , vel  $dt = Z dz$ : Porro manifestum est functiones duas similes, hoc est quantitates eodem ritu compositas ex indeterminatis utrobique proportionalibus, habere eam rationem ad se invicem, quam habent duarum indeterminatarum homologarum diguitates ejusdem dimensionis, cujus sunt ipsæ functiones. Ut hoc, quod in sequentibus quoque usum habebit, paulo clarius explicem, quia  $b. a :: z. y :: t. x ::$  (sumendo jam  $dy$  &  $dx$  pro elementis coordinatarum

S. 8 curvæ

## 322 ACTORUM ERUDITORUM

$$\begin{aligned}
 & \text{curvæ } ABb \text{ lateraliter similis ipsi } CDE) dz \cdot dy :: dt \cdot dx, \text{ erit} \\
 & \text{ex. gr. } \frac{bbz + z^3 \cdot aay + y^3}{r^2bz + zx^2} :: \frac{b^3 \cdot a^3}{b^3 \cdot z^3} :: \frac{z^3 \cdot y^3}{t^3 \cdot x^3}; \text{ item} \\
 & \frac{r^2t^4 + 3bbz^2 + 2x^4}{r^2ay + yy^3} :: \frac{bb \cdot aa}{b^3} ; \text{ item} \\
 & \frac{r^2bz + zx^2}{r^2ay + yy^3} :: \frac{b^3 \cdot a^3}{b^3 + z^3} ; \text{ item} \\
 & :: \frac{b^3 \cdot a^3}{b^3 + z^3} ; \text{ hoc est} \frac{dy}{dz} = \frac{b^3 + z^3}{a^3 + y^3}; \text{ item} \\
 & \frac{dy}{r^2a^3 + y^3} :: b^{\frac{3}{2}} \cdot a^{\frac{3}{2}}; \text{ Item } \int dz \frac{r^2t^4 + 2bz^3}{r^2a^3 + y^3}. \quad \int dy
 \end{aligned}$$

$r^2t^4 + 2ay^3 :: b^5 \cdot a^3$ ; Et ita de aliis. Quomodo autem dimensiones functionum sint estimandæ, non est quod explicem, id enim intelligentibus per se patet.

§. 45. Ex dictis fluit, omnes functiones similes nullius dimensionis, esse inter se æquales, quæ sunt prima dimensionis se habere in simplici ratione ut latera homologa; quæ sunt secundæ dimensionis se habere in duplicita ratione laterum homologorum; quæ sunt tertiaz dimensionis fore in triplicata ratione eorundem: quæ sunt sesqui dimensionis, esse in sesquiplicata ratione eorundem, & sic deinceps. His probe intellectis haud difficulter percipitur, quantitates  $Z$  &  $p$  esse nullius dimensionis, quia in æquationibus  $dt = Zdz$  &  $dx = pdy$ , membra priora  $dt$  &  $dx$ , quæ sunt unius duntaxat dimensionis, indicant etiam altera,  $Zdz$  &  $pdy$ , unam tantum habere dimensionem, adeoque  $Z$  &  $p$  nullam; & proinde  $Z = p$ ; Ex quo li-

$$\begin{aligned}
 & \text{quet etiam } \frac{1+ZZ}{Z+Zt} dz \otimes \frac{1+pp}{y+px} dy \text{ vel } \frac{1+pp}{y+p/pdy} dy, \text{ censen-} \\
 & \text{das esse nullius dimensionis, & consequenter } \frac{1+ZZ}{z+Zt} dz, \text{ æqua-}
 \end{aligned}$$

lem ipsi  $\frac{1+pp}{y+p/pdy} dy$ , hac igitur quantitate substituta in super-

iori æquatione pro trajectoria habebimus hanc aliam  $= \frac{-da}{a}$

$\frac{1+pp}{y+p/pdy}$

$\frac{1+pp}{y+pspdy} dy$ ; quara primo dedit Cel. Hermannus in Actis  
1718 p. 335.

§. 46. Sed probe notandum si  $\frac{1+pp}{y+pspdy} dy$  sit integrabili-  
lis per logarithmos, ideo non posse concludi quod  $l_x - l_z$  debeat  
esse  $= \int \frac{1+pp}{y+pspdy} dy$  hoc est illis logarithmis, qui differen-

tiai producunt  $\frac{1+pp}{y+pspdy} dy$ ; quod paradoxum ut explicetur,

hoc velim consideret Lector, logarithmorum differentialia pos-  
sunt esse aequalia, ita tamen ut logarithmi ipsi non sint aequales, sed  
data quantitate a se invicem differentes, ut notum est; verum nu-  
meri respondentes ipsis logarithmis data quantitate differen-  
tibus in data ratione se habent, adeoque sunt inaequales neque

differentia data: Sic ex. gr. etiam si  $\frac{dx}{x} = \frac{ndx}{nx}$ , male tamen ali-

quis concluderet logarithmum prioris qui est  $lx$  esse aequalem  
logarithmo posterioris qui est  $lnx$ , alioquin pari jure colligere  
posset fore  $x = nx$ , quod absurdum esset: Sic quoque si habeas

$\frac{dx}{x} = \frac{dz}{z}$  supponendo nempe  $dx, dz :: x, z :: f.g.$  hoc est

in data ratione; plane non sequitur ut quilibet videt, fore abso-

lute loquendo  $\int \frac{dx}{x} = \int \frac{dz}{z}$ , seu  $lx = lz$ , quia alias foret  $x = z$ ;

quare ex aequalitate differentialium logarithmorum nihil ali-  
ud colligi potest, quam quod numeri horum logarithmorum  
seu quantitates absolutae habeant inter se rationem datam. His

bene notatis nemo non perspicit rationem ob quam  $\frac{1+zz}{z+z} dz$  &

$\frac{1+pp}{y+pspdy} dy$ , sicut quidem aequalia, nam eti corrum integralia  
per

324 ACTORUM ERUDITORUM

per logarithmos expressa sint in æqualia, atque ipsæ quantitates absolutæ inæquales in ratione data, quæ ratio in hac lege fundatur, ut post reductionem logarithmorum ad numeros suos vel

$$\text{quantitates absolutas in hac æquatione } lc - la = \int \frac{1+pp}{y+pypdy} dy,$$

quælibet dimensione ipsius  $y$ , dividatur per eandem dimensionem

$$\frac{b}{a} \text{ ipsius} - \text{ita ut scribendum sit } \frac{by}{a}, \frac{bbyy}{aa} \text{ pro } yy; \frac{b^3y^3}{a^3}$$

$$\text{pro } y^3 \text{ &c. nec non } \frac{ba}{a} \text{ seu } b \text{ pro } a, bb \text{ pro } aa, b^3 \text{ pro } a^3 \text{ &c. vel}$$

$$\text{sumpta } b \text{ constantissima pro unitate, scribi debeat } \frac{y}{a}, \frac{yy}{aa}, \frac{y^3}{a^3} \text{ &c.}$$

pro  $y, yy, y^3$  &c. &  $t$ , pro  $a, aa, a^3$  &c. Hoc enim pacto fient numeri seu quantitates absolutæ ex logarithmis qui insunt in

$$\int \frac{1+pp}{y+pypdy} dy \text{ & } \int \frac{1+zz}{z+Zt} dz, \text{ elicita perfecte æquales. Atque ex hoc fundamento, dedimus supra §. 16 correctionem regulæ Hermannianæ, quæ sine illa, ut ibidem ostendimus per exemplum parabolæ, veram trajectoriæ æquationem in algebraicis non exhiberet.}$$

§. 47. Ceterum si desideratur trajectoriæ æquatio in  $y, x, a$  & eorum elementis,  $dy, dx, da$ ; illa facilius ita obtinetur.

$$\text{Fiat } a:b::RF(y).RP(x) = \frac{by}{a}; \text{ & } a:b::FB(x)Pd(t) = \frac{bx}{a};$$

$$\text{ædoque differentiando erit } HP \text{ vel } DG(dx) = \frac{bady - byda}{aa},$$

$$\text{et } Gd(dt) = \frac{badx - bxda}{aa}; \text{ Quia vero } ON(dy).BO(-dx)$$

$$\therefore Gd\left(\frac{badx - bxda}{aa}\right).DG\left(\frac{bady - byda}{aa}\right) :: adx - xda.$$

SUPPLEMENTA. Tom. VII Sect. VII.

$\pi da \cdot ady - yda$ , habetur inde æquatio  $ady^2 - ydady = adx^2 + dy^2$   
 $\frac{da}{dx^2 + dy^2}$   
 $\frac{\pi da}{dx} ;$  quæ reducta dat hanc alteram  $\frac{adx + ydy}{adx + dy^2}$

a Cel. Hermanno *modularem* dictam, atque prius a Cl. Tayloro exhibitam, sed ita tamen, ut ejus analysin tanquam rem mysteriosam celare statuerit; Etsi revera, cum tres contineat indeterminatas,  $x, y$  &  $a$ , per se solam nullius sit utilitatis ad problematis pro secundis similibus generaliter sumptis constructionem, atque hunc unicum usum eumque satis exiguum præstet, quod ejus beneficio in quolibet particulari exemplo perveniri possit ad æquationem differentio-differentialem inter coordinatas & earum elementa prima & secunda, si nempe valor ipsius  $a$  in  $x, y, dx, dy$ , habendus ex æquatione canonis  $-dy = pdx$ , nec non valor ipsius  $da$ , qui ex differentiatione prioris provenit, substituatur in æquatione hac  $da = \frac{dx^2 + dy^2}{adx + ydy}$ ; Resultabit utique æquatio

differentio-differentialis pro trajectoria inter solas coordinatas & constantes exclusa parometro variabili  $a$ . Hæc deinde æquatio porro reducetur ad æquationem differentialem primi gradus saltem si id natura casus particularis permittit, quamvis plerunque res sit abstrusissimæ indaginis, atque si succedit, sicut in exemplo a Leibnitio propofito  $dx = \frac{y^n dy}{r^{a^{2m}-y^{2m}}}$ , nihil tamen

aliud lucri inde efficitur, quam quod obtineatur æquatio differentialis primæ quidem gradus; sed ubi plerunque indeterminatae permixtæ manent, ut vel plane non, vel non nisi difficulter ad constructionem per quadraturas revocari possit, quemadmodum accidit prædicto exemplo, quod hanc suggestit æquationem  $xdy - ydx = c^{1-m} y^m ds$ , cuius constructionem Cel. Hermannus tantum indirecte & ex præsupposita æquatione curvarum secundarum, non vero directe & ex ipsa ejus natura sequistratis indeterminatis exhibuit: confer quæ hac de re jam supra S. 18 fuisus monui. Hinc denum ergo patet, quantum requiri omniis sit præferenda Paterna constructio generalis pro-

quocunq; genere secundarum similium, quam ex assumpta earum  
Principali deduxit; ego vero communicavi in Actis 1718 p. 254,  
& ipsam ejus analysis aperui hic §. 33 hujus dissertationis.

**JO. BAPTISTÆ MORGAGNI FOR OLIVI-**  
*ensis, in Patavino Gymnasio Primarii Anatomæ Pro-*  
*fessoris, Adversaria anatomica sexta.*

Patavii, apud Josephuni Corvinum, 1719, 4 mai.

Plag. 18 Fig. Tab. 2.

**S**equuntur tandem experientissimi Autoris *Adversaria ana-*  
*tomica sexta*, ultimas easque *C. Anatomadversiones in Libriss*  
*IV Theatri Anatomici Cl. Mangeti comprehendentia.* Inferiorum nempe duræ matris sinum longitudinalēm s̄epe abesse, quoties autem occurrat non in superioris longitudinalis sinem, sed in quartum influere, nec sinus lateralis continuationem semper haberi bifurcatam sinus longitudinalis superioris, verum lateralem sinistrum s̄epissime ab ipso dextro iacipere, tum exemplis in *Animadv. I* demonstratur, tuas *Figura II Tab. I* declaratur. In pluribus autem cadaveribus cum prope sinus quarti terminalium alium pariter Noster invenerit sinus, qui a processu posteriori duræ meningis, bina cerebelli hemisphæria dirimente, ascenderet, talis a nemine, quantum constat, descriptus in *Animadv. II* non modo a situ posterior nuncupatur, sed & cum comparari in *Figura 2 eiusdem Tabula* delineatur. Ad motum celeriorema sanguinis moderandum in sanguibus etiam quibusdam longitudinalibus, nonnunquam in pluribus, alias in uno duntaxat loco, semel etiam in sinu quarto, duplicationem sinus ab Autore observatam fuisse, ex *Animadv. IV* innoteſcit. In plexus choroidei particula, ex sanissimo capite defanta, etiamsi Noster ope microscopii ex adverso luminis elegantissimas variae magnitudinis vesiculas, in racemos quasi collectas, easque a sanguiferis, quæ circum repebant, tenuissimis vasculis satis distinctas juxta *Animadv. VII* viderit aliisque ostenderit, in medio tamen relinquitur, num tales vero similius pro glandulis, an pro hydatidibus cum Ruyſchio, mereantur venditari. Glandulam interim pinealem cum plexus choroidei glandulis multum convenire, prout Bauhinæ quoddam viſum fuit, in *Animadv. IX* ex eo confirmatur, quod intra eandem aliquando majore in nonnulli quallo-

S loculi adfuerint, aliquoties autem ipsa aqua turgida apparuerit. Multis Verheynii erroribus circa cerebri Historiam post Heistern in *Animadv. XIV* annotatis de spinalis medullæ fissuris & cavitate sequentes subnectuntur observationes: ab aliis videlicet cadaveribus fissuras has longiores, altiores & facilius diducendas exhiberi, ab aliis contra, in nonnullis antem præter exiguam caveam secundum longitudinem intra medianam supremæ medullæ substantiam insculptam pullo negotio deprehendi, cuu qualis minimi digiti apicem fere admittens & quinque transversos digitos ad inferiora tendens imprimis in Piscatoris alicuius Veneti cadavere extitisset absque eo, ut fissuræ ad ipsam pertigissent. Glandulam pituitariam haud simplici substantia luculenter ita constare, ut pars eius posterior five appendix, in minoris veluti sphæra segmentum excrescens, re vera cinerea & mollior, reliqua vero subdura substantia vel tota, vel ex parte albidior aut ex subrubro albicans inveniatur, præter aliorum repetita Nostri experientia in *Animadv. XXV* edocetur ac glandula pituitaria equina cum appendice in *Figur. 4 Tab. I* exhibetur. Ex omnibus tamen, quibus Blancki dissertatio de novis ductibus lacrymalibus ab *Animadv. XXXVI* ad *Animadv. LXVII* usque potissimum excutitur propriaque Figura ductus lacrymalis in *Tab. 4* primorum Autoris Adversarioram propofita defenditur, non nisi observata de ductus illius orificio in naribus pilisque carunculæ lacrymalis humanæ licet transferibere. Per assiduam nempe cadaverum dissectionem extremum ductus lacrymalis orificium juxta *Animadv. XLIII* nec horizontale, sed plerumque ellipso referens a perpendiculari in latus inclinatum, nec amplum, sed in hominibus & que ac in brutis satis coarctatum innotuisse, licet angustia talis modo major modo minor, aliquando in uno etiam eodemque subjecto, apparuit, qualis in *Fig. 3 Tab. 2 lit. nn.* representatur; pilos autem secundum *Animadv. XLVII* ex caruncula sic dicta lacrymali hominum non minus ac brutorum semper emergentes fuisse deprehensor. Ut pateat, quomodo figura humoris crystallini a ligamento ciliaris, veluti musculo, mutetur, sub finem *Animadv. LXV* non tam corpus illius a ligamenti ciliaris instar annuli ambientis contractione pressum turgere eaque vicissim contractione remittente ad pristinam figuram redire, quam contractionem five subdientiam crystallini contractioni potius dicti ligamenti, contra vero turgentiam remissioni seu relaxationi ejus deberi censetur, quod fibræ ejusmodi ligamenti non instar sphincteris disponantur, sed verius instar radiorum a crystallinum tendant, inque ejus tunica, tanquam tendineam ipsarum expansionem, inferantur. Trochlea musculari obliqui oculorum interni exigua quidem cartilago in *Animadv. LXXVII innu-*

innuitur, sed quam in brevissimi canaliculi formam convolutana atque orbitæ per membranas affixam Autor pluries viderit, semel autem in Viro quodam nihil prorsus cartilaginis ast canaliculum quasi tendineum invenerit. Quia venarum occipitalium descriptione & delineatione non historia modo anatomica instaurari, yevum medica etiam facultas juvari queat, in *Animadu. LXXXIII* eo minus dubitatur, quo certius venæ tales cum utroque finu laterali intra cerebrum communicare adeoque pro sanguinis regressu avertendo occiput profundius & crebrius scarificatum cum cucurbitula in affectu soporoso & apoplectico egestie contulisse videantur. Mulierem aliquam grandevam non tam ex cerebri compressione, ceu paulatim facta, quam ex mucronis cordis ruptura potius & profusione sanguinis intra pericardium hoc mire distendens subito oculibus in *Animadu. LXXXIV* annotatur. Onamvis in nasi membrana glandulæ & papillæ ea, qua a multis describuntur ratione, haud conspiciantur, in octo tamen cadaveribus juxta *Animadu. LXXXVIII* ad utrumque septi latus, loco inter sumenam infirmamque cavearum nasi regionem ferme inter medio, notabilis ejus membranæ crassities, basi narium parallela, ad auricularis faltem ditti latitudinem a Nostro fuit observata, e substantia compacta ex albo rubescētive glandulosa resultans. Glandulæ thyroideæ appendicem in Adversariis primis primum descriptam haud in omnibus subjectis reperiri, in *Animadu. XCII* tribus exemplis ostenditur, neque foramen lingue ab Autore primum itidem descriptum ac ibidem delineatum, semper occurere in *Animadu. XCIII* octo exemplis denuo confirmatur. Tandem etiam si sublingualium hominis glandularum vascula interdum vel juxta maxillarium ductuum ostia, vel per hæc eadem exonerari Noster in *Animadu. C* minime neget, testatur nihilominus se non modo frustra maxillarium ductus aliquando aperuisse, si forte aliquod ejusmodi vasculum in ipsos influens compereiret, sed multoties complura atrinque vascula inter se parallela conspexisse aliisque ostendisse, quæ ab exterioribus sublingualium glandularum lateribus non antrorum, sed in transversum recta gingivas versus tendebant & non magno a glandulis intervalllo peculiari quoque osculo, tenuorem setam sèpius admittente, hiabant. Finita vero sic omnium Adversariorum Annatomicorum recensione, quæ clarissimus Autor præterito anno conjunctim imprimi curauit in 37 ætatis anno constitutus, non possumus non longiore ac salubriorem ipsi vitam appreciari ad illud pariter anatomicum absolvendum, quod Vulpius in Præfatione prima tum ab ipso, tum fortassis a se quoque, in usum Medicinæ ac Chirurgiæ studiosorum jussit expectari.

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quæ Lipsiae publicantur,*

## SUPPLEMENTA.

*Tom. VII Sect. VIII.*

---

### DISSERTATIONS HISTORIQUES & Critiques &c.

hoc est,

*DISSERTATIONES HISTORICÆ  
& Criticæ de dignitate Equestris, seculari pariter &  
regulari, aurore HONORATO DE S. MARIA,  
Carmelita Excalceato.*

Parisiis, apud Petrum Franc. Giffartum, 1718, 4.  
Alph. 3 pl. 1 & pl. 3 figuris æneis plena.

Autor, cujus bipartitam *de usu Artis Criticæ* opus  
A. 1714 p. 145 & Suppl. T. VII p. 49 recensui-  
imus, præfens opus duos divisi in libros. Primo,  
quo originem & progressum ordinum equestriū  
considerat, undecima exhibet Dissertationes : quarum *prima*  
discrimen ostendit inter Nobilitatem & dignitatem Equestrem,  
septemque hujus dignitatis genera proponit, posthac uberior  
illustranda. Præterea docet, differre equestrem dignitatem ab  
aliis honoris titulis, e. g. Ducis, Comitis, Baronis. Denique post-  
quam manifestum fecit, ipsos Principes, Reges, ac Imperatores  
subinde honori sibi duxisse, ornari dignitate equestri, dignitatem  
hanc etiam discernere jubet a præmisis militaribus, apud Roma-  
nos aliasque gentes usitatis, e. g. coronis muralibus, rostratis,  
triumpalibus. *Secunda* Dissertatione refutat cum eos, qui  
paulo post diluvium dignitatem equestrem fuisse inventan, ac

Ts

Jose-

Josephum a Pharaone Rege creatum fuisse Equitem auratum, vel potius Magistrum Ordinis Equestris Pharaonici, credunt; tum eos, qui o: tum ordinum equestrium referunt ad príceps Germanos, idque ex quodam Taciti loco probatum eunt. Ipse Romanos primos instituisse dignitatem equestrem contendit, & ad ipsum Romulum refert hujus instituti originem. *Tertia* de veterum Romanorum equitibus, eorumque variis generibus, & ritibus eos creandi, differit. *Quarta* contemplatur equites militares, distinctos ab ordinibus militaribus, caput suum seu Magistrum Ordinis habentibus. *Quinta* de posterioris generis Ordinibus equestribus disputatione, & primo fabulas nonnullas de eorum antiquitate recitat ac refellit. Fuerunt enim, qui institutionem Ordinum sacrorum militarium ad ipsum ortum Ecclesiae referentes, jam ab Apostolis in primo illo Concilio Hierosolymitano institutum esse crederent Ordinem S. Lazari. Ac scriptum reliquit Bellojus quidam, hunc Ordinem tum fuisse institutum ad Christianos contra persecutiones Pharisaeorum, Sadduceorum & Romanorum defendendos. Alii tradiderunt, Jacobum Apostolum eundemque Episcopum Hierosolymitanum instituisse Ordinem Equitum sancti sepulcri. Rursus alii retulerunt, S. Cletum, tertium a Petro Romanum Episcopum, instituisse Ordinem Equitum crucigerorum. Denique fuit Gallus quidam, qui singulari libro contendit, S. Martham, illam in historia Evangelica commemoratam, instituisse ac fundasse Ordinem Hospitaliorum Montis pessulanorum S. Spiritus. Has igitur opiniones, sive nugas potius, rejicit Noster merito, ac primum Ordinem Equitum a Constantino M. occasione *labari* sui institutum fuisse censem. Videlur quidem nobis & haec opinio, æque ut priores, repudianda, ipseque Autor adduxit plures sibi contradicentes. Nihilominus dissentientes istos refutare conatur, simul adducens permultos suæ subscriptentes sententiaz. Dissertatione *sexta*: pergit contexere historiam Ordinis illius Constantiniani, ostenditque, ei pristinum splendorem ab Imp. Isaacio Angelo fuisse redditum: quamquam veri similior est Helyoti, scriptoris Historiaz Ordinum monasticorum, sententia, contendentis, Angelum illum non tam restaurasse, quam potius instituisse Ordinem

nem Constantinianum. Certe ab illo inde tempore semper legimus viguisse hunc Equitum ordinem, donec expugnata Constantinopolis Equites hujus Ordinis delati sunt in Italianam. Ibi a pluribus Papis, imo A. 1670 a Leopoldo Imp. confirmata sunt hujus Ordinis privilegia. Achodiernus Papa Clemens XI A. 1690, cum adhuc esset Cardinalis, a Papaâ Alexandre VIII constitutus fuit Ordinis istius Protector. Tandem A. 1697 Franciscus I Dux Parmensis factus est Magnus Magister hujus Ordinis: qua in dignitate ipsum confirmavit & Leopoldus Imp. & Papæ Innocentius XII atque Clemens XI. *Septima* Dissertatione agit de Ordinibus Equitum inde ab anno Constantini M. institutis. Ex iis, quos ante expeditiones cruciatas fuisse putat institutos, primo loco laudat Ordinem S. Ampullæ in Francia, quem satis vetustum esse censem. Hinc venit ad Ordines Equitum post ortas expeditiones cruciatas institutos, eosque magno numero recenset. Inter haec p. 165 sq. ostendit, medio anno etiam literatos eminentis eruditionis causa factos fuisse Equites, dictosque *Equites literatos*. *Octava* de jure Equitum agit, quo præter eos nemo admittitur in torneamentis & aliis solennitatibus. *Nona* de Ordinibus Equitum ecclesiasticorum differit. *Decima* agit de Ordinibus Equitum sacrorum regularium, eorumque votis & institutis. Hic notatu digniora legere licet de Ordine Joannitarum sive Melitensium, Templariorum, Ensiferorum, Teutonicorum, &c. Denique *undecima* Dissertatione exhibet Ordines Equitum foemini sexus sive *Equistissar*, e quibus unum adducimus Ordinem mulierum S. Crucis, a Ferdinandi II Imp. vidua institutum.

*Secundi* libri Dissertatione *prima* de conditionibus agit, quæ prærequiruntur, si quis cupit in Equitum Ordinem recipi. Scilicet talis debet non solum nobili ortus esse genere, sed & nobilitatis suæ certa & indubia habere documenta. Quanquam, non semper nobilitatem generis necessario requiri, aliquot exemplis demonstratur. *Secunda* differit de ceremoniis in conferenda equestri dignitate adhiberi solitis, deque ceremoniarum istarum interpretatione mystica. *Tertia* de juramento fidelitatis agit, quod præstandum est novis Equitibus, deque insigni Ordinis als gestando. *Quarta* expendit, an quis possit duobus simul Ordinibus

equestribus adscribi? item, an quis exteri Principis Ordinem possit suscipere? Exponit etiam, qua occasione soleant Equites creari, e.g. cum Rex coronatur, &c. *Quinta & sexta* tum de officiis Equitum, tum de ipsorum privilegiis differit. *Septima* denique agit de degradatione Equitum post commissum delictum quodpiam: ubi & memorat, non solere Equites capitis damnatos, nisi prius facta degradatione, suppicio affici.

**HISTORIAE MEDICINÆ UNIVERSALIS**  
*Periodus VI; Autore ANDREA OTTOMARO  
 GOELICKE, Medico & Professore Regio.*

Francofurti cis Viadruin, apud Joh. Godofr. Conradi, 1720, 8.  
 Plag. 19.

**P**ostquam Clarissimus Goelicke, qualis fuerit Medicinæ facies temporibus Magni Hippocratis Coi, in Periodo V explicatum dederat, statum ejusdem sub Hippocratis posteritate ejusque coevis & nonnullis Græcorum Philosophis ad fatalem usque Artis salutaris in Diæteticen, Pharmaceuticen atque Chirurgicen divisionem nunc delineat. Inter Medicos vetustiores commemo-  
 rantur Euryphon, sententiarum Cnidianarum autor, cui unctiones in empyricis solennes fuerunt; Pythocles, qui ægris aquam, & lac multa aqua dilutum propinavit; Pittalus, seu Spittalus, Agatho-  
 les, Anaxilaus, Antonius Castor, insignis Botanicus; Tleopolemus, qui ad quartanas semen anisi & foeniculi cum æcte &  
 melle propinavit; Sofimenes, qui anisum in oleo decoctum ad omnes durities & lassitudines adhibuit; Simus, Antœus seu An-  
 theus, Ampilochus, Androcydas, Aristogitones, Artemon, Pro-  
 tagoræ Pater; Apollodorus, Athamas, qui plantæ Meo nomen dedit; Callinachus, Cleemporus, Demoerates, Glaucia, Mi-  
 letus, Metrodorus, Agenor, Cleodemus, Moschion, Pasith-  
 mes, Mida, Timon, Phliasius, & Minesitheus, ac ex foeminitate Olympias Thebana. Inter Hippocratis posteros clari fuerunt ambo eius filii, Thessalus ac Draco, & gener Polybus, qui extra familiam Æsculapiadem peregrinos pariter ad addiscendam ar-  
 tem salutarem admisit, cognatusque Cnidius, & Theomedon.

Mentio

p. 753.

766.

Mentio simul fit Prodici seu Herodici, qui quidem non discipulus, sed præceptor fuit Hippocratis; rectius vero ejus auditoribus interieruntur Dexippus, seu Dioxippus, Apollonius, & Salimachus seu Silimachus. Reliqui vero, quorum ingens numerus, fuit, maximam partem sunt ignoti. Philosophi istius ævi, quos Medicorum ordini adscribere decet, sunt Plato Atheniensis, Nicomachus Stagirita, Critobulus, Periander, Menecrates Syracusanus, & Aristoteles Stagirita, quem Pharmacopolem fuisse, id esse, medicamenta præparasse, non quidem negat Noster, siquidem tamen temporis & pharmacia & medicina conjunctim ab una eademque administrabatur persona; defendit tamen eundem contra ejus inimicos, qui aliorum irrisione eum exponere hoc ex capite annisi sunt, quod puellis atque matronis ostiatim obambulando globulos saponarios ad maculas vestibus eluendas, & cosmetica varia vendiderit. Hos Philosophos, quanquam confuse & maxima partem erronee de œconomia animali ejusque functionibus aliqua balbutientes protulerint, Medicorum tamen ordini annumerare non dubitavit Clarissimus Gœlicke, siquidem in hunc usque diem Physico-Medici eodem se modo gerere solent, quorum plerique, qui Medici haberí cupiunt, in theoria subsistunt, & ad praxin clinicam raro adspirant. Eadem tempestate in aula Regis Macedoniæ floruerunt Philippus, Alexandri M. Medicus, Philippus Epirote, Glaucias, quem idem Rex, quod in curando Hephaestione negligentior creditus fuerit, suspendi jussit; Thessalus, Pausanias, Alexippus, Critodemus, & Callisthenes; qui quidem omnes sua fama non caruerunt, nullus tamen illorum post Hippocratis fatâ maiorem acquisiuit existimationem, quam Diocles Caristinus, quem Hippocratis secundi glorioso nomine condecoratum ab Atheniensibus, primum fuisse, qui de administrationibus Anatomieis, seu de modo & ordine partes corporis artificialiter secandi, aliquid commentatus est, refert Galenus; certum pariter hic instrumentum Chirurgicum, cuius ope lata e vulneribus educuntur, fasciæque genus capitii applicandum invenit, quæ utraque ab eo nomen deducunt. Non minoris famæ fuit Praxagoras Cous, ex Asclepiadaram familia uitimus, & Petrona. Citantur & alii Medici ab Aristotele,

p. 777.

814.

822.

828.

853.

dam collationis Legum Mosaicarum & Romanarum. Manifestum enim fit, ὃς αὐτηρὰ καὶ μισοπόνητος οὐδὲν τὴς αὐτὸς νομοθεσίας, καὶ πολλὴν ἔχεσσα πρὸς τὴς ηγεωκάσεως βίσεως ὄμοιοτητα, f. 94. Austerus enim & infensus fuit vitiis, qui ταῖς καθῆτέραις ὁμιλίαις καὶ χάρισι, ipsos quoque peregrinos apud se retinebat, f. 88. Appendix velut Legis secundæ vel potius primæ erat, patri permitti etiam vendere filium, f. 97. Sed hic passus aliquid humani est Dionysius, μέχρι τῆς τρίτης πρόσοσεως αὐτῷ νίσι χειριστίσαθαι, Sylburgius, concessit ei, terna filii venditione pecuniam querere; Portus, usque ad tertiam venditionem ex filio quæstum facere. Quod Romulo in mentem non venerat. Utique enim sicut jus occidendi non pertinebat ad quæstum, ita nec jus vendendi; neque eo modo instituta Romuli fuissent σεμνότερα καὶ μεγαλοπρεπέστερα præ Græcis, f. 96. Nunquam etiam noluit corrigere legem Romuli de cultu parentum toto vitæ tempore, sed aliud exposuit caput, quod liber sit filius a ritu venditionis, quando jam adultus consensu patris brevi manu duxerit uxorem κατὰ τὴς νόμους, f. 98. Similiter de filia Ulpianus L. 23 §. L. ad L. Jul. de adult. Sufficit patri, ut occidat filiam, si eo tempore habeat in potestate, non quo in matrimonio collocavit: fingit enim, postea redactam in potestatem. Sed & totum illud vitæ tempus, παρὰ πάντα τὸν τὴς βίσεως χρέον, diserte opponitur Græcorum instituto, οἷον ἀντιχείρων ηθεοῖς μένωσιν, apud quos tantisper erant sub parentum oculis dum calibes manerent, f. 96. Nec tamen ideo jus in infinitum dedit Romulus, sed ἀποστολον, ΩΣ ΕΠΕΙΝ, εἰς τοὺς, latente Dionysio, ut ita dicam. Simplicius, παντοδαπῶς ὑποτάξας, τῶν γονέων ΟΙΜΑΙ Φιλοσοφγίας θερόντας. Ubique αἴδως καὶ δικαιοσύνη, pudor & lumen mentis suprema lex etiam ipsorum parentum Gentilium: atque ita perit suspicio crudelitatis, quodque majorem accepisset pater potestatem in filium, quam herus in mancipium. Nam & ceteri liberi tam masculi quam foeminæ una manumissione sui juris fiunt, Ulpianus Tit. 10 §. 1. Omne autem quod est nostri juris, vi vocis nondum est in dominio nostro despoticō. Sextus Empiricus de iisdem, καὶ τῆς δοτας τῶν παιδῶν μὴ κυριεύεν

*τὰς παιδας, αλλὰ τὰς πατέρες, ἃς ἀν ἐλευθερίας οἱ παιδες τύχωσι.* Ergo hoc tantum sensu liberi dicuntur esse parentum servi. Papinianum etiam apud Collat. LL. Mosaic. & Rom. T. 4 §. 8 non ita intelligam loqui de Romuli Lege Regia, quasi olim nulos habuerit limites, sed quod Lex Julia jus patris ad ipsum adulterum filiæ occidendum extenderit, si uno prope ictu & uno impetu id fiat. *L. 23 §. 4 ad L. Jul. de adult.* Verginius tamen, cum Appio Claudio impar esset, stupri calumniam morte filiæ arcuit. Si in re Historica credendum est Dionysio, credo sane, eum Romulo nec voluisse nec potuisse tribuere jus absolutum in liberos: id enim pugnaret cum toto illo charactere heroicarum, quas adeo laudat, virtutum Romuli. Videturque etiam Constantinus in *L. 2 pr. C. Theod. de lib. cauf.* ex hoc principio derivasse conclusiones quasdam. Sicut enim jus vitæ necisque non erat ex mente Romuli ανυπέθυνον, ita nec jus vendendi, adeoque non poterat libertas liberis sine onani discrimine eripi, ex sententia majorum. Simplicius *τὸ ατιμωρήτως* apud veteres Romanos non opinor repererat. Pugnat etiam cum reliquis ejusdem verbis, *τῇ τῶν γονέων δύμας Φυσικῆς Φιλοσοφίας θαρρήσαντες.* Si enim fretus erat legislator judicio patrum recto, jam erat restrictum illorum jus. Idem dixit Papinius *L. 22 §. 4 d. t.* *Ideo patri, non marito, permisum est in L. Julia occidere, quod plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit.* Eadem ergo mens Romuli. Tota etiam tractatio Simplicii ostendit, jus parentum non ex moribus rigidis priscorum temporum ortum, sed ex intima istius priscæ ætatis philosophia meliore, ex qua omnis illa virtus heroicæ Romuli ceu fonte suo scaturiebat. Nam & Hierocles ad *Pythag. p. 46, Edit. Cl. Needham,* eandem vidit ad promiscuam cædem liberorum non pertingere. Dionysius porro de fato Legis Romuli secundæ ait: *τάτον τὸν νόμον ἐν αρχαῖς μὲν οἱ βασιλεῖς ἐφύλαξτον.* Loquitur de jure vendendi liberos. Incertum esse, scriptura extiterit de illa nec ne, sub Regibus. Sublata autem monarchia, quam primum Decemviri acceperint a populo eam potestatem, hanc quoque Legem scripsisse cum ceteris. Adduc-i-

duciturque in viam argumenti Lex Numæ successoris; quam ille exceptionem non scripsisset, nisi ante eam patri jus fuisset vendendi. Liceat ergo mihi subdubitare etiam de dispensentia istius legis. Si enim cunctabantur Decemviri eam referre inter ceteras, nulla opus erat probatione, ipsos eandem non introduxisse. Plane alio sensu non ausi sunt illam tollere, ut pote ἐκ πολλῶν κείμενον, a longo tempore conditam & multum valentein, adeo, ut Reges eam crederent απάντων κράτους, omnium fortissimam, καὶ ικανὸν πατασχεῖν αὐτοῖς νέότητος καὶ αὐθάδειαν τρόπων, καὶ εἰς τὸ σῶφρον αγαγεῖν τὰς ἡμεληκότας τῶν καλῶν, f. 96. Iterum Simplicius, adhuc antiquiores majorum nostrorum, quam sunt veteres Romanorum leges, ita venerabantur parentes, ut Deos appellarent eos, καὶ (pro de) ἀντιθέντες τὴν θείαν ὑπεροχὴν, τὰς τῶν γονέων ἀδελφὰς θείας ἐκάλεσαν, p. 199 Ed. Sulmæs. Si ergo effrenior illa potestas aut potius effrenior illius extensio, non fuit in animo Romuli, cessat reliqua disputatio. Prima cura Regis erat, πατέτος τῇ πατεῖ φύσιν ἡμέτερη συνθήκας δικαίας προνοεῖν. f. 87. Promiscuam autem liberorum cædem si averfatur τὸ πατέτο φύσιον δικαιον, melius utique cogitabo de Romulo. Sopatri integrum locum per vellem exhibitum ab illustri Viro: nudum enim fragimentum Grotii rem totam non exaurit, de qua ibi tractabatur. Dio tamen Pruszensis apud eundem Oratione XV dixit, idem jus obtinere πατέτο πολλοῖς καὶ σφόδρᾳ ἐνομεθέντοις, quod rectius Morello vertit Grotius, apud multos populos legum gloria florentes. Da veniam, ut Romanos ipsos credam hic intelligi. Fortasse, ait, ignoras, quod patribus licita hac sunt circa filios, & vincire & vendere, & quod his immixtus est, occidere, μήτραν καλεῖν, μήτρας ὄλως αἱρεσθέντες, nec vocatos in judicium, nec omnino accusatos. Lex enim vedit, neminem integriorem judicem fore quam patrem: ergo nec accusatore nec judge alio opus erat, stante illa quasi dispensatione Regia Romuli. De qua potuit fortasse & Sopater loqui, in aula Constantini potens, διὰ τῆς φύσεως ψυχῆς μέγεθος, adeo ut in consilio publico assessorem hunc ad dextram collocaret Imperator, Philosophum cetera Plato-

C. 3.

nicum & Jamblichi discipulum. Ipsa etiani verba ostendunt, non JCtum loqui, neque Historicum, sed Philosophum, cui instituta Romana tunc percognita. Apud Scyhas ipsos notum erat, nullum patrem poenam statuere in filios ἐκθσίως, mero suo arbitrio, & promiscue, ait Diodorus Siculus lib. 4 c. 45 f. 247 εἰ μὴ τῷ μεγέθει τῶν αδικημάτων ύπερθντο τὴν Φυσικὴν τῶν γονέων εἰς τέκνα Φιλοσοφίαν, nisi delictorum magnitudine liberī naturalem parentum erga se amorem superarint. Similiter Artaxerxes Persarum Rex decidebat, eum patrem, qui tam juste de suis liberis sententiam pronunciaret, etiam adversus alios accuratum fore & incorruptum judicem, Äelian. L. i. c. ult. Exempla allata a Viro illustri non hoc tantum evincent, patres non nisi ex justa causa ad poenam, si factum specces, descendisse, sed & legem Romuli, ne aliter fieret, postulasse. Neque sibi hic contrarius videbitur Dionysius, quasi patres quidam, non obstante fortitudine, necarint filios, jure potestatis illius promiscue. Nam qui ad populi auram captandam, ἑρεβίας δὲ τῇ βγλῃ, sed contra Senatus jura, pro nostris dixerant, merebantur certe detrahi e suggesto & abduci a patribus ad poenam judicio ipsorum dandam. Esto etiam, filios vocari ἄγδεας ἀγαθες, qualis forte Manlius Torquatus, peccaverant tamen, quod ύπερ αρετῆς (fortitudo enim tunc αρετη simpliciter vocabatur) καὶ προθυμίας, ἔτερόν τι ausi es- sent, οὐ μὴ προσέταξαν αὐτοῖς οἱ πατέρες. Cur Erixo filium suum flagellis occiderit, non expressit Seneca Lib. i de Element. c. 14 f. 600. Immanem ergo fuisse saevitiam, nondum liquet. Dubiam fuisse causam necesse est, quia Augustus eum furori eripuit. Ipsum patrem suis manibus flagellasse filium ad necem, Lipsii conjectura tantum est, tacente Lucio Seneca. Apud Marcum Patrem suppono, vitæ mortisque arbitrium habuisse patrem contra filium raptorem, nisi exoraretur intra 30 diem. Volebat filius illum dementiæ accusare, quod nollet exorari. Quærebatur ergo, *An ob id possit agere, cuius faciendi potestatem lex patri in crimine raptus dedit?* Ista enim ratione illi nihil licet, si aut exorari, aut accusari, ei necesse esset. Si non exoravit filius, an dementia est? non enim posse agi nisi cum eo, qui

*qui morbo fureret. Ego demens videor, ait pater, qui uno me verbo sanare possum? puta si hodie velim exorari. Finge, patrem alicujus esse tam palam furiosum, ut nibil intelligat: bunc exorari a filio lex non vult,* f. 160. Reste Alexander ad patrem Herodem, apud Josephum, ἐξεῖν ὡς πατέρι τῆς αδικηγίας ἐπεζήλευε, si fuissent immorigeri. Herodes autem declinabat tunc quidem totam a se caufani, quantum sive qua pater, sive qua rex, potuisset agere, & filios accusabat apud Cæsarem, ὡς ὑπὲν αὐτῷ τοιχτοῦ ἐκβάσιν πάθεις, ὁ οὐδὲ διὰ μηροῦ τῆς αὐτεβίας ὑποπλον ἦν. Lib. 16 c. 7 & 8. Eruditè expōnit C. 4. Vir illustris Legem Corneliam, Pompejam, Julianam, secundum ztates suas. Sed in neutra illarum extare putem vestigia occidendi liberos, quos vellent, & filiam etiam non adulteram, nec similis facinoris ream. Stante tamen Republica libera invidiolum erat, αὐλοδηλία, etiam limitatam, adimi civibus, quam Rex Romulus ipsis dederat, abullo aliquo, qui cum Rōmulo non esset comparandus. Augustus autem cum successoribus jure suo Majestatis effecit, ut in republica tam bene ordinata neque pater neque dominus jus sibi amplius dicere, etiam contra immorigeros liberos & servos contumaces: extra casum L. Juliz, quæ est ipsius Augusti. Philosophiæ studiis pridem imbuti erant Rōmani a magistra republica Atheniensium, neque ignorabant, statum servorum longe solutiorem fuisse jam olim in Græcia cultissima, quam esset Rōmæ, & tamen de injuria servis illata dedisse Græcos actionem, qua adigerent dominos, ut se venderent. Athenæus, ex Hyperide & Lycурgo, Lib. 6 c. 19, ibique *Cajaubonus*. Sic ultus est Augustus Majestatem Cæsaris contemptim habitam a Vedio Polione, qui se putabat simile ἀνυπεύδων jus a Romulo accepisse. Non enim tantum crystallina omnia coram se frangi jussit, sed & ingentem illam piscinam, ut coerceret sævitiam domini, aggrese injecto compleri, ac servum, qui ob fractum unicum crystallinum, ne vulgari morte periret, murens ab irato Polione mox objiciendus in piscinam erat, in libertatem mitti. Si cælix tuus, inquit ad Pollionem, fractus es, viscera hominis ideo distractaberunt? Tantumne tibi placebis, ut ibi aliquem duci, (necari)

C. 4.

cari) jubeas, ubi Cæsar est? Da ergo veniam iterum, ut dubitem hic, etiam temporibus Augusti adhuc nihil non dominis licuisse, & juris fuisse infinitam in servos potestatem. Laudavit sane generofissimum factum Augusti Seneca: *fuit Cæsari sic castigandus Pollio, cetera amicus ejus Et eques Romanus: ac bene usus est viribus suis, qui solus erat à viritate omnibus.* de Ira lib. 3 C. 40 f. 581. Contradicere autem Cæsari quomodo poterat Seneca, qui moribus seculi contradixit, de Benefic. Lib. 3 c. 22 f. 57: *Potest servus dare beneficium domino, si a domino injuriam potest accipere, homo ab homine. Atque de injuriis dominorum in servos quis audiat, positus est, qui Et savitiam Et libidinem Et avaritiam compescat.* Et vel solus hic locus clavem habet illius epochæ, quæ finem imposuit auctoritatæ domesticæ. Multum etiam par est tribuamus iis libris Senecæ, qui totam jam tunc philosophiam moralem continebant, & quorum ipse meminit epist. CVI & CLIX. Mens Constantini autem in L. un. C. de his qui parentes vel liber. occ. non videtur dirigi adversus patrem, qui accusare filii facinus apud Præfectum Præfideinve Provinciæ distulit, sed qui, nullo potestatis patræ colore, vel criminis titulo, parricidio fata filii innocentissimi properaret Nec mirum, patrem omitti in L. 1 de L. Pompej. de parricid quia eo casu tantum deportatur. L. 5 d. t. Recurrit C. 5 & 6 intentio Constantini, L. un. C. de his qui parent. vel liber. occid. & ex subscriptione, collata cum L. 2 C. Thod. de lib. caus. ejusque fragmento L. ult. C. de patria potest. infertur, ante quinquennium, si non prius, ab eodem jam abolitam potestatem in liberos supremam. Mihi ergo promptum est, Constantimum d.l.z agere de liberis, qui urgente sola necessitate, & post primam forte ætatem, venditi essent, delicto dolove parentum. Optime etiam ait Imperator curam liberis non demura Constitutionibus Principum, sed ab ipsis majoribus imperiæ, ne olim adultis & de iniunctate fati sui jam edocatis, omnis spes recuperandæ libertatis eriperetur. Incidenter ergo facta est mentio juris vitæ necisque; quia, ut in vita conservarentur liberi, præstabat, eos pro servis tantisper alibi educari, quam fame, nullo suo merito, enecari, etiam ex intentione ipsius

C. 5, 6.

ipsius Romuli. Si negat Lex Regia, vel Romuli, vel ejus successoris, humari mulierem, quæ prægnans mortua erat, antequam partus ei excideretur; (quia, qui contra faceret, spem animantis peremisse videretur, L. 2. de mortuo inf.) perspexerunt oratione Romani, ex mente Romuli nos licere embryonem abigere, neque matri adhuc viventi, nequæ patri, vel aliis. Hic enim spes illa erat multo certior, quam apud iam mortuam & humandam. Si perspexere porro Romani, matrem viventem, sed jam supplicio ultimo damnatam servari, donec partum edat, L. 18 de stat. hom. neque etiam torqueri, L. 3 de pen. (quod caput a Græcis, hi ab Ægyptiis, isti ab Hebreis didicerant, Philo de Humanis. p. 710. Plutarchus de sera num. vind) citra novam legem noverant etiam, partum non posse a quoquam abigi. Nec mutat, si mulier ex vulgivaga venere illum, non ex merito conceperisset. Nam uterus jure eodem proprio ad patrem quemcunque certum & agnatum pertinet, sicut ad maritum. L. 5 §. 4 de agnosc. & alend. lib. Vedit hoc suo modo Diodorus etiam Siculus: *si prægnans sola sit criminis rea, non oportet téknon, τὸ κοινὸν ταῖς κοιναὶ μηλοῖς, επί medio solli.* Lib. i. c. 77 f. 70. Imo κοινὰ τῆς πέλεως, autore Lycurgo, Plutarchus. Sedet in utero judex natura, ac hominem conceptum servandum pronunciat. Si mater dixi, oculo aliove membro corporis potest se privare, privet se etiam viscerum aliquo. Si mortem suam inde metuit, metuat etiam mortem factus concepti. Grotius tamen: *non puniebatur mulier, que abortum fecisset volente marito.* Flor. Spars. p. 257. Causa damnandæ mulieris Milesiæ, quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi abegisset, eoque spem mariti, subsidium generis, heredem familij, designatum Reip. civem sustulisset, non convenit tantum Juri Romano, sed apparet etiam, Cl. Noodtiu non de Mileto, nobilissima civitate Ioniz & Ciliciz in Asia, unde illa mulier erat oriunda, sed de Gente aliqua Asiz, quæ suis legibus moribusque ac suo jure uteretur, quod ex privilegio Romanorum multis populis contigerit, cogitasse. Condemnatam etiam fuisse rei capitalis, quam Jure Romano plane absolvenda esset, secundum disciplinam illius Gentis. Inepte autem allegasset Cicero hanc sententiam apud Romanos judicas,

si publice notum istis erat, Miletum suo jure uti, & non Romanorum. Notissimum etiam fuit Ciceroni, quibus legibus civitas illa regeretur, cum in Ciliciam & Cappadocianam Proconsul fuisset ipse missus cum exercitu, & utramque sine armis pacasset, ac reduci triumphus a Senatu decerneretur. Plutarch. *Cicer. f. 379.* Fuitque adeo sententia ista dicta auspicio ejusdem Proconsulari, & ex lege Romana. Tum vero Verrina tertia commemorat Cicero, populum Milesium ex pecunia vectigali decem naues populo Romano, sicut pro sua quaque parte Afix ceteras civitates, fecisse. Quumque Verres coegisset Milesios, crimen vendita unius navis de illa classe, quod in literas publicas relatum erat, ex ipsis iterum tolli, metu domesticarum, i. e. Romanarum legum, respondet Cicero, manent istae literae Miletii, manent, & dum erit illa civitas, manebunt. Sunt Roma legati Milesii, qui CoSS. designatorum nomen expectant, & tantum facinus, religione ad ducti, & earundem legum metu, non reticebunt. Tom. 2 f. 68. Perperam etiam allegasset Tryphoninus totum eum locum Ciceronis; quem utique latere iterum non poterat, an Miletus jure Romano uteretur. Frustra ergo est hic Zachar. Huberus, Deragare Tryphoninum sententia a Cicerone recitate, dum mox adjiciat diversam speciem mulieris, que tantum temporali exilio fuerit coercita. Part. I Diff. 9 p. 261. Paulus enim l. 38 §. 5 d. t. dixerat, si poculo abortionis mulier aut homo (infans mox edendus) periclit, summo supplicio, qui illud dederunt, afficiuntur. Justo ordine subjicitur hic Paulo locus ex Cicerone, de muliere marito nupta. Sed &, pergit Tryphoninus, si non est amplius nupta, atque post divortium visceribus suis vim intulit ob inimicitiam erga maritum, adhuc coeretur exilio temporali; quod noluisset marito, et si jam inimico, filium procreare. Quo casu non exprimitur, an foetus jam ad partum fuerit maturus; quia visceribus vis inferri etiam tunc dicitur, quando *sanguis in hominem adhuc deliberatur: non enim refert, natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet.* Homo est, & qui est futurus. Tertullianus Apolog. c. 9 p. 13. Retineo deliberatur. Tunc enim dubitat adhuc veluti natura, an concepta utero semina in foetum coierint: ac deinde, ubi inter ipsa convenit, conceptum homini-

hominem profitetur. Neque putandum est, Constantium ideo constituisse de poena contra patrem in *L. xx. C. de bis, qui parent. vel liber. occid.* quod tunc de ea re lex defuisse. Qui enim Volumina Pandectarum & Constitutionum collegerunt, non sunt adstringendi ad ordinem Historicorum, quasi nihil omiserint eorum, quae tunc extabant. Intuebantur potius consensum temporum, et si nunc hujus nunc illius Imperatoris nomen & sanctiōnem recenserent. Multaque hic poterant omitti; quia praestā erant vel similia vel adhuc nervosiora. Hadrianus certe anterius Jutorum & Imp. paucissima passus est etatē ferre; quod eruditē ostendit Dodwellus in lectionibus Cambdenianis. Forte eandem fortanam securis etiam seculis incubuisse, conjecteris. De secens natis & sanguinolentis loquitur fane Paulus *Sentent. 2. §. ult. & L. 4 de agnosc. & alend. lib.* quasi dixisset, *qui partum editum perfocat.* Id enim est a *faucibus*, sicut *prafoco*, *suffoco*, *effoco*, *affoco*, vel *offoco* apud Festum. Olim Libros Responsorum suspectos habebat Cl. Noodtius: hic Libros Sententiarum idem premit fatum. Sed bene est; discussit hanc nebulam Illustris Dom. van Bynckershock, forte non invito admodum Cl. Schultingio, *ad Paulum 315 & 431.* Quid voluerit Philo *de vita Mose Lib. I.* nondura satis appetet. Parentes Mosis, cum filium tribus mensibus domi humano lacte nutritum, tandem metu majoris mali exponerent in ripa fluminis, gementes in reditu incusabant se ipsos, quod propter alimenta trium illorum mensium, auxilient potius sibi calamitatem, & vulnus conscientię. Cur enim, dicebant, non statim exposuimus editum? τὸν μὴ φθίσαντας τρεφόμενος μελανχῶν, εἰδὼν ἀνθερπον οἱ πολλοὶ νομίζοντι, Matri enim ne quidem existimat hominem esse eum, cui non contingat a mansuetiori & humano præveniri nutrimento, & humanam naturam non indipisci. Nam si a fera bestia nutritatur; que in illum incidisset, obbruscere semina humanitatis. Si ergo exposuissimus eum, inquiunt, statim a partu, non fuissetmus & que infanticidæ. Non appareat hic, quinam sint illi multi? Nam de Egyptiis Strabo *Lib. 17 f. 566:* καὶ τέτο δὲ τῶν ζηλεμένων πάλιν τὰς αὐλοῖς, τὸ πάντες τρέφεν τὰ γεννώμενα πουντούς, καὶ τὸ περιέμενον, καὶ τὰ θύλακα ἐπέμενον, σκερ καὶ τοὺς

Tedafus νόμοις, καὶ τοι δὲ εἰς Ἀργύριον, Maximo apud eos zelo observatur, omnem problema educare et alere, Et circumcidere masculos, feminas autem excindere; quod etiam Iudaorum legibus conforme: immo bi ipsi, Aegyptii sunt origine; ceu dixerat Libro 16 f. 523. Non excutiam hic singula. Non videntur tamen de Aegyptis cogitasse parentes Mosis: aliarum autem gentium erant multo adhuc minus curiosi. Dicerein, utrare Mosis tenera nondum recepisse Aegyptios circumcisionem vel alia Judaica. Et cogitationes parentibus Mosis parum convenientes, de domo Levi utpote natis, attalisse Philonem, quem non latebat, expositionem infantum apud multas quidem gentes vulgo receptam fuisse tunc, sed evene της Πυραμίδος απαρθεωτικας, per nativam quandam crudelitatem. Libro de specialibus legibus, f. 794. Si ad crudelitatem hanc spectat, quod paulo ante dicebantur secum animo voluisse parentes Mosis, iterum minus congrue locutus est Philo de Hebreis, qui optimae legem Dei, & quod ipse sit Deus spirituum, etiam in infantibus, callebam. Hinc Jac. Gothofredo scolaris ratio, p. 109 ad Tertull. Melius de ipso seculo D. Augusti sensit Ovidii maritus, Lyctas quidam, Invitus mando, (dum vires fortuna negat, & abominor) pietas ignoscere. Si hos potius gemitus parentibus Mosis tribuisset Philo, vel ea denique verba, quae statim sequuntar libro illo de vita Mosis, οὐ μοι δοκεῖ πάντα συμβῆναι κατὰ Δεὸν προφῆτας πονεῖν τῷ παιδός, bac omnia vidensur ita evenisse, Deo presidente & curam gerente pueri hujus, minus errasset. Qui igitur incaute arripiunt, quicquid apud Philonem hic occurtere vident, parum proficiunt. Nemusq; quidem bestiae nimis adunt ac sovent progeniem etiam partum prosperam. Liv. 7, 4. Dissidium oriri potuisse inter constitutiones quasdam recentiorum Principum, non mirer. Neque enim extant omnes ille, quarum mentio sit, ceu fatetur Noster p. 204, neque characteres temporum ubique adduntur, qui subinde ansam mutationi dederunt. Sic de obscenissima & insolita fame loqui Novellam Valentiniiani III patet. De simili non potuit conceperesse L. unica C. Theod. de patribus qui fil. distracti. Si enim noluerunt pauperes uti beneficio Fisci oblati, nec esse publico delicta sua expungere, sed maluer-

C. 8.

runt solliciti esse de novo ære alieno, apud privatos, ac nihilominus frequentabantur facinora illa immania contra liberos, ceu iterum loquitur Noster p. 203, excusandi sane sunt Imperatores, si inoribus perverbis seculi se suasque leges austriores accommodandas arbitrabantur. De harmonia Legis primæ & secundæ Romuli constat facile, si meminerimus, primam loqui de unico tantam capite, quinam infantes educandi sint, qui non. Et hoc caput non est mutatum in lege altera. An autem eadem hæc posterior concepta sit ea latitudine, prout loquitur Noster, non repeatam. De verbo ἔργειν annotavit Guili. Budæus & post eum Schmidius in Cyrillo, occurrere etiam ἔργειν, cum acuto. Illud vertunt, probibere, avertere. Hoc, includere. Succurruntque duo alia loca apud Dionysium, quæ non vidit Budæus lib. V f. 295: ὅτοι δὲ μόνοι καὶ νῶται λαθόντες τὴν γένεσιν, ἔργον τὸς πολεμίου τῆς διαβάσεως μέχρι ποδῶν, οἱ στρατοὶ occupati a tergo ponte, arcabant & prohibebant diu hostes a transitu. Et lib. XI f. 690: εἰδέντες ύμαν αποστρέψαντες λόγοι, οἱ ἄνδρες βαλεῖται, τὸς δὲ ἐπιπολαζόντες ἔργομεν, Nemini Vestrum, P. C. dicendi sententiam suam adimimus potestatem, sed ferocientes & qui se efferre gestiunt, prohibemus. Ita vertit hunc locum Stephanus Tom. I f. 1217. Plutarchus Lycurgo f. 48: ἔργον τὸς ἀγάπης ἐν ταῖς γυμνοπαιδίαις. Certum est, neutrubi includendi notionem huic verbo congruere, quamdiu scribimus ἔργον. Postulatque adeo coherentia sensus, ut fiat ἔργον per acutum. Ac erit sic *expositio*, in qua sibi spe plaudebat Vir illustris; sed de ista jam actum erat lege priore de infantibus. Statim Dionysius f. 690: ἔχομεν τὴν ἐξεσίαν τῷ κολύμῳ τὰς αἰσφαττας, habemus potestatem coercendi inordinatos & turbantes. Idem ergo ei erat κακόν, & ἔργον. Sylburgius putabat, potius aiciendum pro exclusione domo, quam careeri includere, quia mox sequatar, δέσμιαν κατέχειν, id vero non pertinet ad carcerem, sed in tamen ἔργον κατ' ἔργον, ad rustica opera a vincio, pedibus tantum, praestanda. Adde Lipsium L. 2 Elect. o. 15 p. 724. Neque comparari hic potest, quod antecedit de legibus Graecorum, permittentibus ἐξελάσσαι αὐτὸς τῆς ἀνίας, eos domo pellere; nam sic idem diceret Dionysius de Romanis, quod

C. 9.

de Græcis; quum ille tamen opponat gentem genti, ac ostendat, legem Romuli multo fuisse conceptam sapientius, quam postea apud Græcos fecerint Solon, Pittacus, Charondas. Propter nimiam enim lenitatem Græcorum πολλὰ εἰς πατέρες ὑπὸ τέκνων ἀσχημονεῖται, multa ibi indecora committebant liberi in parentes. Decidat hanc lectionem Editio Dioctysii omnium prima Tarvisiana 1480 in Bibliotheca Menarsiana. Romulum autem, juvenem XVIII annorum, quum ad principatum perveniret, barbarus mos populorum vicinorum eo compulit vel induxit, ut e filiabus tantum primogenitam censeret necessario educandam. A nutricis enim uberibus fratres illi duo in Latina urbe Gabiorum Græcis qualibuscunque disciplinis imbuebantur, discebant, ait Dionysius Lib. I f. 71, ibi γεωμετρία καὶ μετρία καὶ χειρῶν ὅπλαν ἐδιδόντες, μέχρις ηὗτος. Plutarchus, καὶ γραφμαῖς καὶ τὰ αἴθλα, σταύροις τεσσάρες. Romulo f. 20. Nec paulo melius, quod prolem necare permisit majorem triennio, excepto partu evidenter monstroso, & spatium ulterioris consilii non exigente. Triennio enim explorari volebat, quid de reliquis annis sperandum esset tractu temporis circa statum & corporis vires, vel metuendum etiam de alia debilitate infantum; qui non statim a partu essent monstrosi, aut iis aequiparandi. Nam & circa filias fortasse voluit discerni, quæ præ ceteris antecellerent dotibus ingenii, formæ, corporis. Necessitas enim educandi primogenitam non excludebat libertatem educandi etiam unam adhuc vel alteram, quas natura in primis commendaret. Ac si displiceret ex causis gravioribus vel ipsa primogenita, in locum illius successit secundo vel tertio genita. Lycurgus apud Lacedæmonios, diu ante Romulum ne primogenitam quidam a reliquis distinxit, τὰ σώματα τῶν παρθένων (citra discrimen) δέρμοις καὶ πάλαις, καὶ βολαιῖς δισκαν καὶ αἰνοβιλιαν δεσμίντοις, Plutarch. f. 47. Id tamen a Lycurgo didicit Romulus, arbitrium tollendi vel necandi factum non esse penes parentem, sed seniores ex illa tribu. Triennium etiam deliberationis de suo adjecit. Lacedæmonii uxores ducebant raptu, ἐγένετο δὲ αἰτιολογία, f. 48. Forte & hoc imitatus est Romulus apud Sabinas. At brevi post illarum raptum orto bello, matres eædem jam factæ plurimum

plurium liberorum, quum egrederentur ad armatos, partem eorum μοῖραν ἐξ αὐλῶν συνέποιτε, quantumcunque liberet, educabant, quædam etiam τὰ νήπια τέκνα secum agentes. Dionys. f. 110: παιδίσκοις κομίζονται νήπια, οἱ ινάντες οἱ γελάντες, Plutarch. Romul. f. 29. Hic nullum credo extare vestigium secutæ expositionis liberorum; aucto licet vehementer illorum numero. Neque enim erat tunc de tempore. Deinde quum regnante Tullo Hostilio duæ sorores primo statim partu singulæ prolem masculam tricarinam eadem die edidissent, parentes, et si omnes essent masculi, nec deformes, videntur quidem subdubitasse, an omnes hos filios educarent, quia plures essent, quam expediret; sed educasse tamen omnes, quasi fausto domini patriisque omniæ vi-derentur nati. Dionys. Lib. 3 f. 150. Ad perpetuam autem rei memoriam lex fuit lata, ut quibus nascerentur filii tergemini, ii ex publico alimenta acciperent usque ad pubertatem. Idem f. 160z φέρεται καὶ εἰς ἐμὲ χρῆσθαι, que lege ad meam usque atatem apponuntur. Habeat fontem, ex quo proflixere Constantini L. 1 & 2; C. Theod. de alimento. que inopes parent. de publico pot. deb. Et eodem facto elicio porro, tres Horatios illos, et si jam essent adulteriæ etatis & bellicae fortitudine praestantes, ad oblatam illis a Tullo Hostilio monomachiam recte respondisse, & ad mentem Romuli, quoniam nobis supereff̄ pater, neque adeo liberi sumus, nec sedis domini nostri a insensib[us], neque potestatem nobis, o Rex, concedas, de isto certamine statuendi, ne minimum quidem sine patre vel dicere vel facere audemus. Laudaviteque Rex pietatem ipsorum; non, quod patria potestas esset αἰνεῖνον, sed quia pater in re tanta non poterat præteriri, cuius mandatum etiam in minoribus esset expectandum. Pater porro percontantibus filiis, quid vellet fieri, respondit: εὐρεθὲς μὲν πρᾶγμα ποιέει, ὃ ποιέει, τῷ πολεμίῳ γένεται, καὶ εἰδὼν τὴν ἐμῆς γνώμην διαπεριέ-γενεται, πεις εἰδόμενος factis filiis, quod mibi vivitis, Εἰ nabil sine uno confusu facitis. Conformiter iterum ad legem Romuli. Sed ne nuncquidem ex plenitudine aliqua potestatis suæ pater non decidit, Sed tempus est, inquit, ut appareat, vos de his statuendi capacitatem habere. Fingitis igitur, me jam defunctionum, Εἰ ro-ruende dicite mibi, quid tunc coperitis consilii? Respondit natu-

maxi-

maximas, mori malleimus quam contra tuam & majorum dignitatem vivere: parati ferre, quod numini in hoc certamine videbitur. Non solvimus priores nos vinculum cognitionis cum Curatiis, sed prout a fortuna jam dissolutum ac decretum est, acquiescemos. Si enim Curatii acceptarunt certamen hoc, courem melioreni cognitione nostra, neque nos cognitionem illi preferemus. Et hic lætitia perfusus pater confensit: fecitque, quod placebat filiis, & putabat, satisfactum esse legi, quod rem prius ad patrem retulissent. Adeo exulta fuit jam tum prudentia civitis. Ulterius elicio ex eodem facto, patrem, cum tertius filiorum ovans victor rediisset, & sororem, objurgantem eum, ceu interfectorum sponsi sui, (desponsata enim erat uni occisorum Curatorum a patre clam.) iræ fervore ense necasset in ipso urbis ingressu, recte existimasse, ex lege Romuli jus sibi non esse, filium, qui in instanti facinus hoc ad ipsum referebat, ob sororis cædem iterum confodere. Ni ita esset, patrio, inquit, jure in ipsum animadversurus eram. *Liv. I, 26.* Postulabat sane, judicium sibi, ut patri amborum, in domo sua permitti. Et Rex non negabat, & lege & naturæ ductu primum filiæ ultorem ac vindicem debere constitui patrem. Videns autem, negotium sibi esse inexplicabile, cognitionem permisit populo. *Tunc primum,* ait Dionysius, *populus natus capitalis judicii potestatem,* ex sententia patris absolvit Horatium a cæde. Livius autem id factum ait beneficio provocationis a populo ad Regem, clementem legis interpretem. Sed Rex arbitratus, iis qui vellent Deorum jura observare, non satis esse hanc humanam litis decisionem, jussit per pontifices & Deos & dæmones placari, & Horatium veluti de cæde involuntaria lustrationibus præscriptis expiari. Patet ergo, neque populum Romanum, neque Regem, Romuli legem, tunc adhuc recentem, eo modo voluisse intelligi in causa publica, quo multi hodie præsumunt in quacunque lite domestica & privata. Rursus cum Spurius Cassius tentaz tyrannidis accusaretur, dicebant quidam, patrem illius primum accuratissime rem perquisivisse, ac suspicione motum, Senatum adiisse; deinde filium vocatum & indicasse & accusasse, mox damnatum a Senatu domum reduxisse, ibique necasse. Dionys. *Lib. IIX f. 546.* Quod si, subdit ille, pater ejus

ejus index simul & accusator & punitor fuisset, nec dominus ejus esset ob filii delicta diruta, nec bona publicata: apud Romanos enim filius nihil est proprium, vivis adhuc parentibus. Concluditque hinc, patrem ne detulisse quidem crimen filii apud populum, sed factum id a quibusdam patriciis, ac nihil cum patre in re tota communicatum. His toties in Rep. Romana diu, antequam de Legibus XII Tabularum, 300 post Romulum annis demum latis, cogitaretur, disceptatis, atque ipso usu rerum comprobatis, sponte finita est lis hactenus. De bona fide Patrum Christianorum varia exprobrantium adversariis suis, scriptoribus Gentilibus, monendum est, scriptores istos Gentiles, tanquam autores rurz, objecisse Christianis, quicquid ipsis in buccam venisset, nec distinxisse, vera an falsa dicereant, multo minus, an meliores essent quidam Christiani, eorumque leges eadem palam detestarentur: nostrates autem nunquam Gentilibus in vindicis suis exprobrasse falsa. Controveriam non tam fuisse de Legibus Gentilium quam de factis. Nam Gentiles nobis imputabant, que ad vitam & mores potissimum pertinuerent, atque ad cultum Christianorum. Vicissim igitur excusserunt nostri, quid bona fide perhiberet omnis antiquitas de spurcissimis moribus ethnicorum. Objeccerat nobis Coecilius Natalis apud Minucium Felicem, *homines deploratae ac desperatae factionis grassari in Deos; & plebem profanae conjurationis instituere; nocturnis congregationibus, jejuniis solennibus & inhumanis cibis, non sacro quadam, sed piaculo federari: passionem inter eos velut quandam libidinum religionem nasceri, ac se promiscue appellare fratres & sorores, ut etiam non insolens stuprum intercessione sacri monanis fiat incestum. Infans farre contextus apponitur ei, qui sacris imbuitur: is infans a tirunculo provocato cassis oculis que vulneribus occiditur, hujus sanguinem lambunt, ibusque certationem membra dissipuntur: bac fedorantur hostia. Ad cepulas solennes die coeunt cum omnibus liberis, sororibus, mariibus: illis ubi convivium incaluit, everto & extinto lumine, impudenter tenebris nexus infanda cupiditatis involvunt per coreum fortis.* Dic mihi, an hic Coecilius distinguat fecem populi a viris bonis. Bona fide ergo & citra protervianus respondet

Aaa

maximus, mori mallemus quarti contra tuam & majorum dignitatem vivere: parati ferre, quod numini in hoc certamine videbitur. Non solvimus priores nos vinculum cognitionis cum Curatis, sed prout a fortuna iam dissolutum ac decretum est, acquiescemos. Si enim Curatii acceptarunt certamen hoc, courem melioreni cognitione nostra, neque nos cognitionem illi preferemus. Et hic laetitia perfusus pater consenit: fecitque, quod placebat filiis, & putabat, satisfactum esse legi, quod rem prius ad patrem retulissent. Adeo exulta fuit iam tun prudenter civitis. Ulterius elicio ex eodem facto, patrem, cum tertius filiorum ovans victor rediisset, & sororem, objurganteum eum, ceu interfectorem sponsi sui, (desponsata enim erat uni occisorum Curatorum a patre clam,) ira fervore ense necasset in ipso urbis ingressu, recte existimasse, ex lege Romuli jus sibi non esse, filium, qui in instanti facinus hoc ad ipsum referebat, ob sororis cædem iterum confodere. Ni ita esset, patri, inquit, jure in ipsum animadversurus eram. *Liv. I. 26.* Postulabat sane, judicium sibi ut patri amborum, in domo sua permitti. Et Rex non negabat, & lege & naturæ ductu primum filiæ ultorem ac vindicem deberet constitui patrem. Videns autem, negotium sibi esse inexplicabile, cognitionem permisit populo. *Tunc primum*, ait Dionysius, *populus natus capitalis judicii potestatem*, ex sententia patrii absolvit Horatium a cæde. Livius autem id factum ait beneficio provocationis a populo ad Regem, clementem legis interpretem. Sed Rex arbitratus, iis qui vellent Deorum jura observare, non satiis esse hanc humanam litis decisionem, jussit per pontifices & Deos & dæmones placari, & Horatium veluti de cæde involuntaria lustrationibus præscriptis expiari. Patet ergo, neque populum Romanum, neque Regem, Romuli legem, tunc adhuc recentem, eo modo voluisse intelligi in causa publica, quo multi hodie præsumunt in quacunque lite domestica & privata. Rursus cum Spurius Cassius tentatæ tyrannidis accusaretur, dicebant quidam, patrem illius primum accuratissime rem perquisivisse, ac suspicione motum, Senatum adiisse; deinde filium vocatum & indicasse & accusasse, mox damnatum a Senatu domum reduxisse, ibique necasse. *Dionys. Lib. IX f. 546.* Quod si, subdit ille, pater ejus

ejus index simul & accusator & punitor fuisset, nec domus ejus esset ob filii delicta diruta, nec bona publicata: apud Romanos enim filii nihil est proprium, vivis adhuc parentibus. Concluditque hinc, patrem ne detulisse quidem crimen filii apud populum, sed factum id a quibusdam patriciis, ac nihil cum patre in re tota communicatum. His toties in Rep. Romana diu, antequam de Legibus XII Tabularum, 300 post Romulum annis demum latis, cogitaretur, disceptatis, atque ipso usu rerum comprobatis, spoule finita est lis hactenus. De bona fide Patrum Christianorum varia exprobrantium adversariis suis, scriptoribus Gentilibus, monendum est, scriptores istos Gentiles, tanquam autores rixæ, objecisse Christianis, quicquid ipsis in buccam venisset, nec distinxisse, vera an falsa dicerent, multo minus, an meliores essent quidam Christiani, eorumque leges eadem palam detestarentur: nostrates autem nunquam Gentilibus in vindiciis suis exprobrasse falsa. Controversiam non tam fuisse de Legibus Gentilium quam de factis. Nam Gentiles nobis imputabant, que ad vitam & mores potissimum pertinuerent, atque ad cultum Christianorum. Vicissim igitur excusserunt nostri, quid bona fide perhiberet omnis antiquitas de spurcissimis moribus ethnicorum. Objeccerat nobis Coecilius Natalis apud Miaucium Felicem, *homines deplorare ac desperare factionis grassari in Deos; Et plebem profana conjurationis inhibituere; nocturnis congregationibus, jejuniis solennibus & inhumanis cibis, non sacro quadam, sed piaculo foederari: passionem inter eos velut quandam libidinum religionem nasceri, ac se promiscue appellare fratres & sorores, ut etiam non insolens stuprum intercessione sacri nominis fiat incestum. Infans farre connectus apponitur ei, qui sacris imbuantur: is infans a tiruculo provocato cecidit occulisti que vulneribus occiditur, hujus sanguinem lambunt, hujus cerebrum membra dispersiunt: hac fedorantur hostia. Ad epulas solenni die coeunt cum omnibus liberis, sororibus, maribus: illie ubi convivium incaluit, everto Et extuncto lumine, impudenteribus tenebris nexus infande cupiditatis involvunt per incestum fortis.* Dic mihi, an hic Coecilius distinguat fecundopuli a viris bonis. Bona fide ergo & citra proterviam respondet

Aaa

ad

ad hæc Minucius p. 37 sq. Edit. Parif. Herald. 1613. Aggrediar fontem ipsam erroris & pravitatis, unde oramis caligo ista manavit. Spiritus sunt insinceri, vagi, a cœlesti vigore terrenis labibus & cupiditatibus degravati. Isti ad solatium calamitatis suæ non definunt perditæ jam perdere, & inductis pravis religionibus a Deo segregare. Eos spiritus demonas esse, Poëtae sciunt, Philosophi differunt, Socrates novit. Hæc omnia sciunt plerique vestrum, ipsos demonas de semetipsis confiteri, quoties a nobis tormentis verborum & orationis incendiis de corporibus exiguntur. Sic Christianos de proximo fugitant, quos longe in certibus per vos laceſſebant. Quam autem iniquum sit, de incognitis & inexploratis judicare, quod vos facitis, *nobis ipsis paenitentibus credite.* Et nos enim idem fulmen, & eadem vobis cum, quondam adhuc coeci & hebetes, *sentebamus*, quasi Christiani monstra colerent, infantes vorarent, convivia incesta miscerent. Hæc & hujusmodi propudia nobis non licet nec audire, etiam pluribus turpe defendere est. Ea enim de castis fingitis & pudicis, quæ fieri non crederemus, nisi de vobis ipsis probaretis. Illum iam velim convenire, qui initiari nos dicit aut credit *de cœde infantis & sanguine.* (conf. Epiphan. Hæres. 48, 14 f. 416.) Putas posse fieri, ut tam molle tam parvulum corpus fata vulnerum capiat, ut quisquam illum rudem sanguinem novelli & vixdum hominis exdat, fundat, exauriat? Neino hoc potest credere, nisi qui possit audere. VOS enim video (hi sunt iidem illi, qui antea dicebant, VOS Christiani infanticidium & incestum committitis) procreatos filios nunc feris & artibus exponere, nunc ad strangulatos misero mortis genere elidere: sunt qua in ipsis visceribus, medicamentis epotis, originem futuri hominis extinguant, & parricidium faciant, antequam pariant. Hic deinceps lequuntur innocentissima illa verba: *Nobis homicidium nec videre fas, nec audiōre: tantumque ab humero sanguine cauenimus, ut nec escharium pecorum sanguinem in cibis neverimus.* Et de incesto convivio fabulam grandem adversum nos demonum concio mentita est, ut gloriam pudicitiaz deformis infamiz averfione macularet. Hæc autem potius de vestris gentibus nota sunt—Merito igitur incestum penes vos (Persas, Ægyptios & Athenienses,) sape reprehenditur, semper

*semper admittitur: etiam nescientes miseri, potestis in illicita proruere. Et mox: At nos pudorem non facie, sed mente presta-mus: unius matrimonii vinculo (loquitur velut e schola Tertulliani) libenter inberemus: cupiditatem procreandi aut unam sci-mus, aut nullam. Careviva non tantum pudica colimus, sed & sobria. Tancum denique abeisti incepti cupido, ut nonnullis rubori sit etiam pudica conjunctio.* Sed neque ignarus Legum Romanarum aliorumve Gentilium quorundam erat Minucius: *Vos enim adulteria prohibetis, & facitis; nos uxoribus nostris solummodo viri nascimur: VOS SCELERA ADMISSA PUNITIS;* apud nos & cogitare, peccare est: *vos consciens timetis, (ne accu-fent,) nos etiam conscientiam solam, sine qua esse non possumus.* Denique de *Vestro numero carcer* (delinquentium in Leges vestras,) exefuerat: *Christianus ibi nullus, nisi aut reus sua reli-gionis, aut profugus.* Non sunt hæc, opinor, convitia de plaustro. De legibus ea dicit hic Minutius, quæ ex Tertulliano, cui ætate suppar, didicerat. Illius lacunam *L. i ad Nationes c. 15* supplevit Jac. Góthofredus, sed plenius explicandam. De initiis Reip. Romanæ Livius Lib. I c. 9: *Zam res Romana adeo erat valida, ut finitimis bello par esset: sed penuria mulierum, hominis etatem duratura magnitudo erat: quippe quibus nec domi spes prolixi, nec cum finitimis connubia essent.* Similiter Tertullianus, unius ætatis esse leges illas prohibentes, & cum Latoribus suis intercede-re; quia nullæ magis tam impune eluduntur. Non repugnat, Tertullianum exaudiri de omnibus Legibus prohibentibus in hac causa. Inter illas tamen prima est antiquissima ista. Harmoniam Legis Romuli primæ & secundæ non repeto. Nuspiam extant etiam vestigia totius Legis securidæ, vel Tabula secunda integra. Nec crederem de monstro ibi quidquam dictum, si Cicero tacuisset. Hujus autem testimonium quodammodo limi-tatur vocula *tanquam*, & transit in locutionem fere figuratam. Mens tamen liquido appetat, si legam: *cum esset cito necandus, tanquam ex XII Tabulis, insignis ad deformitatem puer,* i.e. insigniter deformis. Placeat etiam, *quo pacto recreatus.* Sed ita nondum vel absoluti vel condemnati sunt reliqui Patres Christia-ni, de quibus lis erat. Neque vero illis defensore opus, quamdiu

verba illorum non integra, sed sola fide Lipsii, proferuntur. Tum vero Minutius Felix Franc. Balduino & Philippo Labbeo non Pater Ecclesiarum, sed JCtus est Christianus. Ipse enim sub initium Dialogi innuit, *ad vindemiam ferias, judicariam curam tunc sibi relaxasse. p. 2.* Ita vero melior forte fuisset JCtus, quam Theologus; nisi Aub. Miratus fateretur, Minucium hunc magnā aliorum pro Christianis volumina vincere, tum rerum copia, tum dictionis venustate. Ex erudito enim & totius ethicisimi gnaro Philosopho & JCto factus erat Christianus adhuc eruditior, ac potens ad docendum. Cum ergo scripserit Romæ, jura & leges nec potuit ignorare Romanorum, nec dissimulare voluit. Sed longe illo confidentius scripserat Tertullianus, *quot vultis, ex his circumstantibus & in Christianorum sanguinem baxtibus, ex ipsis etiam vobis, justissimis & severissimis in nos praefidibus, apud conscientias pulsam, qui natos sibi liberos enecent?* Apolog. c. 9. Ipsos Praefides ait, qui infanticidia ex legibus Romanorum prohibebant, ac puniebant, natos sibi liberos enecare, & hos, ceu presentes & legentes haec verba, apud conscientias suas pulsat. Eosdem alloquitur c. 1: *Si non licet vobis, Romanis Imperii antagonitos, in aperto & edicto ipso fere vertice civitatis praefidibus ad judicandum, palam desplicere & coram examinare, quid sit liquido in causa Christianorum, liceat veritati, vel occulta via taciturn literarum, ad aures vestras pervenire.* Et c. 2: *Hoc Senatus-consulta, hoc principum mandata definient, hoc Imperium, cuius ministri eis.* Tertullianus ergo, & Minutius Felix, Legum & Consuetudinem Romanarum perinde erant periti. Si Tertullianus hic nulla dixit convitia, tuto ab iisdem absolvernus etiam Minucium. Justinus Martyr Apologia I f. 70, 71 non invehitur in Romanos, ac multo minus in Principes illos pios & eruditio amantes, quos ibi alloquitur; sed defendit mores Christianorum, quibus nullum crimea objici queat. *Nos, inquit, improborum esse existimamus, exponere fatus editio.* Viderimus enim fere omnes ad scortationem educari, pueras non modo, sed & pueros. οὐ τέτων μαθήσεις οὐ τεσφαράσσεις οὐ τέλη λαεβάσεις, δέοντας ἐκκόψους απὸ τῆς ὑμετέρας ὄπισθίους. *Nos vero matrimus, ne quis expostorū moriatur, a matris sublatus, & homicida videamur.*

deamur. Inde autem nulla, opinor, convitis excuspes. Nam & Tatianus dixit de Romanis, προνομίας ήξιει, παιδων αγέλαις, ὁσπερ ἵππων θράσιδων, συναργέστεναι αὐτῶν περιφεύγειν, c. 45. Arnobius Lipsio citatur libro octavo: is autem est Octavius Minucii: errore apud Gesnerum etiam dudum castigato. Imo curam & dulcedinem proles procreatæ bos ille adeo apud Arnobiū libro 7 p. 217 opponit Gentilibus. Et libro 5, quomodo Attis fuerit expositus, ex Timotheo exprobatur, p. 157, 159, 165. Leges autem Romanorum adversus delicta alia laudat Arnobius libro quarto, p. 142, 149, 150, & libro septimo, p. 215, 225, 239, 245. Similiter Lactantius Lib. 5 c. 9 ad culeum provocat, quem debebant metuere qui natos ex se strangulant: sed ad ipsius etiam Seneca libros, ceu civis sui. Deinde Lib. 6 c. 20 potissimum contra spectacula & ludos cruentes arguit, & respondet ad exceptionem sibi forte motam, ergo ne illud quidem concedi aliquis existimet, ut recens natos licet oblidere (vocabulo Tertulliani & Glossarum, συθλάω, oblico, constringo; sed & λωβάσομαι a λωβη, injuria afficio, oblico.) Sequuntur verba pene eadem Justini: Ambrosii autem mentem Lib. 5 c. 18 neque Lipsius recte vidit Epistol. 85 Cent. i ad Belgas, neque alii, qui ipsum ceu ducem suum producunt. Loquitur Ambrosius de foeminitate nostris generis. Sic C. 19 Discite, inquit, mulieres, quanta sit viduitatis gratia. Ergo Deus tururibus hunc infudit affectum. Porro C. 17: NOS vero & paupertas afficit & inopia necessitas vexat. Sed & C. 16: His (religionis hospitibus) NOS januas claudimus, quibus aves etiam animas suas conferunt. Quis NOSTRUM levare agrum non fastidiat patrem? Clemens autem Alexandrinus totam hanc censuram qui effugeret, solus inventus est dignus, ταῦτα ποργύρωνται αὔρατα εἰσεῖσθαι. Hac sapientes leges permittunt: licet illis peccare ναῦα νόμον. Suspicio autem & adenior veteres Romanorum legislatores. Pædag. Lib. 3 c. 3 f. 166.

DE CONVENTIBUS MONETALIbus S. R. I. trium superiorum correspondentium Circulorum, Franconiae, Bavariae & Sveviae, Dissertatio

Aaa 3

*tio; Autore JOHANNE DE SCHEIDELIN, Cæs. Palat. Comite, U. J. L. nunc S.R.I. libe-  
ræ civitatis Augustæ Vindel. Syndico, & Dicasterii nec  
non judicij matrim. A. C. Referen-  
dario.*

Augustæ Vindel. apud Paulum Kühtzen, 1719, 4.  
Plag. 21.

**D**Uæ præfationes huic opusculo præmittuntur. Prima monet, Conf. Autorem ad hoc thema excutiendum eo esse adductum, quod in congressu quodam monetario A. 1705 Ratisbonæ celebrato copiam nactus fuisset Davidis Thomani, Consiliarii Augustani, Acta Monetaria publica, & clavem monetalem Leonhardi Wilibaldi Hoffmanni idiomate Germanico editum perlustrandi. In altera vero huic operi jam tertium edito præmissa causam dedisse monet, quod nulla superercent exemplaria, unde denuo operi manum admovendam duxerit, additis ad calcem observationibus nonnullis, imprimis Recessu monetali a tribus correspondentibus circulis Norimbergæ 1709 concluso, qui paucorum in manibus versatur. Afferit insuper, corruptionem rei monetariæ nostra ætate exinde potissimum ortum trahere, quod in Imperio Germanico paritas valoris interni edicto monetali primario de An. 1559 sancta negligatur, & Joachimici seu unciales pro varietate locorum, in quibus cudantur, differant. Quod jam olim observatum fuisse monet a Statibus superiorum correspondentium circulorum, qui A. 1623 in conventu monetali Augustæ Vindel. habito thalerum Imperiale, tunc decem florenos valentem, ad pretium unius & dimidii floreni reduxere. Arbitratur autem, nullum Statum Regali jure monetandi felici successu uti posse, quia in plerisque Imperii circulis, si Saxonicas, Brandenburgicas & Luneburgicas provincias excipias, peregrinæ monetæ obtineant, utalia taceamus. Commendat denique Augustam Vindelicorum, quod monetam nitore ac pulchritudine, bonitate item intrinseca justaque proportione conspicuam producat. Præmissa quoque sunt prolegomena, in quibus de-

ar-

argumento operis quoad nomen & rem, de his quibus competit jus monetandi, ac de origine rei monetariae non nihil e-differuit. P. 2 monetur, monetam accipi in praesenti opere pro pecunia ex auro, argento vel ære fusa atque figura publica notata. P. 3 describitur moneta, quod sit materia electa, cuius publica ac perpetua estimatio difficultatibus permutacionum æqualitate subveniret, forma publica percussa, usum dominiumque non tam ex substantia, quam ex quantitatis estimatione præbens. P. 4 fistitur subsequens definitio convenitum monetarium, quod sint congregations Statuum quorundam circulorum Imperii correspondentium, legibus Imperii sancta, ad monetæ defectus tollendos, utque inter Imperii cives justa atque uniformis monetæ bonitas valorque observeatur, singulis annis vel quoties visum fuerit, debitoque loco & modo instituendæ. Pag. 5 investigatur, cuinam jus monetandi competit, & afferitur hoc supremæ majestati in quavis republica, quum hujus sit Regalia independenter exercere. P. 7 Jus cudendæ monetæ in Imperio nostro Imperatori vindicatur, subjungit tamen statim Autor, olim equidem hoc ipsum jus inter Imperatoris regalia fuisse connumeratum, successu temporis vero Principibus & Statibus Imperii in tantum communicatum, ut suo proprio charactere monetam insignire queant, quibus ab Imperatore id speciatim concessum appareret. Quare neminem Statuum Imperii afferere, se jure proprio monetam cudere, sed fundamentum hujus juris collocare in concessione Imperatoris, vel præscriptione, aut possessione. Neque enim jus cuiquam ex eo competere, quod sit Status Imperii, comprobare allaborat verbis edicti monetalis Ferdinandi I de An. 1559 §. 178. Deprehendi vero & Imperii cives jure hoc gaudentes, & Statibus Imperii subjectos, probat exemplis Halberstadii, Osnabrugæ &c. P. 8 statuitur, Nobiles immediatos Imperii, licet superioritatis jura plurima habeant, jure tamen monetandi destitui. P. 9 potiora momenta privilegiū a Carolo VI Imperatore civitati Augustæ Vindelicorum 1521 concessi declarat Sectio II fistit conventum monetarium antecedentia & præparatoria. P. 13 affirmatur, propter defectus in re monetaria

cor-

corrigendos interdum omnium circulorum conventus institui, interdum vero viciniores tantum circulos convocari, qui conventus exploratorii, vulgo quidem Dizet probationum, Münz-Tage, audiant, de quibus constitutum per edictum monet Anno 1559, ut quotannis bis vel semel celebrentur. P. 14 speciatim edisceritur de tribus circulis Germaniae superioris, Franconico, Bavario, & Suevico. Illorum circulorum in re monetaria director perhibetur Episcopus Bambergensis. Locus conveauti designatur civitas Imperialis, veluti Norimberga in Franconico, Ratisbona in Bavario, & Augusta Vindelicorum in Suevico. Ex unoquoque vero circulo duo vel tres Status convenient, quibus jus monetandi competit, quales perhibentur in Franconia Episcopus Bambergensis civitasque Norimberga, in Bavaria Elector Bavariae & Archiepiscopus Salisburgensis, nec non Ratisbona, in Suevia Wirtembergæ Dux & Augusta Vendelicorum. P. 15 monetur, discriminis rationem habendam esse inter Status Imperii, qui privilegio monetandi, non vero facultate officinas monetarias erigendi gaudent, & inter Status, quibus utrumque competit. Illorum per universum Imperium plurimos praesertim in Suevia reperiri, horum autem officinas monetarias possidentium tantum tres aut quatuor juxta Imperii constitutiones in unoquoque circulo permitti, exceptis iis Status, qui auri aut argentifodinas possideant, quibus equidem peculiares officinas constituere esset concessum, hoc tamen temporeamento, ut ex nullo aliunde accepto fortassis aut peregre acquisito, sed ex effosso proprio metallo monetam cudant: nec oblate conclusum Imperii de 1570, quo Statibus circularibus injungitur, ut in unoquoque circulo tres aut quatuor locos monetales defignent. Sectio III exponit objectum, circa quod cura versetur conventionum monetarium. Atque hic, praemissis, que ad officium Zygostatæ seu Wardini pertinent, qua ratione monetæ bonitas examinanda, de pondere item & valore Ducati, Joachimici, Florem &c. & de officinis prohibitis, quas Helle-Münz-Städte vocant, agitur. Sectio denique IV consequentia Conventuum monetarium, recessus simirum extensionem & subscriptionem continet. Ultimo loco accedit Programma Viri Conf. Guil. Henr. Bruckneri, Pr. in Acad. Jen. Cel. quod jam A. 1707 operi huic, quamvis nondum ita expolito, sed Dissertat. inaug. titulo vulgato, praesierat, in quo docet, confiscactionem bonorum etiam in aliis delictis capitalibus, præterquam in criminis læse Majest. locum hodie habere; sed ea-hoc loco fubius repeteret, instituti nostri ratio hand patitur.

•603• : •603• : •603•

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quæ Lipsæ publicantur,  
SUPPLEMENTA.*

*Tom. VII. Sect. IX.*

**FRANCISCI ANTONII DE SIMEONIBUS**  
*de Romani Pontificis Judicaria Poteſtate Tomus primus,*  
*ad Sanctiss. Patri. CLEMENTEM XI*  
*Pontificem Maximum.*

Romæ, ex Typographia S. Congreg. de propag. Fide, 1717, 4.  
 Alphab. 3 pl 3.

**L**iber nostro tempori inserviturus opponitur, ut ipse Clar. Autor in præfaminc satetur, maxime Dupinii exoso Romæ tractatui de Antiqua Ecclesiæ disciplina, aliisque Scriptis, ab ipsis Romano-Catholicis, quibus certis limitibus restringenda Pontificis Rom. autoritas videtur, in lucern editis. Opportune itaque Noster illum ipsi Romano Pontifici, cuius causam agit, inscribi ratus, in epistola dedicatoria prolixam Clementi XI panegyrin scripsit, qua partim ab amore in eruditos, multis codicibus ex oriente nuper conquisitis demonstrato, partim a zelo in propaganda catholica fide ipsum extollit, partim bella nuperimma cuni Turcis ex Pontificis Max. meritis, secundum Autoris mentem, feliciter debellata, uberrime eidem gratulatur. Historiam argumenti sui in prefatione sifit, quæ ex Richerii opusculis in Gallia nuper excusis (ut titulus mentitur) augeri & illustrari forte posset. Omissis Richerio, Petrum de Marca primo nominat, qui antequam Episcopus crearetur, librum de *Concordia Sacerdotii & Imperii*, teste Autore, revocare jussus fuit. Hoc multo audentior sequebatur Jo. Launojus, cui vero Angelus Peirreca in libro de Appellationibus (quem, quod nervis argu-

Bbb

menta

menta ejus destituantur, Autor magni haud facit ) respondit. In *Davidii* vero Gallico scripto de *Episcoporum judiciis*, quod Lau nojo & Petro de Marca oppositum vehementer alioquin ab Au toro laudatur, illud taxatur, quod breve nimis sit, nec de Clericorum ac Presbyterorum appellationibus agat. Sed longius pro gressum ceteris fuisse *Quenellium* Autor censet, qui in *notis ad S. Leonis M. opera*, primis ecclesiaz seculis ad Apostolicam sedem appellatum fuisse, maxima eruditio nis ostentatione negaver it. Verum interea *Jacobus Boelour* sub tecto *Parisensis Theologi* nomine in libro de antiquis & majoribus *Episcoporum causis* Davidium aggressus, ea quæ Marca habet, facilitiori methodo digesta recoxit. De *Jo. Gerbaiso*, inde Davidium oppugnante, ob servat, quod ad Baluzium provocans putidissimum mendacium protulerit, ac si Marca indulgentius de R. Pontif. potestate quandoque loquens, non ex animi sententia egerit, sed Cardinalis Richelii suasu ad id inductus fuerit, quod quidem ipse Baluzius in p̄f. ad opuscula post huma Petri de Marca prorsus fuerit inficiatus. De *Christiano Lupo*, Doctore Lovaniensi, Apostolicæ sedis causam postea suscipiente, judicat, quod non adeo com tum dicendi genus sequens, hanc expedito satis ordine praeferris, nec arte omni scripta, que magna cruditione sunt referta, limaverit. Hinc ad ipsum Dupinium progressus, cum & ob librum de antiqua Ecclesia disciplina tanquam consilpatam eorum omnium farraginem, quæ Richerius, Launojus, Quenellius, Maimburgius & similes proposuerant, & ob alia scripta hæreseos acerrime postulat ac vehementius perficit. Ut ergo adversus Dupinium ostendat, quod ad Pontificis R. tribunal appellare liceat, Patribus assidue evolutis, animadvertisit, Pontificem Rom. s̄pē non expectasse, donec ad sedem Apostolicam appellaretur, verum cognitionem multarum causarum sponte & ul tro sibi sumisset. Hoc post quam causis Episcoporum Asiaticorum, Africanorum & Gallo rum &c. Romæ decisus probavit, concludit, eo longius Jus Romi Pontif. tunc pertigisse, quo liberior & amplior ejus fuerit pot estas, qui, quamvis arbiter non statuatur, nec ad cognoscendas cau cas advocetur, aliquot litium discrimen, Episcopis denegans, sibi soli tribuerit. Imo ostendere conatur, tantam tunc fuisse Pontificis potestate, ut latas ab aliis Episcopis justas etiam sententias dispe

Dispensatione annihilare potuerit. Instanti Dupinio, non sequi, quod, dum Pontifex Rom. controversias plures ad se traxerit, iure id factum fuerit, Cap. VIII §. 9 ita respondet, ut a Pontificibus Rom. Viris sanctis, toties peccatum fuisse vix credibile putet. Controversiae igitur statum, ad ipsum opus proprius accedens, exponit: an Pontifex Rom. sit supra Concilia, & jus de quolibet Episcoporum judicandi habeat? quod Patrum imprimis sententiis tueri constituit. Prior hic Tomus XIX Capitibus absolvitur, ubi primum argumenta, quæ ex S. Scriptura pertinent, inde ea, quæ a priori desumpta in scholis vocantur, non alio ordine disposita comparent, quam quo primum quodque Autori se obtulisse videtur. Sequuntur rationes a posteriori, ubi Autor temporis rationem habens in singulis ecclesiis, iis imprimis de quibus lis est, negatam Pontificis Rom. autoritatem invaluisse, monstrare satagit. Ea vero ipsi est methodus, ut ingeniem molem dictorum ex Patribus consarcinet, extra contextum prolatorum. Ruminatur itaque sœpe apposita, quod Christus confessionem Petri remuneratus dixerit, se super ipsum Ecclesiam esse ædificaturum, & momentosum hoc præmium futurum fuisse concludit. Ipsum vero dictum Matth. XVI, *super hanc Petram ædificabo &c.* quatuor modis accipi ostendit, 1 quod Petrus Ecclesiæ fundamentum sit, 2 super Apostolos a Christo ædificatam esse Ecclesiam, 3 super fidem Petri, 4 super Christum eam fundatam esse. Primam & tertiam expositiones literales, secundam & quartam mysticas voeat; & Petrum forma-liter, fidem vero Petri causaliter fundamentum Ecclesiæ dici obtendens, tertiam expositionem primæ haud oppugnare putat, singulis vero paragraphis reliquas explicationes cum prima conciliat, & quod Nostro solane est, dissensus Patrum obviale molitur. Inde ad locum Matth. XVI, *Tibi dabo claves &c.* accedens, Dupinium imprimis aggreditur, omniaib[us] Apostolis datas esse claves istas, afferentem. Petro enim principaliter specialiterque datas esse causatus, ex Patribus distinctionem inter potestatem ordinis & jurisdictionis exculpere amittitur. Illam in Pontifice & Episcopis eandem esse, hac vero Pontificem omnes Episcopos longe antecellere; sicut Presbyteri utraque

Cap. I.

§. 5.

C. II.

Bbb 2  
poter

potestate Episcopis sint inferiores. Hæc argumenta contra adversarios, Launojum pariter & Dupinium, clavium potestatem Ecclesiæ, non Apostolis, tribuentes, prolixius ex eo urget, quod 1 alias regimen Ecclesiæ Democraticum foret, cum fateantur adversarii, debere id esse Monarchicum Aristocratico temperatum; 2 quod Christus Apostolos cum servis, Ecclesiam cum familia comparet. Morem vero antiquum fuisse, ut Dominus reliquis familiæ servis unum præficeret, quem Atriensem dicebant. Quanquam & Atriensi ab aliis servis fuisse imperatum, quod obiter notamus, patet ex Plauto Pseudol. Act. II Sc. 2:

PS. condus

promus sum, procurator peni.

HA. Quasi te dicas atriensem.

PS. Imo atriensi ego impero.

- C. III. Ad dictum Joannis, *Petre amas me &c.* Petro non indefinite, sed collective concreditas fuisse oves, adversus Dupinium contendit. Curam itaque totius Ecclesiæ Pontifici Rom. competere, cum ex antiquorum Pontificum testimonio, tum, ne suspecta illa in propria causa videantur, ex illorum affectis adstruit. Titulos Pontificis Rom. *Pater patrum, Episcopus Oecumenicus &c.* præcipue urget, siquidem, etiamsi Constantinopolitani præsules posteriorem quandoque fibi vindicaverint, is tamen Romanis ab aliis Episcopis constanter tributus fuerit. Imo cum Patres severe semper prohibuerint, ne Episcopi alias invaderent Dioeceses, Pontifici Rom. hoc jus ab omnibus fuisse concessum. Licit itaque autoritas Episcoporum mediate sit a Christo, immediate tamen illam a Pontif. Romano esse, cum & ex testimonio Patrum constet, in Ecclesia non esse, qui non sit in communione Romana, & ex antiquo more, quo Episcopi ad Coepiscopos literas scribebant, quas communicatorias seu formatae appellabant, Episcopi ad Metropolitanos, hi ad Patriarchas, & hi denique ad Pontif. Rom. quibus tanquam vinculis Ecclesia contingebatur. Vanum autem esse Dupinium, dum adstruit, ingenti saltu esse schismaticis præjudicio, si quis cum Ecclesia Romana non communicet, & eum, qui a Pontif. Rom. damnatus a tota Ecclesia absolvatur, modo fario allaborat ad recuperandam

randam communionem, pro schismatico non esse habendum. Non enim existere casum, ubi tota Ecclesia aliquem a Pontif. Rom. temere excommunicatum judicaret, & ad allata a Dupinio exempla, Asiaticorum, Cypriani, Africanorum &c. prolixe respondet, vel a Pontifice Rom. juste eos damnatos, vel ab eodem in communionem receptos fuisse. Porro Acacii Constantinopolitani & Episcoporum cum ipso contra excommunicationem Romani Pontif. communicantium, patrum quoque Ephesinorum, Dioscoro adhaerentium, nomina e sacrjs dypticis fuisse deleta, Pontificem autem Rom. sepe ad damnatos ab integris conciliis v. g. Jo. Chrysostomum & Flavianum &c. literas communicatorias dedisse, quod satis validum sit argumentum pro autoritate Pontificis & supra Ecclesiam & supra Concilia, cum cunctis Episcopis alias gravis pena proposita fuerit, si in communionem a Conciliis damnatos receperissent. Esse igitur Pontificis Rom. ut omnes Christianos possit judicare, & sic sit conveniat, ut Episcopus dissentientes Christianos cogat, ita dissentientibus Episcopis Pontificem praesse, & antiquis monumentis constare, omnes ecclesias, ipsas quoque Gallicæ Pontifici metu subjectas fuisse. Frustra autem moliri Dupinium, ut Vigilii Pontif. Rom. epistolam ad Eucherium ~~ad hanc suscep~~ta reddat, quod cause ejus adversa sit, cum & Rothardus Suresio-nensis Episcopus ad Apostolicam sedem sub Nicolao Pontif. appellaverit. Incautius tamen Autor. Epistolam Pontif. Rom. ad universos Gallicæ Episcopos, qua prolixe jus omnes Episcopos judicandi Pontifex sibi afferere conatur, urget, siquidem hæc jam eo tempore litem ea de re fuisse satis arguit. Quo magis vero augustam potestatem illam reddat, quo usque illa se extendat, inquirit, & licet non supra canones, qui vel ad Dei vel ad Naturæ legem continuanda faciunt, eam extollat, omnibus tamen canonibus, qui ad Ecclesiæ disciplinam statuendam pertinent, illum præcessib[us]t. Si quorūratnr, quo usque ea in ecclesiæ officiis iudicatis valeat iniustas, distinguat illud quod est contra & quod est præter canones, & posterius semper a Pontif. Rom. autoritate penitus pendere contendit. Efficere illam potesta-tem, ut privilegia Monasteriis & Monachis concedere possit, &

C. VII.

VIII.

secus ac Thomassinus asseruerat, antiquorem esse seculo octavo morem, quo a spirituali Episcoporum jurisdictione Monachi a Pontifice Rom. eximuntur. Illam pallium dare Metropolitanis, & quandoque Episcopis privilegium, ut immediate a Pontif. Rom. judicari possint. Ea prædictum posse Pontificem peccata remittere, nec opus esse hanc facultatem a conciliis antea eidem concedi. Ipsos denique haereticos orientales adhuc

## C. IX.

Pontificis Rom. autoritatem supra alios omnes agnoscere. Colligi quoque posse amplitudinem ac præstantiam hujus potestatis ex Vicario Pontificis Rom. qui perlonam ejus in provinciis representat, qua autoritate Thessalonicensis Episcopus & jama ante Leonis M. tempora Arelatensis in Gallia pollebat. Hisce enim jus fuisse, vel propria autoritate vel cuncta Synodo de causis plurium provinciarum decernere, licet ipsorum potentiam vel absolute vel quoad difficiliorum controversiarum examen restringendi Pontifici Rom. servata semper fuerit potestas. De

## X.

conciliorum autoritate Autor ita agit, ut doceat, provincialem Synodum de provinciæ, Occidentale Concilium de Occidentis, Orientale de Orientis rebus, decrevisse quidem, at cum saepius in Italiz Synodo, ubi Pontifex M. aderat, de Orientis causis fuerit judicatum, nunquam in Oriente, vel aliis in provinciis, de Italiz rebus, argumento hoc esse, quod omnis terra Pontificis nutui fuerit subjecta. Potuisse quidem Pontificem absque Synodo de propositis causis statuere, sed Petri exemplo invitatum, qui cum solus locum Judæ supplere potuisset, rem tamen reliquorum arbitrio permiserit, Episcopos convocasse. Neque enim Synodum Episcoporum Italiz de Hispaniz Episcopis valide judicasse, cum Hilarius Pontifex Sylvatum Iberiz Episcopum cum aliis Episcopis reis, quos Synodus Italiz damnaverat, absolverit. Et si quando Synodum Pontifex Rom. coegerit, Episcopos semper agnovisse, ultimum causarum judicium ex arbitrio ejus pendere, ipsosque Pontificum legatos ad Concilia missos nude exposuisse, Patrum esse, ut Romani Presulis de creta exequentur. Fundamento operis totius ita posito, exempla judiciorum a Rom. Pontifice primis VI seculis factorum promit, partim ut iustitiam eorum vindicet, partim ut antis

## XI.

antiquam Pontificis autoritatem iis stabiliat. Temporum rationem sequitur, unde a Marcione incipit, qui frustra Romanum petebat, ut veniam in Asia negatam a Pont. Romanis impetraret. Infert inde, jam tunc Asianis sedisse opinionem, quod venia a Pontif. Rom. concedi omnibus posset, qua vero Marcion caruerit, non ex Pontificis impotentia, sed aliis, quas prolixius Autor adducit, rationibus. Ita vero denique rem omnem contra Dupium ex chronologicis rationibus componit, ut statuat, Marcionem, repulsam a Clero Romano ferentem, ad Cerdoneum hereticum transisse, sed resipiscerent ab Eluetherio in communionem receptum fuisse. In Asia de die celebrandi Paschatis autoritate & iussu Rom. Pontificis Concilia fuisse coacta, Synodus imprimis a Theophilo iussu Victoris Pontif. Rom. convocata esse probat. Imo cum sequi Romanos Asiatici nolent, eos a Victore fuisse excommunicatos. Quamvis non neget, diem Paschatis jam Niceno concilio fuisse definitum. Marcianum Arelatensem Episcopum Novatiana heresi infectum circa annum 354 denique damnatum & loco motum fuisse. Et cum Galliae Episcopi S. Stephanum frequentes adierint, partim S. Cyprianum per literas impensius hortati fuerint, ut Pontificem Rom. ad Marcianum deponendum induceret, jam tertio seculo ius de quovis Episcopo statuendi Rom. Pontif. competitissime condidit. Postquam inde brevibus evicit, Basiliudem & Sabinum omnino Hispaniae Episcopos fuisse, nihil ad elevandam Pontif. Rom. autoritatem vel potestatem judicariam valere urget, quod Cyprianus scripsit, Basiliudem, a provinciali Synodo damnatum, recipiendum non esse, licet S. Stephanus Pontif. Rom. in communionem eum admiserit, cum aperte Cyprianus afferat, Basiliudem fraudulenter obrepisse Stephano, quare non quod Papae decretis standum haud sit, sed quod Pontifici Rom. impo- fuerit, non fuerit recipiendus. Sequentibus demum capitibus Autor S. Dionysii, Alexandrini Episcopi, Pauli Samofateni, Antiochii, S. Athanafii, Alexandri Antisititum, Marcelli Ancyrae, Asclepii Gazensis, Pauli Constantinopolitanii, & Lucifer Adrianopolitani, omnium a Romanis Pontificibus primis statim seculis judicatorum, exempla afferit, & Concilii Nicenii Can-

C. XII.

XIII.

XIV.

XVII.

nem quantum, qui obstare videri poterat, explicat, nec propositi  
ipamemor in Dupinium ubique invehitur. Sed cum momenta  
controversiarum historicarum in summam contrahi ægre pos-  
sint, vela hic contrahimus & Lectores ad ipsam libri lectionem  
dimittimus.

ORIGINES ECCLESIASTICÆ: OR THE  
Antiquities of the Christian Church.

i. e.

*ANTIQUITATES ECCLESIAÆ CHRI-  
stiane. Volumen VI, Libris duobus constans. Autore  
JOSEPHO BINGHAM, Reddore  
Headborna - Worthenſi.*

Londini, apud R. Knaplock, 1719, 8.

Alph. I plag. 13.

**V**olumen V, five Librum XIII harum Antiquitatum, mense Martio hujus anni 1720 p. 123 sqq. recensuimus. Sicuti autem Doctissimus Autor in illo generatiū quædam ad cultum divinum spectantia exposuerat, ita Volumine hocce VI, five Lib. XIV & XV, speciatim illum explicare aggreditur. Cumque veteres Christiani cultum suum in Missam Catechumenorum, & Missam Fidelium distinxerint, de utraque Missa libris illis ordine præcipit. Itaque Missam Catechumenorum, cui Catechumeni, ceterique omnes, qui nondum in Ecclesiæ communionem penitus erant admissi, interesse poterant, juxta singulas ejus partes, Psalmiadā, lectionem Scripturæ, conciones, & preces, Lib. XIV exponens, Cap. I de Psalmodia differit. Et hic quidem docet, cultum divinum die Dominica ordinarie Psalmodia cœpisse, Psalmosque non immedie unum post alterum, in aliquibus certe Ecclesiis, decantatos, sed lectiones Scripturæ & preces illis intermisas, & Psalmos illos *Responsoria*, & *Psalmos Responsorios* dictos esse. Alios porro Psalmos in peculiariis quibusdam officiis usurpatos: alios neque temporibus, neque lectionibus, neque diebus adscriptos, ordine, quo in Psalterio secuti fuerint, cantitatos esse, iis saltem exceptis, qui horis Canonis

p. 354. sq.

356. sq.

358. sq.

360.

nonicis consecrati fuerint : alios denique , prout occasio  
tulerit , ab Episcopo vel Præcentore præscriptos esse. Pa. p. 361 sq.  
tres Ægyptios singulis Psalmis lectionum loco preces in-  
terseruisse. At Patribus in occidentalibus Ecclesiis , si Roma-  
nam excipias , doxologiam , *Gloria Patri &c.* in orientalibus  
autem ultimo saltem Psalmo illam fuisse additam. Ali-  
quando Psalmos ab uno tantum , reliquis attente auscultanti-  
bus , aliquando junctim ab universo cœtu , aliquando alterna-  
tim & per antiphoniam & cœtu in duas partes diviso , ali-  
quando a Phonasco vel Præcentore versum incipiente , & popu-  
lo illi succinente , cantatos , ultimumque Psalmodiæ genus aliis  
*ανθροπίχιοι* , aliis Hypopsalma & Diapsalma , aliis *ἀντοτελεύτιοι*  
& *ἐφύμινοι* appellatum esse. Inde vero Cl. Binghamus Cabassuti-  
um refellit , a Protestantibus noviter afferente inventum , quod  
populo in Ecclesia canere liceat. Ulterius observat , illos , qui  
Psalmos cecinerint , stetisse , & pronunciationem illorum vel  
modico flexu factam , & Patribus summopere commendataam ,  
vel liquida magis voce , & convenienti modulationis dulcedine  
peractam , & , si hæc intra limites permanserit , minus impro-  
batam esse. Neque hymnos humanæ compositionis rejectos ,  
sed admissos atque probatos ; in cantum vero , Theatrorum in  
modum institutum , & quo aures magis delectatæ , quam sancti  
animorum affectus excitati fuerint , Patres graviter invectos esse.  
Cap. II de celebrioribus priscæ Ecclesiæ hymnis , doxologia nem-  
pe minore , *Gloria Patri &c.* & majore , *Gloria in excelsis Deo* ,  
Trisagio item , Alleluiah , Psalmis , quos Augustinus vocat , Al-  
leluaticis , Hosanna , Cantico Simeonis , trium puerorum in for-  
nace ardente , B. virginis Mariæ satis diligenter agit , & Wetten-  
halum , Episcopum , qui fidem Nicenam jam ex eo tempore ,  
quo compofita fit , in Ecclesia decantatam fuisse , ex Platina  
probare conatur , refellit. De Autore præterea & origine hy-  
mni , *Te Deum laudamus* , disquirit , & cum Stillingfleto in  
Orig. Brit. c. 4 p. 222 arbitratur , quod a Niceto , Episcopo Tre-  
virensi , circa annum 535 vivente , compofitus , Gallicanæ Eccle-  
siæ originem debeat ; cum non longe post illud tempus mentio  
eius fiat in Regula S. Benedicti c. 11 , Regula Cæſarii Arelatenfis c.

21, & Regula Aurelianii, quibus usus ejus præscribatur. Tan-  
 p. 401 sqq. dem quoque hymnos Ambrosii, Hilarii, Claudiani Mamier-  
 406 sqq. ci aliorumque memorat. Cap. III publicam Scripturarum in Ec-  
 clesia lectionem edifferit; quam tamen plenius procul dubio  
 explicasset, si Cl. Tenzelii eruditam Dissertationem de Ritu Le-  
 ctionum sacrarum in consilium adhibuisse. Cap. IV concio-  
 445 sqq. nes veterum delineat, unde, cum singula inde recensere nimis  
 prolixum foret, imo & minus necessarium, aliqua saltem ex-  
 458 sq. cerperemus. De eo, quod Sozomenus narrat, in Ecclesia Roma-  
 na suo tempore nullas conciones habitas esse, hanc conjecturam  
 profert, quod, cum ex Justini Martyris Apologia II p. 98 pa-  
 teat, ipsius ~~etate~~ Ecclesiæ verba ad populum Chri-  
 stianum Romæ fecisse, postea forsitan celebriorum Patrum homi-  
 liae lectæ saltem fuerint; quemadmodum & in aliis Ecclesiis  
 lectæ illæ sint; usque dum Leo antiquani concionandi rationem  
 477 sqq. revocaverit. Legi quoque merentur, quæ de præstantiorum  
 Patrum homiliis judicat; nec non, quæ de virtutibus orato-  
 501 sqq. riæ illorum commemorat. A Ferrario aliisque dissentit, qui  
 513. statuunt, per horam conciones veterum durasse. Observat enim,  
 multos Sermones in Augustini Tomo extare, quos octo minutis,  
 imo dimidio fere temporis spatio recitare aliquis possit. Ejus  
 generis quoque multas Leonis, Chrysologi, Maximi, Cæsarii  
 Arelatensis, aliorumque Latinorum Patrum homilias hodie oc-  
 currere. Nonnullas quidem Augustini, & plerasque Chrysostomi,  
 Nazianzeni, Nysseni & Basili longiores esse; vix tamen  
 aliquam illarum per horam, & multas ne per dimidiā quidem  
 514. horam durare potuisse. Cumque sèpius duo vel tres sermones  
 in una congregatione habitæ fuerint, absurdum esse statuere,  
 quod unicuique illorum horæ spatiū insūmptum sit, cum ultra  
 duas horas Christiani minus congregati fuerint. Cap. V de  
 543 sqq. precibus pro Catechumenis, Energumenis, Competentibus vel  
 Candidatis Baptismi, & Penitentibus commentatur. Lib. XV  
 557. Missam Fidelium pertractatur, Cap. I preces oblationibus præ-  
 missas, & Cap. II ipsas oblationes, & elementa Eucharistica, inde  
 592 sqq. sumta, considerat. Cap. III preces, quibus consecratio elemen-  
 torum peracta, ex Constitutionibus Apostolicis repræsentat, illas-  
 que

que ea ex parte cum aliis antiquis Ecclesiæ monumentis diligenter & erudite comparat. Inter alia multis ibi probat, quod p. 671 sqq. veteres Christiani pro mortuis oraverint. Et in rationes ejus consuetudinis inquirens, primo quidem ostendit, non propter purgatorium aliquod illam obtinuisse; siquidem pro omnibus Sanctis, Martyribus, Patriarchis, Prophetis, Apostolis, & ipsa B. Virgine Maria oraverint. Deinde rationes partim generales, partim speciales ejusdem consuetudinis affert. Inter generales prima est, quod statuerint, mortuos Sanctos abire in locum felicitatis atque quietis, atque adeo Deum rogaverint, velit illos ad se ipsum recipere, & a condemnatione liberare. Secunda, quod Sanctos mortuos ex miseriis hujus vitæ ereptos, viderint, atque adeo gratias Deo pro beneficio illo agere voluerint. Nam preces illas fuisse eucharisticas, probat. Tertia, quod recte arbitrati sint, omnes homines mori cum reliquiis non nullis fragilitatis atque corruptionis, & hinc precati sint, velit Deus juxta benignam misericordiam suam, non autem severiorem justitiam cum illis agere. Quarta, quod discrimen ostendere voluerint inter perfectionem Christi, & imperfectionem omnium aliorum hominum; cum Christus solus sit fuerit, pro quo in Ecclesia non oraverint. Quinta, quod testimonium dare voluerint reverentiae suæ & amoris erga mortuos, & fidei de immortalitate animarum. Sexta denique, quod optaverint, ut mortui, quos in imperfecto felicitatis statu usque ad resurrectionem permanere agnoverint, consummatam tandem beatitudinem attingerent. Quantum ad speciales rationes precum pro defunctis, non est, quod illis immorenur, cum jam aliis, Dalmæo præsertim L. V de Pœn. & Satisf. hum. c. 3-7, indicatae sint; licet nullam Noster ejus mentionem fecerit. Cap. IV de personis, quibus Eucharistia uti licuerit, & modo illa utendi dispergit, eaque occasione missam privatam & solitariam veteribus fuisse ignotam, contra Pontificios, Bellarminum præsertim & Bonam, monstrat. Disquirit etiam, quo sensu Concilium Neocæsar. can. 7, & Laodicenum can. 1, & Basilius can. 4 homines propter digamiam vel secundum matrimonium per unum vel duos annos sacramento exclusos voluerint. Et, aliorum ea de re

p. 766.

re sententiis productis, opinatur, Canonibus illis nihil amplius quam matrimonium, post divorcium illegitimum, improbatum esse. Et hoc quidem eo magis, quod ex argumentis Tertulliani lib. de Monogamia pateat, Catholicos omnibus praeter Clericos, immo multos etiam ipsis Clericis secundum matrimonium concessisse. Si vero Canones illi aliquid ultra statutum velint, illos tanquam privatas regulas considerandos esse, quae contra receptam Catholicæ Ecclesiæ consuetudinem nihil prescribere valeant. Cap. V varias questiones, ad modum comunicandi spectantes, resolvens, ostendit, 1) quod Laici olim sub utraque semper specie sacra coena usi sint: 2) quod sacra elementa distincte, non vero panem vino intinctum acceperint: 3) quod aliquando stantes, aliquando genua flectentes, numeri quam vero sedentes communicaverint: 4) quod hostia ad cultum non antea elevata sit, quam transubstantiationis dogma ortum fuerit: 5) quod hostia ante seculum duodecimum vel decimum tertium non fuerit adorata: 6) quod populo licuerit, sacra synibola propriis manibus recipere, & 7) quod ea ex parte inter viros, feminas & infantes nullum discriminem fuerit; nisi quod sub fine sexti regula facta sit, qua mulieribus injunctum, non nuda manu, sed linteamine eucharistiam accipere. Cap. VI ritus post communionem solennes ob oculos posuit, & Cap. VII, quid de reliquiis Eucharistia factum sit, enumerat, nec non de Agapis commentatur. Cumque eruditii disputare soleant, an Agapæ Apostolorum tempore ante vel post Eucharistiam celebrata sint, Noster probabile esse putat, quod tum quidem modo ante, modo post illam instituta fuerint. Sequentibus autem seculis Christianos jejunos ut plurimum, & annis te agapas, sacra coena usos esse, ostendit. Cap. VIII præparationem, ad dignum sacræ eucharistia usum olim requisitam, describit. Et Cap. IX denique de frequenti antiquæ Ecclesiæ communione, & temporibus, quibus celebrata illa fuerit, disserens, docet, tribus prioribus seculis omnes Christianos, penitentibus modo, qui sub disciplina fuerint, exceptis, obligatos fuisse, singulis diebus Dominicis communicare. In multis præteritis Ecclesiis illos aliis quoque diebus, anniversariis præsertim mar-

martyrum memoris, quinquaginta diebus inter Paschatos & Pentecostes festum, omnibusque stationum diebus, imo & ali-  
cubi quotidie eucharistiam sumfisse. Cum vero Laici rarius ad illam accedere cœperint, circa A. 506 in Concilio Agatheno can.  
18, & circa A. 813 in Concilio Turonensi can. 50 sancitum esse,  
ut tribus majoribus festis ad minimum illa uterentur. Clerum  
interea & Laicos quosdam, alios pietate præcellentes, nondum  
desisiisse, frequentius ad sacram synaxin venire, & tum tempo-  
ris quoque singulis in anno diebus sacramenta administrata esse;  
quemadmodum ex Rabano de Propriet. Serm. L. I c. 10 & Ber-  
tramo de Corp. & Sang. Dom. in Præf. pateat. Imo Concilium  
Aquisgranense revocasse canonem secundum Concilii Antio-  
cheni, jubentem, ut omnes, qui in Ecclesia Scripturam audi-  
entes non simul Eucharistiam accipiant, Ecclesia excludantur,  
usque dum pœnitentiam egerint. Sed postea moribus Chri-  
stianorum in deteriora vergentibus, Concilium Lateranen-  
se sub Innocentio III decrevisse, ut semel ad minimum in an-  
no, festo Paschatos, communicarent. Hanc pristinæ consuetu-  
dinis depravationem Missas mox solitarias atque privatas, quæ  
loco totius Ecclesiaz a Sacerdote peraguntur, infuscatas esse. Pi-  
os Reformatores allaborasse, abusus illos emendare, & in eo  
quidem felici successu, quod privatas Missas aboleverint; sed  
pristinam singulis diebus Dominicis communicandi consuetudini-  
nem renovare, rem admodum difficilem fuisse; partim ob op-  
niones præjudicatas, contraria consuetudine tam diu invalescen-  
te, altius hominum mentibus infixas, partim ob propensam erga  
vitia voluntatem, quæ non permiserit, ut tale quid in se susci-  
perent, quod animum semper sceleris purum postularet. Cal-  
vinum Genevæ adventantem multum operæ dedisse, ut com-  
munionem singulis mensibus vel hebdomatibus habendam stabi-  
liret, sed coactum esse, regulam præscribere, ut populus qua-  
tuor vicibus per annum communicaret. Interea instaurationem  
pristinæ consuetudinis, quæ primævæ Ecclesiaz gloria, & pie-  
tatis Christianæ infigne præsidium fuerit, rem dignam esse,  
quam omnes serio cogitarent, quibus Deus abusus in Ecclesia  
tollendi autoritatem concesserit. Sibi proximam ad illam viam  
videri

videri, si antiquæ Ecclesiæ disciplina revocetur. Ceterum eidem disciplinæ pertractandæ Cl. Binghamus Volumen VII Antiquitatum Ecclesiasticarum destinavit. Cui æque ac reliquis absolvendis vitam ipsi & vires apprecamur.

*ALBERTI ZUM FELDE, PROFESS. THEologi in Kilenſi Holsatorum Academia, Politica sacra,  
ſive de Imperio Dei ejusque juribus liber com-  
mentarius.*

Lubecæ, apud Petr. Bœckmannum, 1720, 8.  
Alph. I pl. I.

**Q**uem heic nobis exhibit Celeberrimus Autor libellum, Politicam sacram nominavit, non hanc ob causam, ac si regulas politicas sacris exemplis illustrare, vel ex rebus gestis in sacris literis commemoratis regulas voluerit efformare, arteisque adeo tradere regendi civitatem, quale quid factum est a Lamb. Danæo, Dannhauero, Menochio, Bossuetu; sed DEI imperium, & imperantis jura dilucide unaque serie exponere, ad ejusque cultum ac venerationem omnes permovere voluit. Occasionem operis ipsi dederunt profanæ sententiaz in scriptis quorundam moralibus & politicis; licentia imprimis in JCTorum scholis, ut omnia sollicitentur, hominibus omnia tribuantur, parum aut nihil Deo, divinitus patefacta veritas ludus sit jocusque hominum, Ecclesia pro re nauci habeatur, & innocentissimæ actiones vel sententiaz in opprobrium adducantur. Quibus non alia ratione melius obviari iri posse censuit Author, quam ut regni divini Majestatem ac jura hominibus illis oculos poneret, Deumque vere imperare, vere sancire leges, vereque judicare & punire ostenderet, & jus Dei in homines, in conscientiam, in Ecclesiam, & quicquid est reservatorum Majestatis divinæ, dilucide explicaret. Exin enatae sunt ipsi illæ meditationes, quas publicis primum prelectionibus docuit, inox & partem earum publicis Disputationibus defendit, nunc vero junctim edidit, ita adornatas, ut per sectiones, capita & paragraphos opus distingueret, quibus subinde annotationes sub-

subjiciuntur luculentæ, res propositæ ulterius confirmantes, illustrantes aut vindicantes.

Sectione igitur prima, postquam Autor imperium Dei ex Sect. I. c. I.

1 Chron. XXIX, 11, 12, Jud. v. 2, 1 Tim VI, 15, Jes. XXXIII. p. 1. 2.

28 afferuit, in fundamenta ejus inquirit, eaque ex perfectionibus divinis quidem, quoad facultatem imperandi, quoad actuale vero imperium, namque hæc duo sollicite distinguenda esse docet, ex ipsa creatione, aliisque, etiam spiritualibus & futuri seculi beneficiis, derivat. Scilicet in imperiis quoque humanis fundamenta obligationis subjectorum erga imperantes aliunde nisi ex beneficiis vel præstandis vel præstatis deduci posse negat, quæ si cessent, sublatam fore vel immutatam obligationem subjectorum. Rejicit ergo Hobbesium, correctis simul sententiis Amyraldi in solis Dei perfectionibus subsistentem, cuius doctrinæ natales in controversiis Arminianis erudite ostenduntur; & Arminium, qui triplex jus Deo ex creatione, ex pacto, & ex'pecato tribuit. Imperium illud non metaphoricum sed proprium dictum jam porro contra Thomasium & Hobbesium ostenditur, quorum tamen hic regnum, quod Deus in res ratione carentes habet, metaphoricum esse dicit, id quod Noster dominium potius appellat, utrumque autem, dominium in res ratione carentes, & imperium in angelos & homines, conceptui cuidam generali subordinat, quem Hebrei voce לְשָׁמֶן exprimunt, quæ vim & efficaciam divinæ voluntatis oīnnia dirigentis & moderantis significat. Ex isto Dei dominio derivat dominium humanum, non directum sed utile tantum, divinitus Adamo concessum, quo terram tanquam colonus possedit, & usumfructum cepit: dominium itidem in bruta, refutatis solide, qui illud consequens aut partem secundariam imaginis divinæ habent, Theologis: porro ius libere dispensandi facultates, quorsum & questio de vasibus Egyptiorum pertinet, σαρποφαγίαν, aliaque passum. Ita vero illimitatum haud esse docetur imperium divinum, quod definitur esse gubernatio hominum per voluntatem superioris, quæ per leges nota redditur, ut ad earum dictum in civitate populus vitam instituat & aut præmia obtineat, aut penas exempli causa perpetiatur. Hinc in quavis civitate, etiam divina,

4 sqq.

5. 6.

10.

14.

16.

18. 19.

- na, non quæri, quoisque se extendat potentia imperantis, quidque præter leges facere possit, quod plenitudinem potestatis dicunt politici, variæ nequitæ ac tyrannidis sæpe tegumentum: sed quibus legibus singula dirigantur. Unde & profligari absolute decretum, quod quidam ad hujusmodi plenitudinem quandam referunt, luculenter ab Autore confutati. Liberum p. 20 sqq.  
 24. 25. 26. tamen esse in multis naturæ, gratiæ, providentiaz rebus, eoque diversam V. & N. T. dispensationem pertinere, ubi simul lux affunditur capiti IX Ep. ad Rom. quæ tamen libertas non excludat directionem sapientiaz, justitiaz, bonitatis. Ubi facienda fuit divisio, loco vulgaris, qua in regnum potentiaz, gratiæ & gloriæ dispescitur, maluit Autor bimembrem, atque in universale & particulare seu speciale imperium divinum distinxit.
30. Priori sublunt angeli & homines in universum utrinque omnes non obstante, quod ex parte hominis, vel confessum ab initio suæ creationis, vel paulo post, accesserit pactum, operum ante lapsum, gratiæ post lapsum, qua occasione cum methodus fœderalis defenditur, tum ipsum hoc pactum fusius ex Hof. VI, 7 adstruitur, Hobbesiusque, ab Abrahami demum tempore, si fœdus ante lapsum excipias, regnum Dei per pæcta incipere, contendens, refellitur; subiunctis quibusdam de fœdere æternō Christi cum Patre, quod contra Neumannum & Reuterum Noster defendit. Quum vero regnum Dei cum pacto coniunctum sit, apparet, non arcanam Dei voluntatem, sed fœderiæ tabulas investigandas esse, maleque hic fieri oppositionera. Posteriori Regno, h. e. speciali seu particulari subest Ecclesia, cuius administrationem speciali jure Christo sponsori nostro jam inde ab orbe condito competere, ex Luc. XXII, 29, Pet. III, 18, Jud. v. 19 probat, quæ clarius enituit in Abrahami familia & univerfa Theocracia populi Judaici, ab ipso Christo identidem administrata, donec postea speciali jure a Θεονθρόπῳ per ascensum in cœlos occupatum est regnum illud, quod quare cœlorum regnum dicatur, ostendit Autor, simulque Hobbesii & Socinianorum errores profligat, ejusque regni indolem spiritualem, magnificentiam, modum administrationis, scopum, æternam durationem, ingentemque a re gno

gno Pontificis fictitio distantiam ostendit. Cap. II de Subjectis p. 78. C. II.  
 imperii divini agitur, qui sunt tam angeli quam homines &  
 stricta quidem vocis notione pii, qui ex animo Deo obtemperant,  
 non tamen exclusis impiis, qui cives esse simulant, licet non  
 pie vivant. Neque magis Atheos exemptos esse contra Hobbesi-  
 um docetur, quam ab imperio civili liberantur, qui Principes  
 suum in vivis amplius haud esse falso credunt, quod & de totis  
 Atheorum gentibus, si tales ex mente Basili darentur, valet.  
 Hæretici quoque, quicquid etiam tradant, Dei sunt subditi,  
 cum error ac pertinacia in defendendo errore jus Dei tollere ne-  
 queant: non sunt autem veri divini regni cives, cum non sint  
 omnium privilegiorum participes. Quemadmodum vero per  
 nativitatem in regnum naturale, ita per baptismum, cuius virtus  
 contra Reformatos adstruitur, quasi per naturalisationem  
 quandam in ecclesiam cives Dei recipiuntur, nominibus eorum  
 albo inscriptis, quod liber vita dicitur. Privilegia eorum sunt vel  
 generalia, illaque cum hujus, tam futuri vita, vel particularia,  
 quæ pro ratione oeconomicarum variant, utraque ex pacto gra-  
 tia deducenda & S. Literis consignata. Amittuntur autem ea, si  
 quis recidat a fide & pietate & relabatur ad statum peccati, quod  
*anomos* vocat Autor, quam fieri posse contra Reformatos  
 ostenditur, ventilata simul questione: an nudus error intelle-  
 ctus quenquam e civitate Dei ejicere possit? Iater hostes pri-  
 mus est Satanæ, cuius regnum ejusque successiva per mortem Do-  
 mini destrucción explicatur. Socii se ipsi adjungunt impii, quib-  
 us tamen, æque ac duci ipsorum limites posuit Deus, qua oc-  
 casione de ligatione Satanæ 2 Petr. II, 4 & Apoc. XX differitar,  
 ubi posterioris loci sensum sese ignorare fatetur Autor, quoniam  
 fortissima ipsi sint argumenta, non posse res sub Constantino M.  
 gestas huc, nisi violenter, trahi. In pretensionibus regis Chai-  
 stii, de quibus c. III sermo est, excluso hinc & confutato regno  
 Chilastico, recensetur jus in gentem Judaicam, cuius aliquan-  
 do insignis expectanda convercio ex Hos. III, 4, El. XI, 11, Rom.  
 XI, 25 demonstratur, dilutis exceptionibus, cum qua conjunc-  
 tus est introitus plenitudinis gentium, & Anti-Christi plena de-  
 letio, ut adeo hac ratione orbis terrarum Christo subjiciendas,

Ded

ipfi-

80.

82.

83.

85.

36. 37.

91.

96.

98.

101.

112.

C. III.

113.

119.

- p. 136. ipse regnum ineundum sit soli Apoc. XIX, 26, cum ante opus possum ipse fuisset regnum bestiarum & cum Anti-Christo divisum habuisset imperium. Succedunt nuptiae agni, de desponsatione Ecclesiae cum Christo in his terris interpretandae. Coniunctus est novus Ecclesiae status laetus felixque, in quo Ecclesia tanquam nova Hierosolyma mirum in modum erit exornata, ut in ejus lumine gentes ambulent. Quia omnia tamen non ita intelligi vult Autor, ac si omnes aliquando Iudei conversi, nullique impii, haeretici, ac hypocritae reliqui esse debeant. Neque perpetuum fore hunc Ecclesiae statum affirmat, cum ultima etas diebus Nostra futura sit similis, donec tandem introductio Ecclesiae in plenam gloriam subsequatur.
- Cap. I.
140. 141. Sectione secunda de legibus divinis agit Autor, premissis que nonnullis de potestate Dei legislatoria, hominisque antiquis implendi regem viribus, variam vocis notionem evolvit, leges que divinas vere tales ac proprie dictas, non mera consilia esse, contra Hobbesium, Spinosam ac Thomasium ostendit, expositis simul turpibus ejus sententiis consecutionibus. Ex lege oritur obligatio, quia, quid proprius sit, quaque ratione ea, quae est legis, ab ea, quae est Evangelii, differat, utraque autem libertatem homini suam relinquit, docetur. Refertur huc etiam convictione de necessitate obedientiae legibus divinis praestanda, ex consideratione summae illarum sanctitatis, justitiae sapientiae, demonstratione morali profluens. Fundamentum legum divinarum dicitur esse moralitas rerum objectiva, ubi controversias Pufendorffianas de verbis potius, quam de re ipsa fuisse, existimat Noster, distincta a moralitate relativa actionum, quae legem sequitur, legum vero positivarum est in sapientia imprudentis Dei, qui omnia ad salutem aut convictionem hominum dirigit. Inter proprietates legum illarum refertur ab Autore possibilis, non quidem ad hominem corruptum & sua culpa viribus destitutum referenda, sed ex prima rerum indole & institutione judicanda: & promulgatio, cuius species quoque est inscriptio in animalium. Notitia legis inde sequitur, quae vel literalis vel spiritualis est, neque tamen, ut quis culpam habeat, perfecta semper requiritur. Interpretatio earum legum neque penes Pon-
- ibid.
- 139.
- 143.
- 145.
- 156.
- 158.
- 167.
- 168.
- 174.
- 176.
- 183.
- 186.

Pontificem neque penes imperantes, quod Hobbesius contendit, esse ostenditur, quemadmodum & jus circa illas leges, positivas scilicet dispensandi easdemque abrogandi, foli Deo competit, cuius abolitionis insigne exemplum est lex Mosaica, quæ vero dispensationum exempla ut plurimum afferuntur, in satisfactione Christi, polygamia, conjugio primorum fratrum & sororum, divorcio, matrimonio cum fratribus vidua, ea non videntur doctissimo Autori ita comparata, ut necessarium sit statuere Deum homines quosdam a legum suarum obedientia per dispensationem liberasse; existimat igitur, eam in legibus civilibus locum habere propter hominum imbecillitatem: solum autem Deum, a quo & ~~προσωποληψίᾳ~~ remota sit, tales leges unice rogare posse, quibus omnes gentes tot seculis adeo dirigantur, ut nullus non prævisus casus dispensandi necessitatem ipsi imponere potuerit.

Jam de divinarum legum partibus & divisione agitur. Constant illæ mandato & sanctione, quæ vel promissoria vel pœnalis, utraque autem conditionata est. Duæ in-de sequuntur conclusiones, una ex sanctionibus in genere, quod scilicet leges præstari possint, altera ex pœnalibus speciatim, quod nulla detur fatalis necessitas. Leges in obligantes Noster dividit & permettent, has vero quum viri quidam docti admittere noluerint, de voice potius quam de re ipsa disceptari judicat. Lex obligans vel præcipit quicquam vel prohibet, unde tamen novam legis divisionem in affirmantem & negantem sine ullo fructu extundi ait. Rebus in morales & positivas dispescuntur, quarum illæ in naturales & revelatas iterum abeunt. Positivas universales dari præter illas tres de arbore Paradisiaca, de esu animantium cum sanguine, & de pœna in homicidas ita dubitat, ut in partem negantem sit prior. Post alias quasdam legum divisiones in perpetuas & temporarias, in morales, cærimoniales & forenses, affert, & questionem, an omnes leges Mosaicæ dicendæ sint Politicæ? contra Thomasum negat, inonitis simul nonnullis adversus Spencerum. Hinc ad ea quæ Christus nos docuit, fit transitus, quem & legislatorem dici posse, ac propter Judæos eosque qui consilia eum tantum tradidisse docent, debere ostenditur; &

Ddd 2

quo

p. 194.

204.

205.

Cap. II.

208.

214.

218.

219.

227.

241. 242.

246.

p. 255.

265.

120.

quo sensa novas legislator dici aut non dici debeat, explicatur, ostendo simul magno inter rigorem legis Mosaicæ & ~~et~~ ex*ex*-legiū Christi differenciam, qua occasione vocis hujus genuinus usus docetur. Ultimo loco distinctio Pontificis in leges scriptas & non scriptas exploditur, magnumque discrimen inter leges divinas & ordinaciones humanas, Ecclesiæque ab his libertas demonstratur.

Sectio III Cap. I de potestate DEI judicaria, c. 2 de peccatis divinis. Sect. tandem IV de juribus reliquis majestatis divinae, qualia sunt ius vita & necis, belli & pacis, constituendi magistratus, mittendi legatos, indicendi tributa, imperandi conscientiis, jusque Dei in Ecclesiam, eadem ratione agit Vir doctissimus, quæ autem, prolixitatem veriti, recensere distinctius non possumus. Neque, ut speramus, opus erit, cum ex hac tenus dictis facile appareat, quam viam Vir celeberrimus in hoc opere iniverit. Legentibus autem facile patebit, neque doctrinam neque ingeatum candorem cum veritatis studio conjunctum Autori defuisse, quemadmodum & multa inspersa passim inveniuntur, quæ digna notatu videri merito queant. Dabimus coronidis loco unum atque alterum exemplum. Ita p. 81 not. a. observat, occasione eorum qui instituta cum gentibus collatione Christianos priores illis esse dicunt, eos vitam impiorum contendere magnam partem non cum vita sed cum doctrina Philosophorum, atque ea afferre, quæ unus alterque docuit, non ut vixit. Evidenter legibus externis multa passim constituta & in usum translata esse, quæ nostrorum mores damnant, sed etiam per Christianam religionem multa emendata esse, quæ olim pro vitiis habita non fuerint. Verba Luc. XXI, 20 seq. de judicio extremo agere prolixe negatur. Locum Petri Ep. I c. III, 18 ita effert p. 42, Christianum fuisse, qui tempore Noe salutis viam monstraverit his, qui nunc in custodia sunt propter incredulitatem. P. 53, 54 ostenditur, ea loca, quæ pro novi cœdi novaque terræ creatione allegantur, talia non esse, quæ persuadent. Ista specimenis loco sufficient. Indice loco brevem conspectum totius operis Autor subjunxit.

E LI-

*E LITERIS CHRISTFRIDI WÆCHTLERI, occasione opusculi Illustris Domini van BYN KERSHOECK de Cultu religionis peregrinae apud Veteres Romanos.*

Conf. Act. Erud. A. 1720 Mens. Octobr. p. 474.

**J**Usto prolixior fueram nuper, nunc vela contraham. Cum loco Gellii Lib. 6 c. 12 comparari meretur locus alter Lib. 15, 27, *Calatis comitiis & sacrorum detestatio & testamenta fieri solebant*. Polybius Lib. 6, 54 dicit, apud Romanos οὐέχεν τὰ αὐτῶν πρόγυματα, quod apud reliquos mortales esset ὀνειδίζουσον, probosum. λέγω δὲ τὴν δεσμοδεμνωσίαν. Si ex solis sapientibus confitni posset *Respublica*, tosum hoc schema non esset necessarium. Num robat, τοῖς αἰδήλοις Φόβοις καὶ τῇ τοιότητῃ τραχείᾳ τοῦ πλάτην ουνέχεν. Taceo quæ sequuntur. Laetantio loquenti de Jctis Ethniciis 5, 11, opponam Arnobium Lib. 2 p. 44, tam magnis ingeniosis pradictis *Conjuncti Juris magisteria bac expetitione Christiana*. Mores Ægyptiorum describit Juvenalis Sat. 15 sub Domitione; *mimina vicinorum Odit usque locus*. Si Ægyptii oderant Gentiles alios, studio simulandi Hebreos factum est. Nam & Plato imitabatur leges Judæorum, judicio Josephi, contra Appionem II. Roma moderna Illustri Viro in oculis fuisse hic videtur, ubi de moribus Christianorum agit. Nam veteres Romani facile, inquit, patiebantur, ut quisque saluti sue consuleret. Arnobius p. 66 & 97, *Vos, Gentiles, vestrarum animarum saharem in ipsis vobis reponitis*. Et p. 90, *nobis peregrinos ritus objicitis*. Primi Romani averabantur bacchantium saera, θρων ἐνθεῶς η πόλις ἔχει πρὸς τὰ σὰν ἐπιχώρια ἔθη περὶ θῶν. Dion. Halic. Lib. 2. Postea demum urbe hæc per barbaros multa instituta vetera dedidicit. Idem Lib. 1. Ad textum Marciani L. 1 D. de Collig. vedit Cujacius, de religione pagana sermonem esse L. 20 C. Theod. de pag. sacrif. Jac. Gothofredus similiter, sacra illa fuisse peregrina. Postumium Cas. serio sensisse, quæ diceret, Livius comprobat 4, 30, recitans decretum Ædilibus datum A. U. C. 327, diu ante Postumium A. U. C. 567. Et Piso atque Gabinius Coss. A. U. C. 695 ante Christum LIIX

expellebant curia deos quosdam, apud Tertull. *Ap.* 6. Aliud SCtum circa annum 537 memorat *Liv.* 25, 1. Festum laudasset Noster: *Sacra peregrina, que aut evocatis diis Romanam sunt collata -- que coluntur eorum more, a quibus sunt accepta.* Augustinus tamen, *contra Faustum Lib.* 12, 13.: *Omnes gentes a Romanis subjugata in ritum Romanorum sacrorum transferunt, eaque suscepserunt.* Arnobius iterum *L. II p. 122:* *Cincius numina peregrina &c.* Scholiales Juvenalis *Sat.* II, 3 provocans ad Senatum, utique de temporibus dudum elapsis accipiens. Sic *Sat. VI, 336* respicit ad initia Romanorum: *ecquis tunc hominum contemptor numinis?* Excessus bacchantium abolet Postumius, non tota sacra Bacchi. Plutarchus *de amore divit.* f. 527 comparat simplicitatem pristinorum cum suo seculo: *At nunc ea negliguntur & obsoleta sunt, crescente luxu.* Pausanias de ætate Neronis *Lib. II, 37:* *que circa paludem hanc quotannis Libero Patri nocturne sacrifunt, & οὐτοι ἐσ ἀπαρτας η μοι γεάψει.* Coss. nostri creati erant extremo anni superioris, circa Nonas Martias, *Liv. c. 6.* Cœlius ad Ciceronem 8 *epist. 141.* SCtum autem hoc factum deum Non. Octobr. Illius parte I fœderati, septem millia virorum ac mulierum in omne facinus. Diruenda erant hæc, extra quam si qua ibi vetusta ara aut signum consecratum esset, c. 18, si quis scil. tale factum solenne & necessarium duceret, nec sine religione & piaculo sibi omittendum. Subibat animum timor, ne, cum poena scelerum, divini juris aliquid, quod immisum esset, riderent, c. 16. Factum est SC. in æde Bellonæ, quem ritum fragmento Ciceronis probat Gellius 14, 7. Sic in utroque SC. *Lib. 8 famili. 141* prid. Cal. Octobr. in æde Apollinis. Non definio, ecquid veri sit in verbis matris ad filium nondum 20 annorum, Æbutium: *decem dicrum castimonia opus esse.* Euripides sane: *O felix, quicunque beatus, sacra Deorum sciens, purificat vitam, & consecrat animam sacris purgationibus, in montibus bacchans.* *Baccb.* f. 174. Vetusta sunt hæc initia. Varro tamen in fragmento apud Augustinum *de C. D.* 4, 31, veteres Hebreos Deum sine simulacro coluisse. Sed & primi Romani annis CLXX ὁ γελμως ὁ δέν, ἔτε πλασὸν ἔτε μην χρεπτὸν in templis non habebant. Clemens Alexandr. *Stromat.* 1 f. 223, ex eoque

eoque Eusebius *parap. Evang.* 9, 3. Plato vero in *Phædone*, qui τὰς τελετὰς nobis constituerunt, docebant, eum qui ἀμύντος καὶ ἀτέλεσος εἰς ἄδειαν φίλητου, non initiatus nec expiatus ad inferos descendere, luto obhafurum, nec cum diis habitatum. Statim de Baccho: *Iudicant, multis tibi figeros, paucos effcernere Bacchos.* Hī vero non alii, quam qui recte phtlosophantur. Diodorus Siculus 3, 65 f. 198, hunc Semeles filium παταρεῖσαν καὶ τὰ περὶ τὰς τελετὰς καὶ μεταβολαὶ τῶν μυστηρίων τοῖς ἐνσεβέσι. Et 4, 3 f. 211: τὸς ἀδικεῖς καὶ ἀσεβεῖς κολαζεῖν. Quæ nimium extendit Nic. Gurtlerus *Orig. mund.* I, 16 p. 188 seqq. Saltem de turpioribus sacris Liberi Patris, de quibus Augustinus *Lib.* 7, 21 de C. D. ex Varrone, nullum apud Livium hic vestigium. *Parte tertia SCti Bacchæ sunt matrona & sacrificula*, c. 13. Tacito *infanentes Bacchæ*, *Annal. XI*, 31. Bis & amplius ADIESE, i. e. adiisse. ADESENT autem de Senatoribus, qui adessent in concilio Senatus. De scemniis mentio hic minis erat necessaria. *Parte quarta* prohibetur, tum ne quis magister horum sacrorum esset, tum ne quis fieri posset: paucis tamen privatis suo modo permittebantur ea absque rectore. Turbam putabant facile dissipari. Quæ sequuntur, ita lego: *sacra inde vota, vel, sacra itaque vota ne quisquam fecisse veller,* & neve in publico neve privato, (intra Urbem scil.) neve extra Urbem, Athenienses extra Urbem Baccho sacra instituerant. Virgiliius Georg. 2: *Baccho caper-præmiaque ingentes pagos & compita circum.* Prolixe Thucydides *Lib. II.* Virgilius iterum: *Nes non Ausonii — & te Bacche vocant per carmina latæ.* Addo Franc. Luisin, *Parerg. L. i. c. 15, Venet. 1551.* SC. nostrum Patres censuere factum pridie *Id. Quintil.* parte *Sexta*: quod pugnat cum eo quod supra dicebatur, *Non. Octobr.* Mallem etiam censuere, homines plus quinque universi. Non semel idem hic bis dicitur: in re enim momenti tanti nil videbatur nimium. Ultima verba partis *Octave*, in agro *Teurano* vel *Turano*, non capiam de loco determinato, in quo potissimum convenissent bacchantes. Sic enim decem diebus ad eum diruendum non erat opus. Diffusa hujus mali labes per totam Urbem, & extra Urbem, per omnia fora, circos, & conciliabula. *Liv. c. 14, 16, 18.* Ad Tiberim

rim decurrebant matronæ baccharum habitu, c. 13. Cis Tiberim etiam & per Urbem vigiliz. Imo Cos. Postumius tota jam pridem Italia, & nunc per Urbem etiam *multis locis* ait esse bacchanalia: ululatus nocturnos tota Urbe personare. *Luctus Senectus* nominat c. 12. Sed negotium datum Coss. ut decem diebus omnia bacchanalia, Romæ primum, ad Tiberim & cis Tiberim, in sua quisque *regione*, deinde per totam Italiam diruebant. Et Prætores putabant, XXX diebus has quæstiones demum posse perfici. Purgata Roma, egressus Consul circa fora: deinde utrumque litus Italiz peragraverat, c. 22. Executus est etiam reliquias in Tarento, c. 41. Residua quædam semina sequente anno in Apulia a L. Duronio prætore deleta, 40, 19. In agro Romano paulo rectius legerem ergo. Pertinet huc combustio septem librorum Græcorum de disciplina sapientiæ, repertorum paulo post in arca lapidea sub Janiculo, facta iussu Sebastus in conspectu populi, odio peregrinorum sacrorum. Liv. 40, 29. Credebat esse libros Pythagoricos Numiz, auditoris Pythagoræ. Certe fuisse Pythagoreum affirmat Clemens Alexandrinus L. 1 Serom. f. 223. Petilius Prætor lectis rerum funamis rebatur pleraque disolvendarum religionum esse. Finge huic incidisse in tetractyn, & juramentum per quaternarium numerum, ac legisse, deos Pythagoræ esse ex numeris. Utique haec peregrina Romanis. Sed ecce mente in illius ex Luciano, Vbi. sat. auct. Quærit ex Mercatore, quomodo numeras? Ille: unum, duo, tria, quatuor. Pythagoras, vides decem esse: perfectum trigonum, & nostrum jurandum. Cognoscet etiam, ipsum Deum numerum esse, & harmoniam. Alibi Lucianus, in Philopatr. Triphon, quænam tibi jurabo? Critias, Deum alte regnante—unum ex tribus, & ex uno tria, Ζῆνας τὸ δὲ ίῆρας θεός. Triphon: numerare me doces, & jurandum est tibi arithmeticæ. Neque enim intelligo, quid dicas: unum tria, tria unum. μη τὰ τετράκτυν Φῆς τὴν Πύθαγόρεως; num quaternarium dicas Pythagoricum illum? Critias, σίγα τοι στρῆσ αἴξιος, ταῦτα, que silentio digna. Laonianus opinabatur, insipiente crematos hos libros cum censura publica: si enim derogarent religionibus, minuissent Romanam. Div. in fit. 1, 22. Hodie

die forte non cremarentur. Apud Chaldæos potuit audire Pythagoras, in Deo esse unum ex tribus, & tria ex uno: unum & tria, tria & unum. Putans igitur adhærendum esse his numeris numerantibus, progressus est ulterius ac dixit, unum & tria esse quatuor, & mysterium quæsivit trigoni, juravitque etiam per hunc quaternionum, ac Deum ipsum credidit esse quaternionem. Deinde ascendit ad numerum senarium, denarium. Ex Pythagora autem forte non didicetat Lucianus, *unum ex tribus, & ex uno tria esse Filium Patris, Spiritum ex Patre procedentem*, in *Philopatr.* Versatus enim inter Christianos autumnabat se clavem reperisse mysterii Pythagorici. Ab hac vero illius mente multum abiit Sextus Empiricus, *adv. Arithmet.* f. 331 *Edit. Lips.* Alterum Caput exhibet Constitutionem Diocletiani & Maximiani contra Manichæos. Capta fuit Alexandria Ægypti juxta Eusebium anno CCXCVIII, juxta Petavium CCXCVI. Jornandes de ea loquitur clarius libro *de succ. regn. quam de reb. Get.* Extat strictura V. C. Jo. Alb. Fabricii de Manichæis, *Bibl. Grac. Lib. 5 c. 1 p. 281.* Et ante illam notavimus quædam in Actis 1710 p. 77. Exprobrabat illis Augustinus, cur non parti priori nominis, *Manes*, addiderint unam literam, ut agnosceretur *manna*, sed duas syllabas parti posteriori? *contra Faustum Lib. 19 c. 22.* Ad textum: *Otia quidem maxima (maxime) hortari interdum homines modum excedere;* Manichæos autem nil minus quam otiosos, per modum prodigii velociter facinora sua commisisse, libros hæreticos passim vulgando ac disseminando, ut populos quietos perturbarent. *Manes*, jam heres viduæ Persicæ, otii tædio nil videtur fecisse. Noverat, sectam hanc pridem recoctam a Scythiano, & quatuor aut plures de illa libros scriptos, paratosque, qui a se ederentur, tantum. *Manes* ergo, Scythiani ac Terebinthi opes liberosque nactus, publice protulit, quæ pridem inventa. Cumque libros Christianorum etiam adeptus esset Hierosolymis, in ipso illo carcere suo fuit minime otiosus. Quin potius fuga per Mercellum arrepta, in Mesopotamia & toto tractu Syriae Romanique imperii tentavit *narrāgξα, dominari.* Epiphan. *Hæref. 66, 7.* Hinc turbæ populorum, quibus opponitur hæc Constitutio, post mortem

Eee

tem etiam turbatoris. Eusebius loquitur tantum de fabulis Graecorum: quarum aliquæ sunt utiles. Romanos præstantioris ingenii sprevisse illa figura, *prepar. Evang.* 2, 10. Veterum autem Christianorum suasiones ac piam simplicitatem sustentabant robur spiritus divini & adhuc sustentat. Pervelim hic didicisse, quæ orthodoxi affinxerint olim Manichæis. *Veteriores religiones* retinebo. Victor enim Schotti de Diocletiano, *c. 39*. Eodem vocabulo usus Arnobius, *Lib. Ip. 13*. Deinde: *H̄i enim* (abundat, qui) *noveellas* — *oppoñunt*, ut pro arbitrio suo *ceu pravam excludant*. Apud Eusebium *H̄ist. Eccles. Lib. 7 c. 24* in fine & *c. 25* non invenio, quod quaefieram. Locus Suidæ in *Néphæs* facile conciliatur cum altero in *Mávns*. Nam ibi ait, Cubricum appellari etiam Scythianum. Idem dixerat Cedrenus *c. 101*: ἔτος δὲ οὐ μηνὸς Μάνης, οὐ ταῦ Σκυθιαρὸς λεγόμενος. Scythianus vixisse putabatur Epiphanio §. 3 περὶ τῶν χρόνων τῶν Ἀποσόλων: quod si cum Caveo intelligas de seculo exeunte, supponas deinde, Terebinthum illius discipulum attigisse seculum tertium jam forte adultum, & viduam hujus emissæ sibi Cubricum adhuc septennem, eique jam maturæ ætatis ac eruditioñis reliquissæ post mortem tum libros, quos diximus, tum opes collectas, Cubricus medium seculi tertii potuit omnino superare. Persarum Rex, qui vivo cutem detraxisse dicitur, D. Herbeloto vocatur Baharam. Sub Sapore intrasse Persiam, ab ipsius autem nepote demum occisum. *Biblioth. Orient. f. 549*. Cujus supplicii annum certum nondum invenio. Alexander Lycopolita ignarus videtur rei totius fuisse, eamque Didymus Alexandrinus ne tetigit quidem. Eutychius autem patriarcha Alexandrinus, *Annal. Tom. Ip. 387* & Arabes apud Hottinger. *H̄istor. Orientis Lib. I c. 3* plane diversa de genere supplicii afferunt. Sed nec Scythianus primus sectæ conditor, ac incrustator potius dogmatum antiquiorum, quæ Eusebius recte dicebat jam diu fuisse sectata. *H̄ist. Eccles. 7, 31*. Ut intelligam, quæ sint Leges istæ Persarum, quas istebas appellat Constitutio, querenda est vox congrua *exercrandis* illorum *confuetudinibus*. Hæ enim hic sunt in pari vitudine. Sive ergo scribas, *insanas*, sive *insulsas* leges, non recessent

cedent ab execratione ista. In reliquis perplacet emendatio Vi-  
ri illustris. Pro *malevolis* poteram *malevoli*. Mox : *Et quia omnia.* Supra ergo similiter, *Quoniam igitur eos, de quibus.* Sic enim rotunde sequetur, *Ideo eorum.* Præfatur Diocletianus, priusquam ad sanctionem ipsam poenalem transeat, omissa genera maleficiorum, de quibus retulerat Proconsul, in judicio probata & convictos de illis reos esse, atque adeo ad sententiam recte descendit. Stante hac mente Imperatoris, sponte compingas verba ab imperito scriba lacerata. *Et quia omnia illa gen. malef. ad statuta (nostra scilicet) evidentissime exquisita, Εἰλο- rum (reorum) commenta (delicta) inventa (i. e. probata) sunt, ideo eorum mortes (pro manas) atque pœnas debitas Εἰ condignas illis statuimus.* De iussis & statutis Imperatoris loquuntur iterum verba ultima. Julius Firmicus dixit *commenta scelerata, de er- ror prof. relig. p. 12. Mortes*, i. e. varia mortis supplicia; sicut Isidoro mortuum diversi casus. *Orig. 5, 27.* Tacitus, *multas- que mortes jussu Messalina, Annal. XI, 28.* Vopiscus *Carino, c. 18, suorum mortibus absolutus.* Eusebius de Christianis, παρ- τοῖς θανάτοις ὑπέΦερον. *H. E. Lib. 8, 17.* Ad emendandum locum de metallis Forensibus nil potest afferri e Plinii *Libro 5, 32.* Nihil enim ibi de metallis: insula tamen una eademque illi Elaphonnesus & Proconnesus. Apud Athanasium autem Hosius de Arianis, *Eucyphium Sub diaconum curant in metallum mitti, atque in metallum non simpliciter, sed quod esset dirissimum, αὐλαὶ τὸ τῆς Φαινῶ, ubi etiam condemnatus homicida vix paucos dies posset vivere, ad Solitar. f. 658 Edīt. Commelin. Phæno, in Arabia, Lucæ Holstenio, ad Carol. a S. Paulo, de Patriarch. p. 197 Εἰ 204 Episcopus in Ephesino, ὁ Φαινός, p. 205. Locum hunc Athanasii cum attulisset Pithœus, rejiciaturque *Forensibus* ab ipso Samuele Petito, *Observ. 2, 10,* qui potuit scribere, *Pithœum non audio?* In fine textus nostri perinde fuerit, *talis bac nequitia, an, ma- lum hoc nequitia.* Julius Firmicus denuo, *quandiu hoc malum fuisset radicitus amputatum.* Denique, *obsecundato, an obsecun- dabit.* Ceterum an supposititum sit totum hoc, ceu creditit Sam. Basnagius *Tom. II Annal. f. 451*; nunc executendum. *Alium est, inquit, ea de lege silentium in Eusebio, Cyrillo, (Hierosoly- mi-**

tem etiam turbatoris. Eusebius loquitur tantum de fabulis Graecorum: quarum aliquæ sunt utiles. Romanos præstantioris ingenii sprevisse illa figura, *prepar. Evang.* 2, 10. Veterum autem Christianorum suasiones ac piam simplicitatem sustentabant robur spiritus divini & adhuc sustentat. Pervelim hic didicisse, quæ orthodoxi affinxerint olim Manichæis. *Veteriores religiones* retinebo. Victor enim Schotti de Diocletiano, *curredat castissime veterrimas religiones*, c. 39. Eodem vocabulo usus Arnobius, *Lib. Ip. 13*. Deinde: *Hic enim* (abundat, qui) *noveillas* — *oppoñunt*, ut pro arbitrio suo *ceu pravam excludant*. Apud Eusebium *Hist. Eccles. Lib. 7 c. 24* in fine & *c. 25* non invenio, quod quaefieram. Locus Suidæ in *Néphæs* facile conciliatur cum altero in *Mávns*. Nam ibi ait, Cubricum appellari etiam Scythianum. Idem dixerat Cedrenus *c. 101*: Ἐτος δὲ ὁ μεγικὸς Μάνης, ὁ τοῦ Σκυθιαρὸς λεγόμενος. Scythianus vixisse putabatur Epiphanio §. 3 περὶ τῶν χρόνων τῶν Ἀποσόλων: quod si cum Caveo intelligas de seculo exeunte, supponas deinde, Terebinthum illius discipulum attigisse seculum tertium jam forte adultum, & viduam hujus emissæ sibi Cubricum adhuc septennem, eique jam maturæ ætatis ac eruditioñis reliquise post mortem tum libros, quos diximus, tum opes collectas, Cubricus medium seculi tertii potuit omnino superare. Persarum Rex, qui vivo cutem detraxisse dicitur, D. Herbeloto vocatur Baharam. Sub Sapore intrasse Persiam, ab ipsius autem nepote demum occisum. *Biblioth. Orient. f. 549*. Cujus supplicii annum certum nondum invenio. Alexander Lycopolita ignarus videtur rei totius fuisse, eamque Didymus Alexandrinus ne tetigit quidem. Eutychius autem patriarcha Alexandrinus, *Annal. Tom. Ip. 387* & Arabes apud Hottinger. *Histor. Orientis Lib. I c. 3* plane diversa de genere supplicii afferunt. Sed nec Scythianus primus sectæ conditor, ac incrustator potius dogmatum antiquiorum, quæ Eusebius recte dicebat jam diu fuisse sectata. *Hist. Eccles. 7, 31*. Ut intelligam, quæ sint Leges istæ Persarum, quas istebus appellat Constitutio, querenda est vox congrua *exercrandis* illorum *confuetudinibus*. Hæ enim hic sunt in pari virtutero. Sive ergo scribas, *insanas*, sive *insulfas* leges, non recedent

cedent ab execratione ista. In reliquis per placet emendatio Vi-  
ri illuſtris. Pro malevolis poteram malevoli. Mox : *Et quia  
omnia.* Supra ergo similiter, *Quoniam igitur eos, de quibus.*  
Sic enim rotunde sequetur, *Ideo eorum.* Præfatur Diocletianus,  
priusquam ad sanctionem ipsam poenalem transeat, omnia ge-  
nera maleficiorum, de quibus retulerat Proconsul, in judicio  
probata & convictos de illis reos esse, atque adeo ad sententiam  
recte descendit. Stante hac mente Imperatoris, sponte compin-  
gas verba ab imperito scriba lacerata. *Et quia omnia illa gen.  
malef. ad statuta (nostra scilicet) evidentissime exquisita, Ει λο-  
ρυμ (reorum) commenta (delicta) inventa (i. e. probata) sunt,  
ideo eorum mortes (pro manas) atque penas debitas Ει condignas  
illis statuimus.* De iussis & statutis Imperatoris loquuntur iterum  
verba ultima. Julius Firmicus dixit *commenta scelerata, de er-  
ror prof. relig. p. 12. Mortes,* i. e. varia mortis supplicia; sicut  
Isidoro mortuum diversi casus. *Orig. 5, 27.* Tacitus, *multas.  
que mortes jussu Messalina, Annal. XI, 28.* Vopiscus *Carino, c.  
18.* suorum mortibus absolutus. Eusebius de Christianis, παρ-  
τοίς θανάτοις ὑπέΦερον. *H. E. Lib. 8, 17.* Ad emendandum lo-  
cum de metallis Forensibus nil potest afferri e Plinii *Libros, 32.*  
Nihil enim ibi de metallis : insula tamen una eademque illi Ela-  
phonnesus & Proconnesus. Apud Athanasium autem Hosius de  
Arianis, *Eutychium Subdiaconum curant in metalbum mitti, atque  
in metalbum non simpliciter, sed quod esset dirissimum, αλλ' εἰς τὸ  
τῆς Φαινῶ, ubi etiam condemnatus homicida vix paucos dies possit  
ut vere, ad Solitar. f. 658 Edit. Commelin. Phæno, in Arabia, Lucæ  
Holstenio, ad Carol. a S. Paulo, de Patriarch. p. 197 Ει 204 Epis-  
copus in Ephesino, ο Φαινετος, p. 205. Locum hunc Athanasii  
cum attulisset Pithœus, rejiciaturque Forensibus ab ipso Samu-  
ele Petito, *Observ. 2, 10,* qui potuit scribere, *Pithœum non audio?*  
In fine textus nostri perinde fuerit, *talis bac nequitia, an, ma-  
lum hoc nequitia.* Julius Firmicus denuo, *quamdiu hoc malum  
fuerit radicitus amputatum.* Denique, *obsecundato, an obsecun-  
dabit.* Ceterum an supposititum sit totum hoc, ceu creditit  
Sam. Basnagius *Tom. II Annal. f. 451,* nunc executiendum. *Alium  
est, inquit, ea de lege silentium in Eusebio, Cyrillo, (Hierosoly-  
mi-**

mitano) *Augustino*. Eusebius & Cyrilus non perscribunt vitam Manichæi, vel fata sectæ. Augustinus autem fuse tractat dogmata. Neque adeo ignorare potuit odium Diocletiani aliorumque Imp<sup>r</sup> Valentinianus enim I *Novell.* Tit.2 provocat ad omnes retro principes, paganos ipsos, quos inter Diocletianus noster primum habuit locum. Porro Augustinus in Dialogo de Actis cum Felice Manichæo *Libro I c. 12*: *Dixisti etiam, timere te leges Imp<sup>r</sup>.* — *Nunc vero cum publice clamaveris, cum codicibus tuis te paratum esse incendi, si aliquid malum in eis fuerit inventum.* Felix c. 14 *Si mibi attuleris scripturas Manschæi, quinque autores, quos tibi dixi, quicquid me interrogaveris, probo tibi.* — Augustinus: *Codices tui sub sigillo publico custodiuntur.* — *rolle codices tuos.* Felix: *Omnes scripturas, que mibi sublata sunt.* Ecce pœnäm incendii & quinque libros Manichæorum, quos inter thesaurus major & minor. Sic contra Donatistas enumerat Augustinus variorum Imp<sup>r</sup>. *Leges. Epist. 166.* Cui addo Jo. Garner. *ad Mar. Mercator. part. I. f. 427.* Pergit Basnagus: Diocletianus parcens tunc Christianis, Manichæos, Ethnicis magis affines, crudelibus pœnis non videtur subjecisse. Atqui Manichæi hic spectandi ceu turbatores populorum. Iterum: hoc ipso anno 287, 11 Id. April. fuit ille Byzantii, *L. 6 C. an servus.* ultimis ergo diebus Martii non fuit Alexandriæ. Imo vero data est Lex nostra anno post captam Alexandriam, victumque Achilleum, 297 vel 298, non 287. Pagius *ad Baron.* *ibid.* Atque tunc incidit æra illa qualiscunque boni seculi, de qua Eusebius *H. E. 8, 1.* Prisca enim & procuratores ac praefides libere profitebantur Christiana sacra, sed semihorium id non fuit diuturnum. Lactant. *de mort. perfec.* c. 15. Crebra etiam bella cum Persis Romanis tunc. Sed & Persarum Rex Cabades ipsos in finibus suis Manichæos trucidavit. Cedrenus *Jusino f. 299.* Hæresis enim hæc Persas etiam inquinaverat. Agathias *libro II.* Finis: *Itaque Imperatori Christiano tribuendum videtur, respiciens forte ad L. 12. pr. C. de heret.* Illa autem similiter est sine die & Cos. Jussit Justininus Imp. Manichæos capite plecti, τοισθντας αταξιαν, supplet. Cedrenus. Diocletianus vero præterea ipsa curabat per se sacra, eique Zofimus ογχυσειαν περι

τὸ θεῖον eminenter applicat, *Lib. 2 c. 10*, qualem Plutarchus flaminis. Justinus ceu Christianus nervum religionis nostræ non poneret in consilio virorum qualiumcunque. Valentinianus I certe & Leo Magnus aliter loquuntur. *Tom. I. Opp. f. 215.* *Quesnell. Diff. I Tom. II f. 140.* Claudii Eusthenii vita Diocletiani, cuius mentio apud Vopiscum, *Carino*, 18, non extat. Arnobius perscripturus eam fuerat per quam animose: sed quia persecutores vehementer irritaverat Libris adversus Gentes, latet nos & mors ejus & tempus. Augustinus tamen habebat integrum Codicem Grogoriani, publice receptum, cum eoque etiam textum nostrum. Jac. Gothofredus, *Prolegom. C. Theod. f. 183.* Reliquit etiam βῆμα Manichæi, ceu ἀρόντης. *Contra epist. fundam. Manich. c. 8.* De cultu peregrino secundum disciplinam Hebræorum, extat parte 4 legum *Mischnicarum* apud Surenhusium Tract. *Avoda Sara*. f. 363, ibique colloquium Senatorum Romanorum cum Judæis, f. 382.

*JOH. LAUNOJI DE VARIA ARISTOTELIS in Academia Parisiensi Fortuna, & JOH. JONSI de Historia Peripatetica Dissertatio. JO. HERMANNUS AB ELSWICH edidit, & de varia Aristotelis in scholis Protestantium fortuna schediasma præmisit.*

Vitembergæ, apud Sam. Hannauerum, 1720, 8.  
Alph. I pl. 6.

**Q**uarta hæc est scripti Launoji editio, quippe quod, ut ex præfamine Rev. Editoris constat, ter haec tenus excusum fuit, Parif. 1653 in 8, Hagæ Comit. in 4 & Parif. 1662 in 8. Ut ipse Autor eum subinde auxit & emendavit, ita hanc editionem variaz Editoris nota ornant. Inter causas, cur liber saepe imprefitus perrarus tamen haec tenus fuerit, affertur, quod Lojolitæ Launoji opera extinguere optantes, omnia sollicite conquerirant. Adversus quorum aliorumve Curiaz Rom. nimis addicitorum insultus Cl. Editor Launojum tanquam testem veritatis virumque eruditissimum tueretur ac vindicat: licet fateatur, ipsum

Eee 3

Ari-

Aristotelii quandoque plus justo infensum esse, coacervando omnia ex Patribus in Philosophum injuriose dicta dicta, eoque trahendo cuncta, quæ in aliorum etiam Philosophia taxaverant, ea vero quibus Patres favisse Aristotelii poterant videri, inique elevando. Optat tamen, Launojuin, quæ Aristotelis fortuna fuerit inter Gallos, latius persecutum fuisse, siquidem ita uberior quoque Cartesianissimi, fato Aristotelis constanter impli- citi, historia existaret, cuius rei causam putat, quod forte Mom- morium, Virum Cartesio addictissimum, cui liber inscribitur, offendere veritus fuerit. Et Jonsum quidem, operi ante alios parem, vastam historiam Peripateticam olim meditatum fuisse, morte autem præventum duas saltim dedisse dissertationes, quas Cl. Editor opusculo huic subjecit, & quod fata Jonso ne- gaverant, ipse in addito schediasmate de Aristotelis in Prote- flantium scholis fortuna, multas inter curas atque concatenatos labores suscepit. Prætermisis nunc Jonsi & Launoji scriptis, nostram ætatem longe prævertentibus, e Cl. Editoris Schedias- mate nonnulla delibabimus.

- §. I.
- 2. Nempe varia erant, quæ jam suo tempore Aristotelii famam & autoritatem conciliabant; in præceptorem Platonem insul- tus, ingenium philosophicum cum omnium aliorum Philoso- phorum contemtu conjunctum, auditorum applaudentium frequentia, ipsorumque Principum gratia. Evidem paucos habuit Aristoteles fato functus assecras, donec L. Sulla Philo- sophi scripta Romam attulit, ubi postea Aristoteles, pro vario Imperatorum in Philosophiam affectu, modo effloruit, modo exolevit rursus, quid? quod scripta ejus omnia Caracallæ jussu aliquando concremata sunt. Et licet Hobbesius Leviath. cap. 47 Aristotelem plurimis hæresibus ortum dedisse censuit, constat tamen, frustra obstrepente Balto, illas ex Platonica potius Philo- sophia derivandas esse. Neque enim concoquere poterant Patres Philosophi de mortalitate animæ, de providentia Dei supra Lunam se non extendente, de æternitate mundi &c. sententias, neque appositæ magis scopo suo, sanctimoniacitez, subtiles Aristotelis questiunculæ, quam gravis doctrina Platonis de moribus, ipsis videbantur, imo ægre ferebant, se ab hæreticis fo-
- 3.
- 4.

Sophismatibus, ex Aristotelis schola desuntis, saepius impeti. Incumbebant tamen nonnulli Aristotelis scriptis, ne ignorantia ab adversariis objici posset, alii modestius primo Theologiae ipsum inferebant, donec Scholastici, eliminata omni sana Theologia, nil nisi fucum ex Aristotele in divinis rebus dedere. Miscela haec sacrarum disciplinarum cum Philosophia, si Trithemio credimus, Abaelardo, si Nostro, Alberto M. autore cepit, ut qui Thomam de Aquino, praeceptore postea longe majorem, discipulum habuit. Tanta tum Aristotelis erat autoritas, ut non de vero & falso, sed de mente Aristotelis duntaxat quæstio esset, imprimis cum ii, qui malum propellere statuerant, in alterum extreum incidenter, atque haustam ex Platone putidam illam Theogiam mysticam Philosophiæ succenturiatam vellent. Hoc rerum statu Lutherus surgebat, Vir si quis alias Aristotelicas Philosophias gnarus, quam ex doctrina Jodoci Isenacensis hauserat, & secundum Academias leges aliquoties explicaverat, quem vero tedium hujus Philosophiæ ex Augustini imprimis & S. Scripturæ sedula lectione ceperat. Animose igitur Aristotelem impugnabat, Logicam, Ethicam & Physicam ejus maxime improbans, & modo publice contra Philosophum Anno 1416 & 1417, nec non Heidelbergæ, XII theses ei opponendo, disputabat, modo privatim inculcabat, Scholasticos Aristotelem plane non intellexisse, imo, etiam si de mente ejus satis constaret, parum emolumenti rebus sacris & naturalibus ex quæstiunculis ejus accedere posse, demonstrabat. Quo adeo Philosophorum animos in se concitabat, ut Jodocus ille Isenacensis Luthero, & des ejus Erfurti aliquando pulsanti, copiam sui negaverit. Partes Lutheri sequebantur Melanchthon, antea Aristoteli addictissimus (imprimis in Hypotyposisibus Theologicis) Joh. Bugenhagius, Dolitius Veltkirchenius, qui multos secum facere testantur, & denique Carolostadius, qui quidem fanaticissimo, corruptus bonas literas omnes proscribi voluit. Evidem non verbantur illi solidam Aristotelis methodum disputandi, ut Reginus cavillatur, sed parum lucis S. Scripturæ afferre inanes apud Aristotelem quæstiones, imo latitare in eo multa divinæ veritati aduersa, intelligebant. Accedit, quod B. Lutherus, ceu ex epistolis

§. 5.

6.

7.

8.

9.

10.

II.

stolis ejus patet, constituerit secum, Physicam & Logicam Thomisticam eliminare, & Scholasticam philosophiam tantisper retinere, donec & hac ejecta, per temporis rationem, *licet puram Theologiam, Philosophiam & Matrem ex fontibus haurire.*

- §. 12. Minima ergo imo plane nulla erat Aristotelis autoritas sub initium reformationis, imo ipsis Laetis, quibus imperiti monachi eum in S. Cathedra explicabant, adeo exosus erat, ut aliquando Brunsigæ campanarum pulsu a plebe ex ecclesia prosciberetur. Postea Melanchthon mutata mente vehementer amore ejus captus, eum extollebat, & sine eo puram Philosophiam non dari, studiose monebat, ut inde in Academia Vitembergensi Aristoteles facile emergeret. & Joh. Velcurio scripta ejus publice interpretaretur, non invito Luthero, qui, si voluisset obiceim ponere, facile potuisset, eoque mentem & ipsæ mutasse videtur. Neque enim omnis Philosophia proscribenda erat, nec cuiusvis ingenio libera philosophandi ratio tuto permitti poterat, sed dux eligendus erat. Imo ob ~~controversias~~ cum Pontificiis, admodum in Peripatetica Philosophia versatis, non plane exterminandus erat Aristoteles. Hinc in omnibus per universam Europam Academiis Protestantium, tum ii, qui ex Philippi schola prodierant, tum Scholastici, a Pontificiis ad nostros delicentes, Aristotelem prælegebant. Lipsiæ Organij Professor Publicus institutus, ubi & Simon Simoni Italus Peripateticam Philosophiam gnaviter excolebat. Docebant ibidem Victor Strigelius & Philippo coniunctissimus Joach. Camerarius, cujus explicatio Ethicorum ad Nicomachum Naudæ, iniquiori alias Germanorum judici, vehementer probatur. Vitembergæ peculiari editio cavebatur, ut Professor secundus Philosophia, nec non octavus & nonus, solius Aristotelis libros prælegerent. Rostochiensis Academia aliam quam Aristotelis Philosophiam explicari non patiebatur. In Tubingeni Jac. Schegkius haud vulgarem ex ejusdem philosophia studio famam capiebat. Harum Academiarum studia Argentoratenfis, Jenensis & Regiomontana sollicite æmulabantur. At cum summa fere teneret Aristoteles, paulatim, cum compendia Philippi a multis pluris quam Aristoteles fierent, scripta ejus negligebantur. Conflabant præterea
- 13.
- 14.
- 15.
- 16.
- 17.
- 18.
- 19.
- 20.

Aristo.

Aristoteli invisiōē certamina Synergistica, Adiapheristica, Crypto-Calviniana aliaque, cum adversarii argutiis peripateticis, errores suos s̄epe palliarent. Inde enim Flacius omnes Philosophos aliquando damnabat, nihil sani prodere eos, quod ex Patribus non hauserint, contendens. Stolzius Vinariensis minister omnem Philosophiam exturbandam esse censebat, & Andreas Osiander, homo mysticorum libris immersus, passim in Philippum & Aristotelem impune grassabatur. Ramus inter huc omni Philosophiæ peripateticæ interitum minitans, plures per Germaniam, Galliam & Scotiam sautores nanciscebatur. Inter primos ejus philosophiam ad Germanos attulit Fabricius Marcoburanus, qui cum Rainum in Gallia audivisset, postea Scholæ Düsseldorpiana praefectus, plures enixus pullos, qui Rami Philosophiam in Westphaliā imprimis propagarunt, ubi nota sunt Frid. Beurhusii & Guil. Adolphi Scribonii inter Rameos nomina. Imo Karaus ipse aliquando Heidelbergæ scholam apernit, quo audiendi ejus gratia inulti ex Germanis concesserunt, quorum non neminem ipsi commendans Chytræus summam Viri venerationem prolixe testatur. Hinc ad arcendum Ramum Peripatetici elassica canebant, nominatim Jac. Schegkius in Tübingensi Academia, Nicodem. Frischlianus & apud Argentorates Dasypodius. In Julia Academia Cornel. Martini, Joh. Caselius, Pancratius Crügerus & Conradus Hornejus Aristotelem, in Aldorffina Scherbius ante alios, tum Piccartus & Sonnerus, Aristotelem fortiter quebantur. Causam vero non deferebant Ramistis, sed Cornelio Martini Fridericus Beurhusius, Conrad. Hodderus, Heitzo Bulcherus & Hermanus Nicephorus, Scherbio, Henning. Rennemannus se opponebant, ita ut Rameorum secta indies incrementa caperet. Lipsiæ Joh. Kramerius, Organi Professor, Rami Logicam privatum exponebat, & Rostochi Th. Rhædus clarebat, & Vitembergæ ipsi Theologam mititus cum Ramea philosophia agebant, connubium utriusque Philosophiæ comprehendentes. Hamburgenses lege sanciebant, ut in erecto nuper gymnasio Ramistici quoque termini explicarentur. At cedente denuo Aristoteli Ramo nonnulli ex Ramistis paceps cum Aristotele impeditabantur, utriusque Philosophiæ

sophi placita permiscentes, quorum primipili fere erant Rudolphus Goclenius & Barth. Keckermannus, suis inter nostrates quoque aseclis stipati, qui tamen id quod iis qui mediatorum partes suscipiunt fieri consuevit, ut utriusque scilicet partis odium incurvant, experti sunt. Et Principum maxime autoritate restitu-

- §. 26.** ebatur Aristoteles, partim ut Professorum ex eadem cathedra docentium contentiones tollerentur, partim ne nostri cum adversariis, imprimis cum Lojolitis, quorum solertissimum est in metaphysicis studium, in arenam descendantes methodi hujus imperitia ipsis cederent. Itaque Joh. Cramerus Lipsiæ loco movebatur, & ne Ramez Philosophiæ Vitembergensis se darent, lege cavebatur. Rursus Joh. Hoffmannus omne, quod ex ratione cognoscitur, proscripturus, quondam in Academia Julia omni Philosophiæ exitiam intentabat, socios facinoris nactus Joh. Müllerum, & ex poematisbus (ut vocat) juvenilibus notum Joh. Werdenhagium, nec non post paulo Schillingum cum Schradero, Valent. Weigelius & Roszcruiciani eodem fere tempore novum Astrologicæ Philosophiæ genus moliebantur, aliique Arndii merum pietatis studium superstitionis imitaturi, omnem Philosophiam eliminandam censebant. Restitere tamen Hoffmanno, duce Joh. Caselio, Cora. Martini, Duncanus Liddelius, Owenus Guntherus, Alb. Grauerus, aliquique Caseliæi propterea dicti, ut publice palinodiam canere coactus fuerit. Schillingius & Schraderus a Vitembergensibus, ad quos ipse Schillingius causa judicium detulerat, repressi sunt. Cum & horum insultus feliciter superasset Aristoteles, omnes vel in eo explicando, vel in nucem contrahendo erant occupati Academia Vitembergensis liberius ac decentius in eo versabatur, cum Altendorffini & Jenenses tenacius ipsi adhaerenter, adeo ut in eo conciliando cum S. Scriptura omnem lapidem moverent, frustra licet. Verum Aristoteles, qui de imperitis obtrectatoribus facile haec tenus triumphaverat, non tulit tandem doctortum viorum impetus. Nam Bacone Verulamio autore inter Germanos Senertus physicam ejus docte impugnabat, cuius & causam adversus Joh. Zeisoldum & Joh. Freitagium Sperlingius egit. Surgebant inde Gassendus, Cartesius, & Digbzus, e quibus magis
- 27.**
- 28.**
- 29.**
- 30.**

gnam imprimis famam Cartesius, qui plurima non contemnenda in lucem protraxit, consecutus est. Et invenisset is forte discipulos longe plures, nisi Theologos offendisset, quod S. Scripturam ad vulgi ingenium se componere crederet, & humaniores literas negligentius habuisset, tum & nonnulli Philosophiam istam sublimiorem esse quam quæ capi possit, sibi persuasissent. Non parum quoque Aristoteli fuit præjudicio Juris Naturæ novum studium, quod Grotius condidit, qui tamen quandoque ut in proleg. ad J. B. & P. reverentius de Aristotele judicare videtur. Cujus quidem liber de J. B. & P. ob libertatem philosophandi nimiam Romæ in Indicem prohibitorum relatus est. Tacemus reliqua, in quibus quantum detrimenti Coccejani sumus ob affinitatem cum Cartesianismo, quem e Coccejani multis, ut Galenus Farellus in Epist. ad amicum de noviss. in Belg. litibus, diserte profitentur, Fanaticismus porro, a quo magis nunc quam a Papatu metuendum Nostrer putat, studium Cabballisticum, Libertinismus item, & insipidorum hominum convicia, recentioribus temporibus Aristoteli attulerint, uberioris deducitur.

§. 31.

32.

*E LITERIS ADAMI EBERTI, HISTOR.  
in Acad. Francof. Prof. Publ. extr. de eruditione Ara-  
bum & Turcarum, & de versione Latina Bibli-  
othecæ Orientalis Herbelotiane.*

**S**uperbia Musarum Europæ tanta intumuit jactantia, ut cunctas gentes, potissimum vero Asiam, extra se Barbaras rata, *Musafa Hagi Kalfab* anno 1656 Constantinopoli præter alios, maculam sui Orientis diluendi, *Bibliotheca* prodit amplissima, etiam averla Parnassi tenere Literatos testandi, nec moutem illum esse tricipitem, sed trino multiplicique culmine astris imminere, quibus Numen, Monarcha sumus residet eruditio. Interviit HERBELO TUS, natione Gallus, patria lingua anno 1697 Operi huic Europæ communicando: constatque eodem, Theologiam, Jurisprudentiam, Medicinam & Philanthropiam non parciori illic supellestile instructa esse,

Fff 2

esse, ac in Europa. *THEOLOGIAM* Bibliotheca hæc Orientalis infinitis evolvit Commentariis (quos *Taffir* vocant) in Alcoranum (quein *Ketab i. e. Librum per excellentiam dicunt) quorum præstantiores Nischaburi, Thalebi, Bedhaovi, Samakshuri & Husein Væz; concurrentibus Commentariis in Arabain* sive traditiones Mahometanas; infinitisque tractatibus tam generalibus, quam qui speciales materias sibi vindicarunt. *Vitas Sanctorum Jafeti* speciali opere memoravit. Universa laudibus in Alcoranum exuberant; et si Scamail scripsiterit de bonis & pravis Qualitatibus Proprete Mahometis, & ipse fateatur in Alcorano, cap. Araf, se stupidum indole atque legendi scribendique rudem, testeque Sojubi, dubitasse dicitur ipse de propria post vitam salute. Ajalch Doctor 25000 Alcoranum dicitur perlegisse, quamvis idem omni sano inanis & subtili sensu. Zobeida Reginæ centum fertur aliuisse virgines in aula, quæ omnes Alcoranum memoria tenebant: atque indies caput ex eo recitare compulsa, pares strepitu suo examini apum videbantur. Nazem Alinulk prædicatur Alcoranum 12 anno ætatis memoria tenuisse. Datur inter ipsos Liber de *Septem modis Alcoranum legendi*. Solium numen sibi prædicanter condidisse principio orbis, fide Mahometi juxta se reservata, jactantque eundem in æthera animali plane insutato evectum, liberque de eo, quod ibi viderit. Delubri Meckæ causa, quo Mahomet sepultum fabulæ referunt, jam elegisse Adamum sancta hæc fundamenta: Abrahamo superficiem postea sacra æde venerato, præfixis ei cornibus hirci, quo Isaacum pensavit, et si Mahomet ulteriore abollendi Idololatriam eadem sustulerit. Summa fano huic, postquam Pseudo-Prophetæ inclaruit funere, reverentia; adeo ut toribus jam obsoletis Moitafi Khalifa cognomine Leemrillah ad cistam sepulchri sui dignatus novis argento aurato substitutis. Et Saifaldulat ex pulvere, quo obitus inter præliandum contra osires Mahometani dogmatis laterem coquii jusserit, quem in sepulchro fax supponi jussit cervici. Ceterum decies diluvio fuit eversum, imprimis anno 1629, ut ex integro restaurandum. Dissident vero Musulmanni variis inter se sectis; Hanefitarum nempe, Malekiortum, Schafejorumque & Hanbali.

balitarum; ut acrior hic contentio, quam inter Pontificios, Lutheranos, Reformatosque & Socinianos; ut inter Thomistas atque Scotistas. Fervent apud eos contra Motazales controversiae: *An DEUS agat per Essentiam an per Scientiam?* An datur attributa DEI ab ejus essentia separata? *An Alcoranus sit res creata, an Calestis?* aliaque infinita. Tantus vero in Asia Philosophorum honor, ut Hanbale defuncto 880 millia virorum confluxerint ad exequias, 60 millia vero foeminarum. Theologæ Scholasiticæ (quam Elm Alkelam vocant ejusque Doctores Motekellem) five Metaphysicæ immensa in Oriente contemplatio, diffusionem talium gratia: elevandique animi ad æthereas devotiones, Molinisini instar seria doctrina; præparanda insuper anima ad cœlestem migrationem, resurrectionem & vitam æternam, faciem divinam (qua & Muselmani unice gaudent) & infinita æthera intuendi. Arabes omnium subtilissimi Theologicis sententiis, inter quas mundum hunc esse foeminarium futuri; dixitque Alius Gener Mahometis *vita* *hanc esse somnum, cuius expurge fætio altera.* Reficiunt, inquit ADEM, natione Bactrianus, centonem mundi per segmenta Religionis, cuius tunicam ejus gratia laceramus & per id efficimus, *ut religione plane excidamus.* Giasfar Sadik effatus, Vos, qui prelio *Paradisi ebris emti, cavete vos vendere viliori.* Lamai versibus Turcicis sic de præparatione ad vitam æternam loquitur: *Fac ut rationes tuae sint perfectæ ante mortem. Subi hic interrogatoria, quo prompta ibi responso. Ordinare jam hic tuum debes processum, temetque castigare, quo aliquando nec processum nec panam tenearis vereri. De extremo judicio & octo Paradisi totque precum sacrarum & Zebur (five Psalmorum Davidis) easque præparandi, porro hic libri, (quamvis interdum corrupti,) prædicationumque (quas Kothbah vocant) in delubris autores, etiam Samarcanda Bactrianorum urbe auditarum. Ingensque notitia five fabula Librorum & Lingue Adami, Enochii (quem Edrissi vocant) urbe Noz, Abrahami, cuius mater Junab perhibetur & Zoroastris, cuius opus, Zend & Pazend i. e. liber vite vocatum, Geneseos Historiz, præter licitos Parentum & Liberorum amores, valde consequaneum. Infinita postrema Sacra Scripturæ inser-*

esse, ac in Europa. *THEOLOGIAM* Bibliotheca hæc Orientalis infinitis evolvit Commentariis (quos *Taffir* vocant) in Alcoranum (quem *Ketab i. e. Librum per excellentiam dicunt) quorum præstantiores Nischaburi, Thalebi, Beldhaovi, Samakshuri & Husein Væz;* concurrentibus Commentariis in *Arabain* sive traditiones Mahometanas; infinitisque tractatibus tam generalibus, quam qui speciales materias sibi vindicarunt. Vitas Sanctorum *Zafci* speciali opere memoravit. Universa laudibus in Alcoranum exuberant; et si *Schamail* scripsit de *bonis & pravis Qualitatibus Propeta Mahometis*, & ipse fatetur in Alcorano, cap. *Araf*, se stupidum indeole atque legendi scribendique rudem, testeque *Sojubi*, dubitasse dicitur ipse de propria post vitam salute. Ajasch Doctor 25000 Alcoranum dicitur perlegisse, quamvis idem omni fano inanis & subtili sensa. Zobeida Regina centum fertur aliuisse virgines in aula, quæ omnes Alcoranum memoria tenebant: atque indies *caput* ex eo recitare compulsa, pares strepitu suo examini apum videbantur. Nazem Almulk prædicator Alcoranum 12 anno ætatis memoria tenuisse. Datur inter ipsos Liber de *Septem modis Alcoranum legendi*. Solium numen sibi prædicant condidisse principio orbis, fide Mahometi juxta se reservata, jactantque eundem in æthera animali plane intusitato erectum, liberque de eo, *quod ibi viderit*. Delubri Meckæ causa, quo Mahomet sepultum fabulæ referunt, jam elegisse Adamum sancta hæc fundamenta: Abrahamo superficiem postea sacra æde venerato, præfixis ei cornibus hirci, quo Isacum pensavit, et si Mahomet ulteriore abollendi Idolatriam eadem sustulerit. Summa fano huic, postquam Pseudo-Prophetæ inclaruit funere, reverentia; adeo ut toribus jam obsoletis Moitasi Khalifa cognomine Leemrillah ad eistam sepulchri sui dignatus novis argento aurato substitutis. Et Saifaldulat ex pulvere, quo obitus inter præliandum contra osires Mahometani dogmatis laterem coquii jussit, quem in sepulchro fax supponi jussit cervici. Ceterum decies diluvio fuit eversum, imprimis anno 1629, ut ex integro restaurandum. Dissident vero Musulmanni variis inter se sectis; Hanefitarum nemape, Malekiortum, Schafejorumque & Hanbalisti.

balitarum; ut acrior hic contentio, quam inter Pontificios, Lutheranos, Reformatosque & Socinianos; ut inter Thomistas atque Scotistas. Fervent apud eos contra Motazales controveſſie: *An DEUS agat per Essentiam an per Scientiam?* An dentur attributa DEI ab ejus essentia separata? *An Alcoranus sit res creata, an Celestis?* aliaque infinita. Tantus vero in Asia Philosophorum honor, ut Hanbale defuncto 880 millia virorum confluxerint ad exequias, 60 millia vero femininarum. Theologiz Scholaslicz (quam Elm Alkelam vocant ejusque Doctores Motekellem) five Metaphysice immensa in Oriente coamplatio, diffusionum talium gratia: elevandique animi ad æthereas devotiones, Molinismi inſtar ſeria doctrina; præparanda inſuper anima ad cœleſtem migrationem, resurrectionem & vitam æternam, faciem divinam (qua & Muſelmani unice gaudent) & infinita æthera intuendi. Arabes omnium subtilissimi Theologicis ſententiis, inter quas mundum hunc effeſeminarium futuri; dixitque Alins Gener Mahometis *vitam hanc effe ſomnium, cuius expergeſatio altera.* Reficiamus, inquit ADHEM, natione Baſtrianus, centonem mundi per ſegmenta Religionis, cuius tunicam ejus gratia laceramus & per id efficimus, ut religione plane excidamus. Giasfar Sadik effatus, *Vos, qui prelio Paradif effis emti, cavete vos vendere viliori.* Lamai veribus Turcieis ſic de præparatione ad vitam æternam loquitur: *Fac ut rationes tue ſint perfectæ ante mortem. Subi bic interrogatoria, quo promta ibi reſponſio. Ordinare jam hic tuum debes proceſſum, temetque caſtigare, quo aliquando nec proceſſum nec pañam tenearis vereri. De extremo judicio & octo Paradifis totque precum ſacerdarum & Zebur (five Psalmorum Davidis) easque præparandi, porro hic libri, (quamvis interdum corrupti,) prædicationi inque (quas Kothbah vocant) in delubris autores, etiam Samarcanda Baſtrianorum urbe auditarum. Ingensque notitia five fabula Librorum & Lingue Adami, Enochii (quem Edrissi vocant) urbe Noz, Abrahami, cuius mater Junah perhibetur & Zoroastris, cuius opus, Zend & Pazend i. e. liber vite vocatum, Geneſeos Historiæ, præter licitos Parentum & Liberorum amores, valde conſtantevi. Infinita poſtremo ſacerd Scripturæ inſer-*

inseruentia illustrandæ; qualia *Prophetarum Historia Patriarcharumque per Vahab filium Mombæ, Liberque de Miraculis Prophetarum*, quem Thalebi continuavit, nec non *Historia Apostolorum per Schimeon Alſafa*. Vitaque Nimrodis (quem Zobak dicunt, serpentes innatos utroque humero carne humana pascere solitum, ne propriam invaderent) Mosis ejusque matris *Aſſimæ* (quæ Maga fuſſe dicitur Librumque *MEGMOU* ob id condidisse, quem Bibliotheca Regis aſſervat Galliarum) Nox, Bileamis, Hiobis, Josephique Prophetarum & Evangelistarum, interitumque Sodomæ & Comoræ concernentia. JESU CHRISTO admiranda tam Alcorano quam ejus interpretibus reverentia (ita ut noctem Incarnationis *lucidam* voçent, eamque summis colant Iefus, majorque ejus hic ac inter Christianos reverentia, diciturque urbem Baharum Ægypto condidisse) Mariæque Deiparæ, Mirjam vocari solitæ, Annæ, Jojakimi, Avorum miracula fatentur augentque, nec non ascensionem ad æthera, spondentque ejus victoriā de Anti-Christo. *Ruallab* ab ipsis vocatur, sive Spiritus DEI; Redemtionis tamen Majestate illi denegata & Divinitatis, et si non defint inter Musulmanos, qui *Corporalitatis Numen* non incapax esse afferunt. Occurrit quoque hic Manichæorum mentio; Manetisque Evangelium *Ersenck* dictum. Ex HERBELOTO novissus, Latroneum probum tempore Passionis Christi *Lei Salé Emir* fuſſe vocatum. In Oriente præterea Liber de *Calliditatibus Angelorum, Prophetarum Dominique*. Ali Gener Mahometis non modo scripsit centum apophategmata, sed & plures Libros. Novit porro Orientalium eruditio & *JURISPRUDENTIAM*, civelim non modo, sed & *Canonicam*, nempe ex Alcorano utraque collecta. Hinc tot *Fetua* sive *Decisiones Muftiuin, Cancellariorum Ægypti, Persicim & Tartarorum*, nec non *Akbam* sive res judicatæ communes, ut ipsis Italorum & Hispaniz Decisiones prælo prostantes numero antecant: quarum illustre compendium *Moktar Alfæsovi*. Codex Legum Musulmannarum *Menar* vocatur: Doctore juris inter eos Fakih appellato. Præter specialium materiarum Tractatus, quales de successione hereditaria & Legatis ad pias causas, de Donationibus inter vivos

mor.

mortuoque, de Contractibus, de Officio judicis, de Testibus &c. Disceptatio quoque inter eos de *Logibus obstantibus*, discus-  
fique a Galat Al Thoafa *Errores Pragmaticorum*. Hic etiam *Vitriarius* JCtus, cogaomine Ibrahim Alzagiagi celebris. Sa-  
marcaadi toto clarum opus Oriente Khezanat alfedhu dictum,  
edidit, quod *Treburum jurisprudentie* significat. Ebn Athir  
cognomen *Juris Confulti* tulit *fundamentalis*. Marghinani  
Transopania sive in Bactris natus scripsit *Institutiones Juris Ci-  
vilis & Canonici* inter Musulmanos. Ut Europa diu illuxit Pan-  
cirolli & Melchioris Adami Liber de Vitis JCtorum, sic & Asia  
variis ejusmodi operibus ei respondet pari suorum historia. His  
addenda *Ushab Lex Zoroastris*; *Corpus Juris Mogolorum*  
**THOIRAT** *Genghis Khaniat* dictum, JASSAque, quæ utraque  
domitor Asie Tamagun Genghizkhan jussit vulgari: mole sua  
Justinianeo comparanda. Datur porro liber de *formulis sententi-  
arum judicium*, multique de *Regulis juris & Verborum significa-  
tionibus* in Asia libri. Saladinus in urbe Caire sive Memphis  
(quæ Momf indigenis dicebatur) Collegium extraxit *juris  
MEDICINA & PHYSICA* apud Orientales jam pridem in-  
genti ambitu libris suis gavila, ut non modo opera Diocoridis,  
Galeni, Hippocratis, Pliniique (quos Galinius, Bocrat & Beli-  
nias vocant) versionibus Honain filius Isaaci subjecerit Arabicis,  
sed & Indorum ingentiæ apud ipsos volumina. Cum vero non  
minus proprio polleant Marte, Medicaminibus *Simplicium &  
Compositorum* inclauerunt, Botanicaque eruditio, et si tur-  
pes ope, per Magiam & infernalia remedia ægris concilianda.  
Ingensque sollicitudo perscrutandi speciales materias, qualis  
*Anatomia* in genere & in specie *anatomia aculi*. Demiri *histo-  
riam* composuit *animalium*, instar Aldrovandi cum figuris.  
Datur quoque hic historia de *admirandis Naturæ & Artis*. Cum  
ad Philosophiam progredimur, nulla gens Asiam anteitura;  
**HISTORIARUM**que illic tantus prospectus, ut tempora ante  
ADAMUM non vereantur scrutati, multis millibus anno-  
rum conspicua, Imperioque Feorum, Divorum Pirorumque  
& Genitorum admiranda, gestisque Regum istius temporis: in-  
ter quos Solomon quidam ter mille annorum regno jaçtatur no-  
bili-

bilitatus, occurrentque multa alia *Pro-Adamitas* inveteratis fabulis innuentia. Nam & Mogolum fert persuasio, *moundum longe supra octuaginta octo milliones annorum durasse*: & celebrata apud Orientales *Simoranca* volucris, quæ mundi septies meminit creati, recordataque linguarum, quæ tuim usitate. In Oriente etiam dicitur accidisse diu post Christum natum, ut lachrymantibus acriter in spelunca Spiritibus, vox tandem resulavetit: *Magnum Panem obisse*. Effusa post Historia ad Adamum, ejus late meminit; nec non Patriarcharum ampliori relatione, ac quæ Genesii nota, Diluviique & Arcæ, sive Navis, sideribus post vicinæ, plurimumque incolarum Diversiorum istius, ac qui Sacra Scriptura memorantur. Mons, quo navis illa confedit, succumbentibus tandem orbi Terrarum aquis, Parmali Daghi i. e. *mons Digitii* hodie vocatur. Ingens quoque Tractus de reliquiis arcæ memorata. Projectus deinde HERBELOT in Historiam Judæorum, MUSSÆ sive *Mosis* vitam incognitam Sacra Scriptura circumstantiis dilucidavit, exitumque Israelitarum Ægypto; et si non 40 annis illos in deserto Arabiae referat peregrinatos, sed *totidem solummodo diebus*, vitulumque aureum muguisse instar bovis. Memorabile vero *alloquium Gabrieli* Angeli in littore maris rubri ad Pharaonem, *Valid*, jam submerendum: Philistæorumque prolixa mentio, inter quos OK Rex Bafani, cuius vitam *Soyutbi* speciali opere Arabicō reliquit, trium millium annorum regno profertur staturaque novem cubitorum. Singularis quoque hic Historia Davidis, Salomonis Regum Goliathisque. Post Assyriæ Régum, narratio stupenda: novaque discuntur hoc opere HERBELOTI de Semiramide, quam Homai SEMRIS Maleki i. e. *Manu codiata Semiramis Regina*, (unde Assyriis forte post obitum dicta fertur Columba,) Oriente vocant, nec non de *Loborabe* & Nebucadnezare (quem illius saltē ajunt extitisse Vicarium, non vero ipsa Regem, Judeæ vastatorem) de Kithasbe, Bakthiare, Baharamo, Rostaneque & Affendiare, facinoribus suis Heredi fere comparandis. De Cyri Imperio asseritur, eundem matre natum *Judea*, quæ genus ad Saulem referebat, & a conjugé *Judea* exoratum, ut Israelitis in patriam migrare induserit; nec sequentium oblitus

tus Regum ad Alexandrum M. Philippi filium (duplicem quippe perhibent) devolvitur, quem *Libris Orientalium* ait esse memorabilem ac *Europæ*, circumstantiis plane inauditis. Inter alia noscitur ex illis, Alexandrum fratrem consanguineum Darii Codomanni extitisse. Darabem nempe Persiæ Principem duxisse filiam Philippi Macedoniæ Regis, eaque ob fœtorem oris repudiata, ipsam inter penates paternos Alexandrum esse enixam, qui post tanquam editus ab Olympiade educatus. Hunc, ruscito postea vero suo genere, Darium Codomanum veluti secundo genitum ex altera Darabis uxore oppugnasse, Macedonia namque huc usque Persis tributaria, (mille ovis aureis nempe quovis anno pendendis) cuncte tributa ab Alexandre M. exigerentur, tunc ea negasse, causando, *aves iam avolasse*, quæ ponere talia siveverint. Jeremias Prophetæ etiam eundem funus, excitata a se urbe in Ægypto, ingenti sumtu duxisse. Jam de speculo Magico, quod fatum recondebat Ægypti Imperiique excidium: Pharo effulgens, navesque adventantes jam procul indicabat; infinitaque alia. Prædicta res excipiunt Romanæ tam Oriente quam Occidente, testaturque HERBELOT, Legatum ad Persiæ Regem Cosroem a Cælare Bizantino, cui filiam Serinem i. e. Irenem collocaverat, tota Asia pulcherrimam, missum fuisse; exceptumque Regia, quadraginta millibus alta columnis: intus arte motus siderum veluti inter convexa mundi æmulante. Relatum quoque de *arbore aurea* Moktader Bil-læh Khalifæ, avibus aureis (vigorem volandi constricto intus ferro vel Magia ministrante) cantando circumvolantibus, ut non fabula, Alexandrum M. domito Poro similem India inve-nisse hortum volucresque; atque Imperatorem Americæ Peruvianæ Atabalibam, teste Ynca *Garcilasso de la Vega*, pari gavisum. Sequuntur *vagis articulis*, sicuti & præcedentia, res Mahometanæ; vitaque Mahometis addito Aischæ Conjugis fato Aliique generi ceterorumque detestandæ illuvie Primorum. Vasta post Khalifarum Ommiadum primo, post Abbassidum Historia, illis vero per Vizitios potentia fraudatis, Sultanorum gesta Libris reconduntur Arabico idiomate & Perfico constantibus. Turcica lingua, præter regna Ottomana, librorum parce sollicita. Ne

Ggg

vere

vero miremurdari, opus Orientalis Historiaz trecentis constans Voluminibus, *Schab Nameb* dictum, cum solius *Hispania* gratia, qua Khalifis Oimniadum Alidunque per multa secula sedes, aliud restat, octuaginta Volumina complexum. Georgii *ELMACINI & EUTICHII* (quem Ebu Batrik Orienta' e; vocant) Christianorum allegatio ob dicta haec tenus apud HERBELOTUM creberrima; sed major ipsi usus Musulmanorum, *LEBTARIKI* nimirum, & *NEGUIARISTANII*. nec non *BENSCHUNAE*, potissimum vero *MIRKONDI & KHONDEMIRIS*, quoruni posteriores, pater & filius, desideria Europæorum mirre haec tenus lacesiverunt, & ab Imperatore Romano Galliarumque Rege & Magno Hetruriæ Duce multis millibus aureorum acquisiti. *KHONDEMIR* extitit Alischivii Principis Khorasaniæ Bibliothecarius in magna urbe Herat, qua & Scriptor ille natus. Opus paternum is Epitome constrinxit; sed admirationi haec tenus & desiderio omnium dicata: duodecim complectitur partes idiomate Persico, quarum prima Historiam *Eblis* tradit, qui Daemon & autor lapsus Adami in Paradiſo. Sequitur Historia Prophetarum, qui a Numine ad homines amandati, sapientumque & doctorum virorum, quartus vero Liber Regum Persiæ multiplici Dynastia studiosus, aliorumque Principum plaga Eoæ. Quintus & sextus ortui Mahomedis impensi, bellisque quibus impostor ille detestandum dogma non veritus propugnare, nec non duodecim Imamum, qui postea novæ Religioni profuerunt. Sequuntur liber 7, 8, 9, Vitas Khalifarum Oimniæ domus & Abbassî (five Oimniadum & Abbassidum) tradentes, cum decimus & undecimus Japheti posteris Filii Noæ, vacat evolvendis, nec non Asiae Domitoribus GENGHIZKHANO, & TIMURLENK five Tamerlano: qui cognomina a felicibus *conjunctionibus* sortiti, nempe quod (siccati de Diluvio, nativitateque Abrahami, Zoroastris, JESU CHRISTI, Mosisque & Alexandri M. traditum) summa conjunctione Planetarum in uno Zodiaci signo concurrentium nascerentur. Liber duodecimus fata memorat Herati urbis, qua Genghizhan sub filio Tulikhani millionem & trecenta millia civium paucis diebus trucidavit: Nischabure ejusdem Regionis civitate millionem & 747 milija strage sua lugente, excidio autem

tem Khovarezmiae urbis (circa ostium fluminis Oxi olim, nunc Gihonis & Amn aliaque nomina gerentis) tunc longe atrociori & duos milliones atque 400 millia numerante. Regum Barbarorum Reginarumque hæc historia Lectori nostro videtur plane dignanda; sed innumerabilium virtutis sublimisque ingenii exemplorum eadem ferax, quæ mira jucunditate Lectori blanditura. Plusquam centum Volumina Musulmannis *genealogiarum* gratia. *MATHESIS* summa existimatione & indagine apud Orientales jam pridem floruit: Archimedis ob id honore ingenti, pluribusque ejus hic libris jactari solitis, ac Europæ noti; Euclidisque, in quem inter eos Commentarii & Versio Arabica, pluraque apud eos ac apud nos ejusdem volumina. Hinc de Lineis & *Quadratura Circuli*, de horologiis Solaribus aliisque tantæ disciplinæ partibus. Scherif *Al Edrissi & Albergensis*, aliique terrarum situs operibus Geographicis emensi, Asia non modo five *Iranis & Turanis*, sed & *Mesr* five Ægypti sequentisque *Magreb* i. e. Africæ Hispaniæque prospectus. Magna hic Baetrorum & *Karakatay* notitia, utriusque Nili nempe mediterraneum mare subeuntis & in Æthiopiam retorti, adeo ut *Sudam* five *Niger* cognominetur, Marisque *Oman* five Oceani, Æthiopianum inter & Indiaz (quam hic *Hind* vocant) oram vagantis: nec non Insularum, quibus illud distinguitur, quales *Socotra* & *Serandib* five Zeylon, Paradiso Adami nobilis; uti de earum opibus, ligno Calambæ & Cynamomo atque Carbunculo, quem Arabes *Sareb gerag* i. e. facem nocturnam nuncupant, & de uribus eidem insitibus, prolixa relatio. Porphyrii hic sat nota versio Commentarii que, nec non Aristotelis (qui Orientalibus Aristostole vocatur) Platonisque (quem *Aflantum* nominant) sunum in Asia oblectamentum, eosque Schehabeddin ex Syriaco in Arabicum idioma perduxit, adeo ut plures *prioris* Libros gloriantur tenere ac Diogenes Laertius posteritati annumeravit: inter quos Aristotelis liber de *Prudentia Præfecti militaris post Victoriaam & Cladem*. Datur quoque in Oriente Liber *Ohud allumariab*, præcepta continens Politica, ex Græcis Veteribus, Aristotele Platoneque & aliis collecta. Empedoclis ingens ibi notitia, Siciliæ & Græcorum Philosophi: variis ejus libris ob id allatis.

Commentarii hic in aurea Carmina *Fichtagora* i. e. Pythagoræ. *ELOQUENTIA* ibidein mira gaudet professione. Hinc tot Grammaticæ Dictionariaquæ (inter quorum autores *Lame* præcipuus, 60 Volumina complexus) Arabici idiomatis causa. Hic quoque Liber de *Sublime Styli*. Mirabile, lingua Arabica etiam Germanica recondi verba: sicuti *Hamel*, unde Neuruzi *Hamal* i. e. ascensio Solis in Arietem, sic quoque *Harir*, quod Arabibus sericum significat, & Germanorum *Haar* sive *Crinis*. Lingue etiam Anglicanæ eadem contingere vocabula Latinæque. *Furn* enim Arabibus idem ac Latinis, *Furnus*. *Nasnas* ac pūsio sive *Nanus*. *Dendan*, Dens; unde *Fil Dendan*, i. e. Dens Elephantis. Sic quoque *Der* Persis Janua, sicuti & Germanis Græcisque; & *Ud* Arabibus Lignum, sicuti Anglis *Wud*, quod *hi* Wood scribunt. *Pir ve Geven*, Persis *Vir & juvenis*. Moronæid Arabibus Persisque Margarita. *Al Adel*, justus. *Dbib* Arabibus Lupum significat, indeque Germanorum *Dieb*, quod furem denotat. *Kelb* Arabibus Canis: indeque Germanorum *Kalb*, vitulum respicens. *Ghird* Persis Circulus, indeque Latinorum gyrus & Germanorum *Gürtel* sive Cingulum. *Thur* montem notat, unde Latinorum Turris, nomenque urbis Tyri, quod celso situ polleret. Maxime vero ars hic floret *POETICA* Carminibus in Asia innumerabilibus *sexus utriusque*. Kheder Monarcha Regionum Transoxaniae e solio ex quatior lancibus numos aureos argenteosque distribuit, vincentibus se coram ipso Poetis. Major hic Imperantum in Poetas munificentia ac Hieronis in *Archimellum* ab Athenæo memorata. Contentioque inter Imperantes illuc per arma, uter Poeta potiretur admirando. Fabularum, quas Romanas vocamus, infinita hic multitudo, eminente inter has libro *Homajun*, sive *Kalila ve damma*, toto Oriente delectabili: eumque versio ex India accivit in via idiomata, atque bestiarum colloquia, ad instar *Aësopi* complexus. Orientales libris suis ut maxime studiosi artis thesauros inveniendi; *Chimiz*, *Sirniz*, *Geomantiz* (quam inventam ab Enochio, quem Edris salutant, vel a Daniele, *Raml* vocant) Magique & incantationum superos inferosque evocandi. Ars Somnia interpretandi illis tantum, ut non modo 7000 ejusdem numerent

merent Autores, sed & *Danielis* Volumen hac de re apud se residuum glorientur, *Ossul al Tubir* nominatum. Ars quoque occultas literarum notas intelligendi sive *Steganographia* Libris Orientalibus innotuit, nec non ænigmatum scientia. De Venatione omnis generis aliisque materiis infinita Orientalibus opera. Novos libros *recitare* coram concione, antequam edendi, etiam in Asia usitatum, sicuti antiquitus Græcos inter Latinosque. *Anberkend* liber omnem Brachmanum (qui a *Brabma* auctore vocatati, tertiam afferunt Divinitatem a DEO ante orbem conditum creatam) complexus Theologiam Philosophiamque India servatur, quatuor partibus, quas singulas *Bed* vocant, cohaerens; nec non *Avicenna* opera, inter quæ de *Bestiarum sermone*, aliusque de *muta astrorum oratione*, *Averroisque*. Sortibus temerare futura nulla gens Musulmanis comparanda. Astrologiaz fanta audacia, ut *septem calorum peculiaria astra experiantur*, materque parturiens pedibus suspendi maluerit, donec infausti sideris momentum partui transiret. Accidit in Asia quoque, ut Vates admonitus, diem fatalem prædictumque *venisse*, responderit interituro, *venisse sed nondum præteriisse*, occisumque, ut Julius Cæsar pridem ante expertus. Motus astrorum lunatrandi inserviunt infinitæ tabulæ, quas *Zig* vocant: Nassreddini nempe, jussu Holagu Imperatoris Mogolorum, nec non Ulug-Begis, Tamerlani nepotis & Salgedini auspicio compostræ. Observatoria (quæ *Raffad* vocant) proinde Samarcanda Babylonique & Maraga aliisque urbibus conspicua, ingenti sumtu excitata. Daturque & in Asia Liber de Cometis. Academias & Professores (maxime urbibus *Balke*, *Khuza*, *Herat* & *Bassora*) tota Asia frequentat. Totque hic Libri, quos *Amalia* vocant, quibus *Lectiones Doctorum* coram Auditoribus habitæ consignantur. Al Malek Al Nasser, licet Rex, easdem invisit, librum sub brachio gestando. Quot Viziri fundarunt collegia? addito pauperum causa Nosocomio. Doctus valde Bajazeth Ilderun Imperator Turcarum, eique liber dedicatus. Tot postremo *Lathif* sive *joco* *seriorum* & *Apophlegmatum* Libri. Ismael Vizir 400 camelis Bibliothecam peregrinando secum trahebat. Omar tamen Khalifa Bibliothecam Alexandriæ, post tempora Julii Cæsaris

farismire restauratam, flammis iterum demandavit, ut quævis  
 ingenti hac urbe Balnea per sex menses papyro hac calefierent.  
 Titulis librorum Asia quoque curiosa, quales *speculum intelligentia*,  
*sapientia omnium temporum*, *Apertura sera*, *prata aurea*,  
*fodina gemmarum*, *frenum animæ*, *Salinum Libri acuti*,  
*Testamentum Aristotelis & Hippocratis*, *Historia Talionis*, *Hor-*  
*ti peniles*, *Pendentia Auribus ornamenta*, *Zingiber pungens*,  
*Sal seculi*, *de Passionibus Animæ*; *Historia Prudentum*, qui eva-  
 serunt stulti, *de excellentia noctis supra diem*, *de plagio Litera-*  
*rio*, *duo portus*, i. e. ars terrena & cœlestis fortunæ, ars aquam  
 inveniendi, *de coniunctione duorum Marium*, *Liberatio eorum*,  
 qui pereunt, de arte Secretarii status & communis, *Liber de cau-*  
*sa paupertatis & opulentia*, *Disputatio inter Narcissum & Ro-*  
*lam*, *Clavis spei*, *Sanitas cordium*, *de diversitate libri ex una*  
*in alteram linguam conversi*, *Antidotum Aenoris*, *Cisterna vita*  
 &c. Hoc igitur ungue Leonis vasitatem Orientalis sumus emen-  
 si. Dignaque Asia, ut defluescat Europa conteemptui, quo illam  
 hactenus despicere non verita. Opus HERBELOTI notus alias  
 Interpres Francofurto ad Oderam Bibliothecæ Serenissimi at-  
 que Potentissimi Regis Borussiæ infima nuper attulit reverentia,  
 stupore & fama omnium temporum excellentissimum monu-  
 mento laboris: dignumque id maxime typis, licentia tamen  
 non ab Interpretè, sed a Rege suo impertranda. Idem paulo ante  
 memorabilis versione operum LAURENTII GRATIANI, hinc  
 usque ad sidera noti, quæ eluctatus per medium profundum,  
 abjecta Italorum versione, ingenua integritate ante triennium  
 Latinitate sivit frui; gaudio suæ aulæ omniumque Gentium, si  
 liceret, & seculorum; non pudibunda versione hac lacunis,  
 quibus Gallica sic inanis, ut vix dimidio Criticorum eadem  
 opere latrandum. Imininet gaudiis terrarum, quibus sublimior-  
 res literæ coluntur, versio COMINEI ex Hispanico (quo plenior)  
 in Latinuni idioma transituri, cum Joh. Vitriarii scholiis: ob  
 quem, quia nondum possidetur, subsidia Librariorum aut Bi-  
 bliothecarum, quibus forte abjectus laboratque situ, sollicitat,  
 lauto pretio mercandum; Operibus Antonii Perezii & Zavaleæ  
 magna morte inveterataque diligentia expectandis.

HI.

*HISTORIA RESTAURATÆ A. M DC XCIX ACADEMIE regia scientiarum cum elogis historicis Academicorum inde ab hoc tempore mortuorum; accessit praefatio de utilitate Matheos & Physica; Autore Dn. de FONTENELLE, Secretario Academiae perpetuo.*

## Tomus II.

Parisiis, apud Mich. Brunet, 1717, 12.

Plag. 18.

Alter hic Tomus est, complectens Vitas Sociorum Academiarum Regiae Scientiarum, ab A. 1707, a Cel. Fontenello in ipsa Historia Parisi, passim exhibitas. Prior eodem Autore apud Batavos jam A. 1709, Parisiis vero A. 1714 demum prodierat. Nec a styli nitore commendari nec prolixius excerpti liberum opus est, cum & fama Cel. Autoris nullo præcone egeat, & suo loco, ubi historiam Academicarum Regiarum recensuimus, vitarum quoque ibi comparentium excerpta dederimus. Placet itaque ea saltim curatiis hic enotare, quibus vita Ill. Leibnitii, in his Actis A. 1716 Mens. Jul. exhibita, illustrari potest, quo eo sanctius memoriam Viri de utroque Diario, Parisiensi & nostro, optime meriti colamus. Occasione Dissertationis de *Francorum origine* A. 1716 editæ, Ill. Leibnitio cum Rev. P. Turneminio controversiam natam refert. Inter opera ejus affecta præcipuum est *scientia infiniti*, cuius uberior historia suppeditatur. Eodem pertinet *nova Metaphysica*, quod studii genüs ingenio Leibnitii admodum metaphysico imprimis conveniebat, tum *Alphabetum cogitationum humunarum*, opus lingue ipsius universalí (de qua paulo post) prorsus affine. Machinis ab ipso inventis, postquam Arithmeticam machinam ingeniosam potius quam utilem pronunciavit, addit Cl. Autor *molem alatam* exauriendæ ex profundissimis metallifodinis aquæ, cuius usum metallifossores data opera suppresserunt. Inter Cartelianos, cum Leibnitio disceptantes, post Abbatem Catelanam Papinus quoque adducitur. Inde litem de gloria inventi calculi differentialis uberrime exponit, & quam æquum sit judicium suspendi, cum Leibnitius morte præventus *commercialium* suum *mathematicum*, quod meditabatur Anglis opponendum, edere non potuerit, doret. Illud notatu dignum Cel. Autor observat, quod Leibnitius jam A. 1671 in Theoria motus abstracti Regiae Academia inscripta infinite parva alia aliis majora posuerit, unde mathematicarum rerum gnari calculi ejus principiis haud leviter tinctum intelligunt. Verum constat, quod Angli præcipuo argumento epistola Newtoni ad Leibnitium Anno 1672 data utantur, in qua tamen calculum differentiale contineri, nunquam agnovit Leibnitius. Ratio, cur Leibnitius se post irritos aliorum conatus philosophicam & universalem linguam perfecturum esse speraverit, proponitur; quod alii characteribus non satis realibus (ita enim appellabat)

P. 23.  
57.  
60.  
76.59.  
39.  
42.49.  
53.  
76.

labat) usi effecerint quidem, ut populus alterius linguae ignarus agere cum eo posset; sed characteres adhibendos esse algebraicis persimiles, nihil plane superflui aut æquivoci continentes, quo memoria, ratiocinatio atque ingenium his sufficiatur ac sublevetur. Multæ erant peculiares Viro Illustriss. sententiaz, quas, cum ex scriptis ejus facile petantur, ob rationem ante allatam ex Clarissimo Autore afferre superfluum foret. Merentur interim legi apud nostrum, quæ de harmonia ejus præstabilita eleganter exponit, qui & succinctam inde Monadum Leibnitii explicationem suppeditavit. Ad ejus opiniones singulares pertinet quoque, quod etsi mechanica philosophia addicetus, Aristotelem tamen Cartesio longe anteposuit, & secus ac Cartesius, finales causas haud sprevit. Quam tenax sua religionis fuerit, argumento est Cel. Autoris suspectum minime testimonium, quod, ubi Parisis cum largo fortunarum suarum proventu degere potuisset, modo catholicæ fidei nomen dare vellet, hoc prorsus renuerit. Scilicet agnovit (quod coram amicis fassus) necessitatem religionis in Rep. & veritatem ac præstantiam Christianæ, & iater sectas Christianorum meliores Nostratum sententias, quippe nec rationi contraria defendantium, nec mysteria prorsus eliminantium, ut Theologia quidem contineat Philosophia sublimiora, non tamen eidem contradicat. Alios tamen patienter ferebat, & merito a Cel. Autore laudatur, quod, cum Bælium aggredieretur, ei beatorum quidem sedem minime negaverit. Supersunt miscellanea quædam v. g. quod modernus Rex M. Britanniae ipsum fidem dictionarium sum appellare consueverit. Cum Venetiis a nemine stipatus per mare Mesulum peteret, navarcha ipsum Germanum hæreticum adeoque ortæ tempestatis causam esse ratu, in mare projiceret decreverat. Leibnitius ergo arripiens, quod consulto secum tulerat, *Pater noster* (ut vocant) tantæ superstitionis speciem præse ferebat, ut quidam ex nautis dominum admonens, injustum esse hominem minime hæreticum damnare, certum ipsius interitum averteret. Ridens toties iterata sub specioso perpetua pacis prætextu gentium foedera, non improbabat Librarii Batavi jocum, qui in titulo pacis perpetua cœmeterium repræsentabat. Cum non interrupta studia sectaretur, nonnisi oppressus sonno sellæ insidens parcius dormiebat, atque ita per integros sape menses sellæ adhæsit. Anno etatis quinquagesimo de matrimonio cogitaverat, sed cum fœmina, quam sibi destinaverat, tempus liberandi rogasset, ipse vicissim de proposito meditandi otium noctis, mentem mutabat. Ad prosequendum funus ejus cum aulici omnes evocati essent, nemo tamen comparuit, quod rhetorico argumento a Cel. Autore excusatur. Ceterum quod raro accidit profundæ ac multijugæ eruditiois viris, admodum erat affabilis, nec cuiquam, a quo literis compellabatur, responsum negabat. Objectum avaritiae crimen Cel. Autor diferte diluit, demumque, Cl. Eckardum vitam Viri incomparabilis plenissimam, atque collectionem omnium operum ejus daturum esse, spondet.

•603• : •603• : •603•

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quæ Lipsiae publicantur,*

## SUPPLEMENTA.

*Tom. VII Sect. X.*

---

THE LIVES AND CHARACTERS OF THE  
most eminent Writers of the Scots Nation.

h. e.

**VITÆ ET CHARACTERES CELEBRIORUM  
Scotie Scriptorum, Autore GEORGIO MACKEN-  
ZIE, M. D. & Socio Collegii Medico-  
rum Edinburgensis.**

*Volume II.*

Edenburgi, apud Jac. Watson, Vol. I, 1708, Vol. II, 1711, fol.  
Alph. 11 pl. 18.

**E**T si gratiam novitatis apud Britannos amiserit fere opus  
hoc summo studio elucubratum, quippe jam pridem edi-  
tum, attamen novum quodammodo videbitur nostris  
hominibus, cum nunc demum, non sine sumtu ac soli-  
licitudine, ad nos pervenerit. Cumque adeo haud plane pro-  
termittendum censeamus Scriptorem industrium, breviter qui-  
dem rem expediemus. In prolixa Praefatione, quæ Tomo I  
præmittitur, propositum sibi initio suisse refert Autor, ut ad  
Dempsteri exemplum, catalogum necteret Scriptorum Scotiz,  
qui a Seculo V ad XVII floruerunt, sed cum sterile admodum  
hoc opus futurum intelligeret, mutasse animum, & vitas pau-  
lo fuisus exponere aggressum, quibus catalogos non tantum

H h h

libros

Ibrorum eorumque editiones varias, verum & excerpta ad modum Du Pinii, & censuras ac suffragia eruditorum inserere constituit. Ne vero Hyberni, qui veterum Scotorum nomen sibi vindicant, & Scotiz appellazione Albaniam ante Seculum XI designatam, cum Ussorio negant, sibi erectos fuisse cives suos querantur, multis hic eruditte probat, Scottos Hybernos potiori jure a Britannia Septentrionali arcessendos esse, (quibus recensendis supersedemus) simulque nuntiat, Georgium Comitem de Croinarty prelo parasse tractatum, quo ex ipsis Hybernorum monumentis evicerit, Scottos diu ante nativitatem Christi e Hibernia in Scotiam penetraisse. Ceterum in gratiam eorum, qui operi imprimendo sumitus procurarunt, non tantum ubique controversiarum aut hæresium, si quem autorem iis obnoxium reperit, originem & seriem recenset, verum & in varia argumenta data occasione digreditur ac latisime expatiatur. Ita Tomo I in vita *S. Bonifacii* Archiep. Mog. quibus artibus Papatus creverit, docet; in vita *Clementis*, Academiz Paris. fundatoris, historiam Arianismi; in vita *Davidis Scoti*, qui Henrici V Imp. historicus fuit, controversiam Henrici cum Pontificibus de investitura, & in eadem Poetæ Laureati, qua dignitate autor sufficit, originem; in *S. Alredo* historiam Abælardi; in *Hugone Benbam* statum Ecclesiæ & Imperii, qualis ejus ætate fuit; in *Simone Taylor* historiam musicæ ecclesiasticæ; in *Jobanne Duns Scoto* varias explicandi Scripturas methodos inde a nato Christo, & doctrinam speciatim Petri Lombardi; in *Wilb. Dempstero* variæ de Raymundo Lullio; in *Thoma Abbe Dundranano* historiam Concilii Bafleensis, cui is magna autoritate interfuit; in *S. Virgilio*, qui Antipodes credidit, ideo a S. Bonifacio hæreses damnatus, statum Geographiæ ante & post illa tempora; in *Simeone IVbito* historiam extirpationis Templariorum; in *Radulpho Strode*, historiam Wicleffistarum; Tomo II in *Wilhelmo Elphinston & Jo. Leslao*, qui historiam patriæ ad sua usque tempora perduxerunt, ex his aliasque Scotiz pariter & Angliz scriptoribus, ac documentis, historiam Scotiz universam usque ad mortem Jacobi V tradidit, reliqua ad unionem usque utriusque Regni Tomo III, seu ultimo, quem sperare nos jubet, additum.

diturus; pariter in *Alexandro Alesio*, Professore Theologiae Lipsiensi, & aliis, universam fers historiam Reformationis; in *Hector Boethio* (*Boetius* vocat) Geographicam Scotiz descriptiōnem, quam nemo hactenus dedit ab erroribus innimāem, in *Johanne Schevez* originem & progressum Juris Canonici, ut & Inquisitionis; in *Georgio Waucbop* historiam Juris Civilis; in *Adriano Turnebio* (*Turnbull* vocat) & aliis, variorum veterum Philosophorum, Oratorum, Poetarum vitas, ut plura alia taceamus, luculentissime exposuit. Primus Nostro Autor est Pelagius, qui Seculo V floruit, ultimus vero Leszeus, anno 1596 extinctus. Ceterum speciminibus uberioris deducendis supersedemus; id tantum monentes adhuc, præmissam esse primo Tomo *Gilberti Grayi* Orationem latinam de illustribus Scotiz Scriptoribus, & subjunctum alteri instrumentum regalium, Coronæ scilicet Imperialis Scotiz, Sceptri & Ensis (quæ accurate describuntur) in castello Edenburgi anno 1707 die 10 Martii reconditorum.

### CAMPÉGII VITRINGÆ COMMENTARIUS in Librum Prophetiarum Esaiæ, cum Prolegomenis,

#### Pars I.

Leopardiæ, excudit Francisc. Halma, 1714, £.

Alphab. 8.

**Q**ui Jesaiæ, vati excellentissimo, & quæ per ipsum accepimus, oraculis justum dignumque statuerit pretium, qui vero & difficultates recte noverit, quæ vel doctissimum & in facris libris explicandis alioqui non infelicem hec fere semper circumstant ac premunt interpretem; is certe & summam laudem & maximas gratias deberi ultro nobiscum fatebitur Viro, quem nunc in scenam iterum producimus, celeberrimo, multisque nominibus de Ecclesia ac erudito orbe meritissimo, qui, quos in Apocalypsi explicanda nuper retulerat plausos publicos, nunc denuo, aut si qui majores adhuc esse possint, præstantissimo hoc opere sollicitat. Neque vero iam nostrum est, vel Autoris, Hhh et vel

vel egregii laboris ejus praecomes agere : id falem dabimus ope-  
ram, ut consilium & rationes hujus Commentarii lectorum  
oculis subjiciamus : neque enim elogium scribi potest præstantius,  
quam ut vel ex aliquali operis notitia ipsi lectores ferant  
judicium, quod non magnificum esse non posse, sumus persuasissimi.  
Tria vero imprimis sunt, quæ doctissimus Autor in  
evolvendis istis vaticiniis secessatus est, primum, ut sensus oratio-  
nis, quæ in istis oraculis vel maxime sublimis, elegans ac magnifica,  
adeoque haud raro impedita & difficilis est, investigetur ac  
constituatur. Præsticit hoc Autor, si quisquam, egregie, erutus  
que vocum ac selectorum loquendi generum, quibus imprimis  
magna apud hunc vatem inest vis ac elegantia, ex indeo lingue  
aliisque subsidiis nativa virtute & significacione, totum  
sermonem, quantumvis alicubi præruptus, obscurus, & coheren-  
tiaz mutuaz impatiens prima fronte videatur, ita complanat  
feliciter, ut prona ac facilis undique defluat oratio. Qua in re  
quum laborat Noster, in agnum pretium statuit illi adjumentum,  
quod ex lectione traditionaria, quam vocat, hoc est, ea quæ  
in synagogis per traditionem conservata, ac hodiensem extantibus  
Masoretarum punctulis expressa fuerit, defumitur, a qua  
lectione difficuler se recedere profitetur. Quam vero quum  
ignoraverit interpres Alexandrinus, qui sub nomine & numero  
 $\tau\alpha\omega\tau\epsilon\delta\sigma\mu\pi\kappa\sigma\tau\alpha\tau\epsilon$  prodiisse Nostro dicitur, qui tamen & præ-  
terea multis aliis interpretibus fuerit imperitior, factum est, ut  
in multis sermonem Prophetæ deformatum exhibuerit. Ma-  
joris vero usus & fidei judicat esse versiones  $\tau\alpha\omega\tau\epsilon\delta\sigma\mu\pi\kappa\sigma\tau\alpha\tau\epsilon$ , Aquile,  
Symmachii ac Theodotionis, quos suis Autor effert laudibus.  
Consuluit tamen etiam Judæos interpres, Paraphrasam, atque  
imprimis A. Esram & Kimchium, rei grammaticæ peritissimes,  
neque tamen plus iis, quam merebantur, unquam attribuit.  
Constituto sensu verbali ad realis investigationem Vir præ-  
stantissimus pergit, quæ est alterum illud momentum, in quo  
operam & labore suum collocavit, atque in objectum, quod  
vocant, visionum propheticarum sollicite inquirit. Hic vero  
quum in diversas abire vias Viros doctissimos, qui se in vase hoc  
interpretando præverant, deprehenderet, alios, vestres im-  
primis,

primis, Origenem, Victorinum Petavionensem, Eusebitum, Hesychium, spreta omni sensus literalis cura, meras venatos esse allegorias & mysteria: alios, Pellicanum, Calvinum, Brentium, Piscatorem, Estium, Sanctium, Tirinum, sensui imprimitis proprio, naturali, ac literali operam dedisse, primaque rerum praedictarum complementa spectantes, explicaciones suas cum proximis editorum Prophetiarum circumstantiis contulisse: alios, in quibus familiari ducit H. Grotius, omnia vaticinia ad ges & homines illorum temporum sensu literali adstrinxisse, quæ sensu sublimiori, non nisi ex divina inspiratione cognoscendo, a Christo & Apostolis rebus N. T. applicentur, etiam si de iis directe ac proprio sermone nusquam agant: alios cum Coccejo, rufus ex altera parte omnia sensu literali de rebus N. T. nihil vero quicquam de illorum temporum factis, deflexis in mysticas notiones nominibus propriis, explicasse: alios demum ea, quæ de rebus N. T. agunt, vaticinia de ultima Ecclesiaz periodo intellexisse, eorumque complementa paulo ante mundi consummationem expectanda prospexit: ita se gerit Nosler, ut nihil ingenio, nihil præconceptis opinionibus indulgeat, sed rationalem ubique demonstrationem, aliquando certam, aliquando tantum probabilem, prout ferre materia videbatur, sit consecutus. Collegit igitur primum characteristica objecti attributa quoad illa cum in ipsis oraculorum visceribus passim expessis continentur, tum ex temporis, occasionis, scopi, aliarumque rerum circumstantiis fuerunt inquirenda; instituta finali aliorum, quæ vel apud hunc, vel alios vates occurrunt, & ejusdem sunt argumenti, vaticiniorum sollicita comparatione, atque ex illis characteribus deignum, cum historiarum monumentis, delineatisque ibi hominum, gentium, rerumque gestarum, de quibus in vaticiniis agi posse probabiliter conjicias, circumstantiis, accurate collatis; & habita vel maxima ratione autoritatis Christi, Apostolorum ac Evangelistarum, sicubi forte historiarum vaticiniorum particulas allegaverint; prudenter determinat, utrum vates in hoc vel illo oraculo de suorum, an futurorum temporum rebus, de populo Iudeo econominæ veteris, ea de populo Messiaz sub N. T. de Jesaia, Hiskia, Zerubabeli,

Maccabæis &c. an vero de Messia loquuntur. Unde adeo necessum ipsi fuit, quædam vaticinia de illorum temporum hominibus aut factis, quædam vero & de rebus novi fœderis, sensu literali & proprio, explicare. In iis tamen, quæ de illorum temporum œconomia proxime & directe agunt, posteaquam scenam cujusque visionis, temporisque & aliarum circumstan- tiarum terminos luculenter fixit, non obliuiscitur omnino se- sus mystici, quo omnia illa ad res sub N. T. futuras referuntur, istumque sensum mysticum non ex qualicunque tantum rerum ad invicem analogia, aut similitudine, quam humanum ingenium exculpere forte possit, sed & aliis mystice hujus relationis vestigiis ac characteribus, quæ vel ipsa Scriptura evidenter sup- peditat, vel diligentior viarum Dei ad se invicem collatio docere potest, solidius demonstrat. Ultima tandem Interpretis nostri exercitatio in implementis vaticiniorum ostendendis versatur, quæ si luculenter demonstrari queant, non leve certitudinis pondus in ipsam interpretationem remittunt. Executus est hoc Noster cum amplissimæ eruditio[n]is apparatu, atque ad ea quod attinet, quæ gentium illius temporis fata spectant, insertis tum ex sacro codice, tum ex profanis historiarum monumentis Ba- byloniorum, Philistæorum, Moabitum, Syrorum Damase- norum, Ægyptiorum, Arabum, Cuschæorum, Tyriorum no- titiis, tantam vaticiniis ex complemento eorum intulit lucem, quanta in ista antiquissimæ historiæ caligine vix poterat ex- pectari. In iis vero, quæ ad novi fœderis tempora pertinent, complementa perfecta ab imperfectis follicite discrevit, deque iis, quæ in quovis oraculo eventum jam sortita sint sūm, quo- rumque adhuc exitus venturis temporibus videatur expectan- dus, ea, quæ virum pium consiliorumque divincrum reveren- tem decet, modestia mentem suam exponit. Ista sunt ca- pita, in quæ totus Interpretis nostri labor dispescitur. Quod ta- men ita capiendum non est, ac si hæc tria semper in unaquaque visione separatim exhibeantur. Aliquando enim doctrinae leges postulabant, ut junctim omnia committerentur, saltem ordinis ratio non erat in præjudicium melioris intelligentiæ strictius observanda, neque enim quæstio de vaticiniorum vero objecto

ac

ac hypothesi felicius, quam ex collatione eorum cum rebus postea gestis, excuti s<sup>e</sup>pe potuit, quum complementa sint quasi clavis oraculorum. Neque etiam sensus verborum satis poterat exponi, quam praestructa prius visionis hypothesi ac subiecto, ad quod dein singulæ orationis partes luculenter essent applicandæ. Ita ergo omnia aut conjunctim, aut separati<sup>m</sup> considerantur, præmissa nunc hac, nunc illa parte investigationis, prout ubique omnia capienda menti vatis quam commodissime videbantur inservire. Ceterum & aliorum interpretum, ubi id mererentur, fententias magna fide consert, discussisque singularum rationibus materiam non solum luculentius illustrat, sed & lectorem eoducit, ut ipse de quæstionibus solidum ferre queat judicium. Præmisit vero & Prolegomena, in quibus de auctore horum vaticiniorum, de temporis ambitu, quo officio functus est, de argumento generali ipsius prophetæ, ejusdemque stylo ac phrasí, divina etiam auctoritate contra Spinosam, scopo tandem accusu ejus, pariter de serie ordinis, quo liber hic inter Prophetas disponendus est, elegante in tractationem instituit, sub juncta simul generali totius voluminis partitione. Integrum opus in V partes distinguit, quarum I continet Sermones V ad Judæos & Ephraimitas cap. I--XIII, II Sermones VIII ad gentes exteras cap. XIII--XXIV, III Sermones tres de judiciis divinis in Judæos & hostes Ecclesiæ c. XXIV--XXXVI, IV sermones IV consolatorios de adventu Messiae, ejusque signis, atque in his imprimis de liberatione ex captivitate c. XL--XLIX, V sermones V de ipso Messia ejusque persona & regno cap. XLIX--LXVI. Quibus Propheticis inserta est pars Historica quorundam casuum, in quibus ministerio hujus vatis Deus usus est, cap. XXXVI--XL. Tonus hic prior priores partes duas complectitur, adeoque a cap. I usque ad XXIII inclusive pertinet. Ex quo jam paucissima excerptemus specimen, plura daturi, ubi ad alterius Tomi narrationem ventum erit. Quæ de Jesaia partim regio sanguine nato, partim a Manasse ferrata dissecata circumseruntur traditio, eam in dubium omnino vocat Noster. Difficilem illam pericopam c. VIII, 23 & IX, 1 ita explicat, ut in illa ipsius illius magni Doctoris, qui populo suo fieret

Proleg. p.

1, 2.

P. 232.  
seqq.

P. 187.  
seqq.

fieret sanctuarium, v. 14, & auroram in Ecclesiam induceret v. 20, ejusque ortus descriptio habeatur, hoc sensu : *Quia, (re-lata hac part. ad v. 20 & contextum antecedente) non erit tunc spissa caligo ei regioni, cui angustia fuit,* (sc. Galilææ, quippe Galilæi, h. e. Zebulonitæ & Naphthalitæ, & Aseritæ, a Tiglath-Pul-assare ante alios Ephraimitas abducerentur e terra sua, & in omnibus bellis, quæ Ephraimitæ gesserant cum Syris, aut hosti-bus Aquilonaribus, semper fere illi primos sustinere coacti impetus hostiles, & gravius longe quam alii pressi atque afficti fuerant,) *tempore priore vilem fecit Deus terram Zebulon & terram Naphtibali,* (eamque contemptius habuisse & præ ceteris vilipendisse visus est) *sed tempore posteriore eam honoravit via maris,* i. e. in tractu ad lacum Tiberiadis, qui a Zebulonitarum & Naphthalitarum portionibus ambebatur, *trans Jordarem,* i. e. in tractu supra mare Galilææ, ad Septentrionem, circa Jordanis origines, *Galileam gentium.* *Populus, qui in tenebris in-cedit, vidit lucem magnam &c.* Quando queritur c. VII, 15, 16, quomodo hæc de Mesia dici queant, ita tamen, ut signum sint auxilii divini tempore Achasi contra Pecachum & Retsuera, inhaeret iis, quæ in Observ. Sac. lib. V c. I differuit. Existimat ergo, Prophetam in Ecstasi divina constitutum, signum nasci-turi Emmanuelis ob oculos sibi positum, tanquam rei presentem intueri, eandemque nativitatem fidelibus repræsentare, quasi jam tunc facta esset, supponendam. Sensus igitur talis emergit: iste puer, cuius aliquando futura nativitas certo vobis expectan-di auxilii signo esse debet, quemque ut jam nunc natum & præ-sentem mihi videre videor, educabitur ex in melle & butyro, i. e. communibus ac consuetis apud nos alimentis, quæ ex agris cul-tis, nulloque ab hoste occupandis proveniunt nobis indies, donec ad annos discretionis pervenerit, quibus *inter bonum & malum distinguere noverit.* *Antequam autem eo pervenerit,* atque antequam ab hoc ipso, quo hæc loquor, quoque Immanuelem, tan-quam jam nunc natum, aspicio ac vobis repræsento, tempore tantum temporis elabatur, quantum ipsi huic pueru opus est, *ed annos discretionis attingendas, deferetur terra illa, propter cu-jus duos reges agre tibi est.* Ut adeo, si extra ecstasicam illam suppo-

suppositionem nati Immanuelis tanquam præsentis, accipiuntur verba, hoc tantum sibi velint: non esse plus lapsuim temporis, a quo hæc proferantur verba, usque ad terram, cuius duo Reges Judæos vexabant, spoliatam ac desertam, quam elabetur a tempore concipiendi & nascituri Immanuelis usque ad ejus ætatem discretionis. Quæ ut majorem accipient lucem, juvat & aliud dubium attingere, quod ad eundem hujus capititis sermonem propheticum spectat. Desperata fere videtur esse quæstio, p. 176 seqq. unde epocha illorum 60 annorum ducenda sit, quorum cap. VII, 8 fit mentio, quibus elapsis regno Israelitico plenaria prædicta destrucción; longe enim citius, quam ut ab eo tempore, quo locutus est hæc vates, numerari queant illi 60 anni, complemētum hujus vaticinii contigit. Examini heic subjicit Noster diversas virorum doctissimorum explicationes, quas tamen omnes magnis adhuc urgeri difficultatibus ostendit. Grotius & L. Capellus loco שְׁנִינָה וּמִשְׁנָה legendum censem סְנִינָה וּשְׁנָה ut XI tantum numerentur anni, atque id probare conantur ex historiæ rationibus. Quum enim prophetia hæc edita sit anno Achazi secundo, biennio fere ante obitum Pecachi, Hosæ vero, Pecachi successoris, anno IX expugnata sit Samaria & populus in exilium actus, habes undecim, i. e sex & quinque annos. Multum huic conatur Critico tribuit Interpres noster celeberrimus, qui utraque manu largitur, posse aliquando lectionibus codicis Massoretici, in numeris præcipue nonnihil a liberariis pasci, imo & debere manum Criticam, sobrie tamen & quam cautissime, adferri. Juvat vero & hanc emendationem, & quod autores illius intactum reliquerant, exempla numeri fracti pro integro usurpati adducit, quum querere quis posit, cur sex & quinque anni dicantur, qui dicendi erant undecim, Ezech. XLV, 12, Hos. III, 2. Neque tamen hanc nodi solvendi rationem suam facit, quum inter annum hujus prophetiz, & tempus expugnatæ Samariæ numerandos esse, non undecim, sed XXI annos demonstretur ex eo, quod Achazus, cuius anno secundo factum est vaticinium, regnaverit annos XVI, 2 Reg. XVI, 2, successore in natus filium Hiskiam, cuius anno sexto innectitur exilium Israælitarum, 2 Reg. XVIII, 10, ex quo surgit numerus annorum XXI.

iii

Quæ

Quæ adversus ista excipiuntur, curate excutit Vir doctissimus, pluribus tamen, quam ut transscribi queant. Excutit & Hebreorum interpretum sententias, a Christianis magno numero adoptatas, aut leviter saltem inflexas, qui numerare incipiunt a tempore Amosi vaticinantis cap. I sequ. & quicquid alii ad expediendum hoc dubium attulerunt. Quæ quum omnia non faciant satis, aliam viam init, atque legi jubet וְמִזְרָחַ וְשָׁמֶן ubi habetur וְחַמְסָה וְשִׁבְעָה, ita ut ' abruptum a vocula שָׁמֶן sit nota numeri denarii, qua ratione Hebreis in usu est literas loco numerorum positas virgula insignire. Quum vero & apud Rabbinos terminatio pluralis וְ ita concedatur, ut, וְ abjecto, ? finale tali virgula notetur, factum esse suspicatur Interpres, ut librarii pro ' וְ שָׁמֶן legerint conjunctum ' שִׁבְעָה quasi esset concisum ex וְשִׁבְעָה, quod illi, loco abbreviatur, quam vocant, integrum adscriperint. Inde factum esse, ut jam legamus וְחַמְסָה ubi legendum erat וְמִזְרָחַ וְשָׁמֶן, atque numeremus sixaginta quinque, ubi numerandi sint sedecim & quinque i.e. XXI, qui est legitimus annorum numerus ab edita hac prophetia usque ad interitum regni Israelitici, quo in numero fere continetur ætas pupillorum, antequam annos discretionis assediti putantur. Neque etiam sine ratione factum esse arbitratur, quod loco numeri integri XXI, habeatur fructus XVI & V; in priori enim respicere Prophetam ad annos XVI regni Achazi, in altero ad annos regniniis Hiskiae, quorum quinque transierunt, antequam Samaria fuit expugnata. conf. 2 Reg. XVIII, 10. Sed cohibendus tandem est calamus, postquam id solum adhuc monuerimus, neque Bibliopolam in hoc opere imprimendo passum esse, ut quicquam, quod ad splendorem & elegantiam ipsi conciliandam inservire potest, facile desideretur.

*ECCLESIA ROMANA CUM RUTHENICA  
irreconciliabilis, seu scriptum aliquod Doctorum Sorboni-  
corum Augustissimo Russorum Imperatori, ad utriusque*

*Ecclesiae unionem ei suadendam, exhibitum, modeſte  
expenſum, & animadversionibus illustratum*

*• JO. FRANCISCO BVDEO,*

*Tb. D. & P. P.*

Jena.

Jenæ, apud Jo. Felicem Bielkium, 1719. 4.

Pl. 8 &amp; dimid.

**Q**UAM Augustissimus Russorum Imperator anno hujus Secundi XVII Galliam in itinere lustraret, ades quoque Sorbonicas, quæ Lutetia Parisiorum suat, ejusque collegii Bibliothecam ingressus, inspectis quibusdam codicibus Slavonicis, de rebus ad religionem pertinentibus conscriptis, occasionem dedit Theologis hujus domus, ut illi reverenter injicerent verbum, de religione Ruthenorum, deque singulari accessione laudis, quæ tanto Imperatori accresceret, si Ruthenorum Ecclesiæ cum Romana conciliandæ operam daret, rem enim eam, si rite tractaretur, non esse ita difficultem. Quibus responsum dedit Imperator: suum non esse, militiam & imperium tractantis, componere capita dissensionis, quæ inter utramque Ecclesiæ intercederent, quodsi autem cum Ecclesiæ suis Episcopis rem Scripto conferre voluerint Doctores Sorbonici, facturum se auctoritate sua, ut illos ad rescribendum adducat. Exhibuerunt igitur illi scriptum aliquod Imperatori, ad genium nostræ zetatis, ut observat Autor, compositum, qua missa rigidiore illa & parum felici Guidonis Carmelitæ, Gabrielis Prateoli, Antonii Cauci methodo, qui acriter Græcos sunt infectati, molliorem viam ingressi sunt recentiores pacis conciliatores, atque in id ingenii vires intenderunt, ut utriusque Ecclesiæ, & Latinæ, & Græcæ, confessionem prætexentes, blanditiis verbisque ad fallendos incautos compositis ad partes suas Græcos pertraherent. Cujus scripti exemplum aliquod cum a Viro quodam aulico, illustri & erudito communicatura fuerit summe Rever. Domino Autori, dignum illud censuit, de quo mentem suam exponeret, præsertim, quin Vir ille summus id haud obscure exigere ab ipso videretur. Ea vero ratione consilium suum Vir summe Rever. est exsecutus, ut integrum exhiberet Scriptum Sorbonicum, adjectis subinde ad singulas ejus partes animadversionibus suis, in quibus summa & doctrina & modestia que adhibentur. Præmissis ergo nonnullis de indole Augustissimi Imperatoris, superstitioni omni, omni & dominati clerice rum penitus adversa, quæque adeo spem unionis cum Ecclesia

§. 32

2.

x.

4, 5, 6

Iii 2

Roma.

- Romana, ex utroque capite, non obstantibus sapientiorum quorundam in Gallia purioribus sententiis, vehementer invisa, tam  
 7. tamen non omnem intervertat, ad magnificentam unionis & pacis commendationem, qua negotium inchoant Doctores Sorbonici, notat Noster, neque pacem cum libertatis ac veritatis jactura quicquam prodeesse, neque consecutum ac indubium esse, quod promuntiant Viri isti, non esse inter Ecclesiam Ruthenicam ac Romanam tanta conjunctionis renovanda impedimenta, quanta sint inter Romanam ac Protestantein. Seilicet, ubi iam ad rem ipsam ventum est, exponunt primum Sorbonici Doctores eos articulos, in quibus consentire utraque Ecclesia perhibetur, quales esse dicunt, qui de Deo, de persona Christi, ejusque redēptione, de peccatō originis & auxiliis gratiæ, de sacramentis & inprimitis S. Coena agunt. Ad quæ observat Autor celeberrimus, in præcipuis etiani coivenire ipsis cum nostratis, spe tamen unionis nulla apparente, de gratiæ autem adjutorio dogma huc nihil facere, quippe in quo ipsis sibi aduersentur Pontificii. Ad Sacraenta quod attinet, Græcos quidem hodie septem numerare, ipsos tamen, præterquam quod, quænam VII illa sint, expeditum & constans inter ipsos haud sit, dud tantum præcipua & eminenter ita dicta agnoscere. In Sacramento ~~Oecumenice~~ Græcos quidem voces μεταβολὴ, μεταμόρφωσις, μεταπόντος, μεταρχήσις usurpare, sed ad isolam præsentiam realein, licet minus accurate, exprimendam, non vero ad transubstantiationis dogma stabiliendum, id quod ex confessionibus eorum, *Metropolitanis Critopoli* imprimis, sit manifestum. Et quamquam postea Romanensium artibus factum sit, ut vox μεταβολής adhiberetur, qua primus *Gabriel Severus*, Episcopus Philadelphiensis, usus est, quanquam & in odium Cyrilli Lucaris quedam cum voce illa, veteri Ecclesiæ Græcæ ignorata, admittentur, de Russis tamen, antiquæ disciplinæ tenacioribus, tale quid haud posse præsumi. Illud vero merito castigat Autor summe Rever. quod de communione sub una, arduo isto & magni momenti negotio, cautius, an callidius? tacuerint prorsus. Ubi ad alia de cultu sanctorum, imaginum, reliquiarum, ac officiis pro defunctis, de potestate & legibus Ecclesiæ pergunt, imprudente

dentiz eos Noster reos agit, quod de cultu sanctorum &c. a superstitionis nota distinctionibus praxi contrariis haud liberando, consensum jactent tanto Imperatori, qui in eo est totus, ut suos ad saniorem mentein reducat. Purgatorium Græcos, quanquam medium quendam animæ statum singant, sensu Pontificio prouersus negare, Autor ostendit, potestatem etiam Ecclesiæ & autoritatem eos aut universali Ecclesiæ tribuere, aut si particulari, non minus sux quam Romanæ. Jejunia vero Græcorum a Romanenibus longissime differre, ipsis *Alexandri Helladii* verbis docetur. Docetur etiam imprudenter consensum jactari de traditione, tanquam principio fidei, quin illa sit Palladium omnis superstitionis. Unam esse Ecclesiam catholicam, quam extra non sit salas, agnoscere quidem Russos, ista enim adhuc articulis consensus annumerantur, ipsos tamen hanc laudem sux, si non soli, saltem imprimis, Romanenses autem tantum sux (at quantus hic est dissensus) tribuere. Ubi Ecclesiam judicem controversiarum esse dicunt Sorbonici, illos aut fucum facere imprudentibus, arguit doctissimus Autor, si per Ecclesiæ judicium intelligent judicium Pontificis, aut genuinos Ecclesiæ filios eos haud esse, quippe quæ non alium quam unum ipsum illius propositionis sensum admittit. Ad obstaculum & dissensus descenditur, ubi cum primo loco occurrat diversitas disciplinæ & ceremoniarum, regerunt Sorbonici, eam non impedire debere unitatem, siquidem usque ad Cerularii tempora levata ea sit inter Ecclesiam utramque, non obstante disciplinæ diversitate; relictum ergo iri ipsis ceremonias, dummodo contrarium praxin non improbent. Observat autem Noster, notam esse tyrannidem Ecclesiæ Romanæ, ubi ipsi facultas data sit contra dissentientes etiam in ceremoniis. Provocat ad Hussitas, Protestantes, ipsos etiam Græcos. Schisma vero inter Ecclesiam Græcam & Latinam jam a Photii temporibus, diu ante Cerularium, repetendum esse. Alterum obstaculum est primatus Romani Pontificis, de quo docere se ajunt Sorbonici, Episcopos jure divino successores esse Apostolorum & Christi vicarios, Romanumque Pontificem, qui sit legitimus Petri successor, jure itidem divino esse primum Episcoporum, ac primum Christi vi-

§. 13.

14.

15.

16.

17.

carium, eoque nomine unitatis centrum ac communionis visibile vinculum, ex quo habeat Apostolica ejus sedes potentissimum principalitatem, juxta Irenzeum, quam quilibet alia singulatim sedes, ad invigilandum in universa Ecclesia observationi sacrorum canonum, fideique & veritatis conservationi, docente Cypriano. Atque hunc primatum, in Evangelicis verbis fundatum, avita priorum Ecclesiarum seculorum traditione testatum, agnoscisse octo priora, quae Ecclesia Ruthena suscepit, concilia oecumenica. Hoc unicum esse de fide, cetera non item: ipsumque id agnoscisse Pontificem, qui *Bosseti Expositionem Condaminensem* approbaverit. De cetero normam autoritatis Pontificiarum esse canones, ipsum autem Pontificem subesse conciliis, neque extra consensum conciliorum esse infallibilem, nec jus habere in temporalia Regum, nec absolvere posse subditos a fidei Sacramento. Quae omnia Ecclesia Gallicana, salva unitate fidei, doceat, licet aliis diversum quid sentientibus. Quicquid autem praeterea ex pactis, aut aliunde, habeat autoritatis in aliis Ecclesiis Pontifex, id non proteasum iri ad alias, in quibus usu id non invaluit. Neque tale quid unquam in conditionibus unionis restituenda fuisse. Adversum quae excipit celeberr. Buddeus, 1) primatum ordinis olim Episcopo Romano concessum fuisse, non vero primatum potestatis, docuisse potius Patres, Episcopos omnes & quales, solumque Christum caput esse Ecclesiarum, unitatem vero fidei solam esse vinculum unionis. 2) Potentissimum principiatatem Episcopi Romani apud Irenzeum eandem esse, quam Constantinopolitano tribuit Gregorius Nazianenus, oratio 33: εἰς ἡν τὸ πατριαρχόθεν ἀκρα συντρέχει καὶ οὐδεὶς ἀρχεῖται ὡς ἐμπορίος πολὺ τῆς πίστεως. Quo ergo nova Romæ a Gregorio, eodem sensu antiquæ ab Irenzo tribui potentissimum principiatatem, quia ob Romanæ urbis præstantiam necesse fuerit, omnem ibi convenire Ecclesiam, quae sunt ipsa Irenzi verba L. II c. III. 3) Primatum illum Pontificis Romani verbis Evangelicis fundatum, traditione firmatum, & prioribus octo conciliis agnitorum fuisse, prorsus negat Autor noster, imo vero ex Concilii Nicenii canone VI, de cuius sensu a Viris doctissimis diu actuus fuit, Concilio item Constantinopolitano can. 3 & Chalcedonensi can. 28

con-

contrarium probat. Quæ omnia quum nota esse oporteat Ruthenicis, facile judicari posse, quid de consensu in hoc capite, quod solum de fide esse contendunt Sorbonici, sit sperandum. 4) Quod ea solum, quæ de primatu hactenus dixerunt, de fide & constanti consensu recepta esse pronuntient, potestatemque Pontificis restrictam velint Sorbonici, in eo ipsis a longe pluribus, Jesuitis imprimis, quorum formidandum multis doctribus Sorbonicis nomen Noster appellat, magna cum animi contentionе contradici. Ipsum vero Pontificem eam doctrinam pro ea, quæ sola de fide fit, agnoscisse, probari non posse ex eo, quod Bossueti expositionem approbaverit: notum enim esse, quod & Spanheimius in stricturis ad illam expositionem docuit, eam approbationem non nisi difficulti, eoque septem annorum labore ac variis artibus obtentam & ita conceptam esse, ut nulla inde omnium, quæ eo libello continetur, approbatio excuspi queat, imo & Brevia hujusmodi in dogmaticis autoritatem exiguam habere, ipsamque Galliam constantissime docere, posse in illis falli Pontificem in rebus & facti & juris. Neque idem illud exinde probari posse, quod Pontifex Sorbonicos isthac docentes ex cœtu suo non excludat, sed salva sit nihilominus ipsis cum aliis Pontificiis pax & concordia unitatis: Pontificem enim a fulmine vibrando contingi non æquiori quadam de ista doctrina judicio, sed metu majoris mali, quod a potentia Regum Gallicorum oriri sibi queat. Pacem vero & concordiam inter dissentientes de isto capite, & Sorbonicos, jactari debere apud eos, qui turbarum Ecclesiarum Gallicanarum, earum imprimis, quæ affectata Pontificis autoritas nuper occasione Constitutionis *Unigenitus* excitavit, ignati sint. 5) Sponstiones istas, de relinquendo Ruthenicis Hierarchiæ Ecclesiastice arbitrio, contrarias esse experientiaz, & indoli Ecclesiarum Romanarum: adeoque tutius esse, libertate sua frui, quam, ubi ea semel in discrimen adducta fuerit, ances subire certamien. Illud autem rursus merito notat Autor celeberr. quod de questione de Clericorum matrimonio, quæ tanti momenti sit, eaque manifesti dissensis, ne verbum quidem injecerint Sorbonici, quia parum proficuum spei suæ istud argumentum.

§. 21.

tum fore deprehenderent. Ad ultimum obstaculum quod attinet, articulum scilicet de processione Spiritus S. contendunt Sorbonici 1) utramque phrasin, *per filium & a filio*, ab utriusque Ecclesiaz Patribus adhiberi, utramque particulam ex mente Basili M. & Gregorii Naz. idem hic significare, & locutionem utramque, si recte explicetur, eandem referre sententiam. Istam enim phrasin: *Spiritus S. procedit a Patre per Filium*: non solum id notare, quod Spiritus S. procedat a Patre, Pater autem & Filius ejusdem sint substantiaz; ea enim ratione quoque dici posse Filiun procedere a Patre per Spiritum S. quia quoque Pater & Spiritus S. ejusdem sunt substantiaz: sed eam insuper, latiori sensu, etiam hoc includere, quod persona utraque unum idemque sit principium ac simul de utraque Spiritus S. procedat, quamvis hoc Pater Filio dederit, ut quemadmodum de se, ita de illo quoque procedat, ut si lumen ab altero lumine sit accensum, amboque tertium communiter producant (qua similitudine utatur Gregorius Nyssenus lib. 7 c. Eun.) tunc illud tertium non solum a primo proxime, sed etiam a primo per alterum, recte dicatur procedere. Atque hunc sensum esse phraseos etiam alterius, *Spiritus S. a Patre & Filio procedit*, 2) Ipsum hunc sensum hujus dogmatis Ecclesiam Latinam a patribus Græcis, Epiphanio, Cyrillo, Alexandrino, Athanasio &c. accepisse, neque tamen eam moleste ferre, si qui Græci ad se accedant, eos symbolo suo, non addita particula: *filioque*, uti, modo conspirent in dogmate. 3) Istam questionem nunquam fuisse in causis schismatis, sed Cerularium, Latinos non nisi ob panem azynnum & alia quedam leviuscula arguentem, schismata temere fecisse, quocum & leniter expostulaverit Romanus Pontifex. Adversum duo priora monet celeb. Autor noster, questionem non esse, quomodo phrasis illa explicari queat, sed quomodo illam Græci revera explicent. Illos vero hodie non solum diserte negare aternam & substantiam Spiritus S. a Patre Filioque processionem, sed etiam religione sibi ducere, si a majorum suorum vestigiis vel latum unguem sit secedendum. Eamque rem tanto majori unioni esse obscurculo, quod in confessione fidei orthodoxæ, Græcis omni-

22

omnibus ad Latinam Ecclesiam transeuntibus jussu Gregorii XIII edenda, injungatur ipsis simul, profiteri dogma concilii Florentini, fidei Ecclesiae Græcæ directe contrarium, adeoque majorum suorum sententiam, per tot secula acriter propugnatam, rejicere penitus ac aperte damnare. Ad tertium vero observat Vir summe Reverendus, schisma non a Cerulario, sed a Photio, & quidem ipsius simul hujus controversi dogmatis causa inchoatum, eamque controversiam ad subsequentia tempora propagatam, a Cerulario vero, tanquam pridem agitataam, propter alia eo tempore vehementius disputata, præteritam, ab ipso autem Leone Allatio pro causa secessionis ad ductam fuisse. De lenitate tandem Romani Pontificis in Græcos non testari, quod nonaginta & amplius hærefes magna cum jactantia & acerbitate, vocibus superbissimis, pro exaltatione Romanæ sedis inspersis, ipsis exprobaverit. Disjectis deinde breviter coloribus Rheticis, quos sub finem scripto suo induxerunt Sorbonici, disjectis & iis, quæ de conatibus Ecclesiae Latinæ ad tollendum dissidium, deque culpa schismatis Græcis tribuenda jactant, ubi ipsis exempla Cypriani ac Firmiliani, medias inter cum sede Romana controversias unitatem servatum pariter ac commendantium, exempla opponi videt, aliam esse faciem, respondet, Ecclesiae Romanæ hoc nostro, quam illorum tempore fuerit: quodsi illa inveteratos errores & vitia, odi umque & tyrannidem in innocentes abjecerit, facile cum Ruthenicis & Protestantes ad unionem reductum iri. Ultimo demum loco eam questionem breviter tangit Autor: annon Protestantibus major unionis cum Ruthenicis ineunda spes fit? Et quamvis longe minora heic occurrere obstatula largiatur, quamvis etiam ex ipsis Pontificiis non neminem producat, qui ob remotum apud Ruthenos Pontificii dominatus, ambitionisque Clericorum ac avaritiae metum, faciliorem quoque liturgiæ Græcæ, quam Missæ Romanensium admissionem, & sacrae coenæ sub utraque specie usum, maiorem Protestantibus quam Ecclesiae sive unionis spem esse concedat: ipse tamen majora adhuc ejus impedimenta, Russorum imprimis in tenendis ritibus majorum ac traditionibus pertinaciam, esse, quam quæ sola humana opera tolli possint, existimat.

§. 23, 24

27:

Kkk A

ACTORUM ERUDITORUM  
A PERSUASIVE TO A HOLY LIFE.

h. e.

**PERSUASIO AD VITÆ SANCTITATEM:**  
*petita a felicitate, quæ illam tam in hoc quam in futuro  
 seculo consequitur. Autore JOANN E RAZO,  
 Regie Societatis quondam Socio.*

Londini, apud W. & J. Innys, 1719, 8.

Plag. 8 $\frac{1}{2}$ .

**V**ariis hactenus scriptis Vir doctissimus, & in Actis nostris  
 sibi laudatus, Jo. Rajus, orbi eruditio innotuit. Edidit  
 enim Catalogum Plantarum circa Cantabrigium nascentium,  
 1660, 8, Catalogum Plantarum Angliae, 1670 & 1677, 8,  
 Dictionarium trilingue, 1672, 1689, 1696, 8, Catalogum stir-  
 pium in exterris regionibus observatarum, 1673, Observations  
 Topographicas, Morales & Physiologicas, in itinere per varias  
 Europa partes factas, Anglice, 1673, 8, Collectionem vocabulo-  
 rum Anglicanorum non ubivis usitatorum, Anglice eod. &  
 1691, 12, Fr. Willughbeji Ornithologiam, cum fig. 1676, can-  
 demque Anglice longe auctius, 1678, fol. Collectionem Angli-  
 canorum aliorumque Proverbiorum, 1678, 12, Methodum Plan-  
 tarum novam cum tabulis, 1682, 8, quæ & emendatius & au-  
 ctius recusa 1703, Historiam Plantarum, Tomis II, 1686, fol.  
 Fr. Willughbeji Historiam Piscium, cum fig. eod. fol. Fascicu-  
 lum stirpium Britann. 1688, Synopsin Methodicam stirpium  
 Britannicarum, 1690, quæ etiam, multis stirpibus & observa-  
 tionibus curiosis passim insertis, cum Muscarum methodo &  
 historia pleniore, denuo prodiit 1696, Sapientiam Dei, in ope-  
 ribus Creationis manifestatam, Anglice, 1691 prima, & 1717  
 septima vice, imo & Gallice Ultrajecti 1714, 8, & Germanice  
 cum observationibus Suinme Rev. Calværii Goslariz 1717, 4  
 excusam, Tres Dissertationes Physico-Theologicas, Anglice,  
 1692 prima, & 1713 tertia vice in 8 impressas, Synopsin Metho-  
 dicam Animalium Quadrupedum & serpent. generis, 1693, 8,  
 Stirpium Europæarum extra Britanniam nascentium Syllogen,  
 1694, 8, Epistolam ad D. Rivinum de Methodo Plantarum,  
 1696,

1696, 8, *Diss. de variis Plantarum methodis*, eod. 8, *Historia Plantarum Tomum III, cum accessionibus Camelli & Tournefortii*, 1704, fol. *Methodum Insectorum*, 1705, 8. Quemadmodum vero hæc ipse Cl. Rajus, cum superstes esset, in publicum emisit, ita alia etiam reliquit, quæ post obitum ejus lucem adspexerunt. Huc pertinent *Historia Insectorum*, 1710, 4. *Synopsis Methodica Avium & Piscium*, 1713, 8 evulgatae, & quæ nunc illis accedit *Persuasio ad Vitæ Sanctitatem*, amici cuiusdam ipsius, Edmundi Elysi, desiderio olim conscripta.

Dividit illam in duodecim Capita. Cap. I agit de erroribus circa objectum felicitatis. Cumque alii illam in voluptatibus, atque in divitiis, alii in honore & potentia querant, monstrat, quod hæc omnia minime nos felices reddere queant. Indicat præterea, scopum suum in hoc opusculo esse, ut ostendat, quod vita sancta tantummodo sit vita felix, vel in hoc etiam in mundo, cum ad talem nos felicitatis gradum provehat, qualis in hoc statu imperfecto capaces sumus; imo etiam sola sit, quæ nos ad æternam felicitatem præparare possit. Cap. II & III terminos sanctitatis & felicitatis explanat, & per illam quidem se in hac tractatione intelligere declarat sincerum & constans desiderium & studium obedientiam Deo in omnibus præceptis ipsius præstandi; hanc vero generatim describit, quod sit certa & constans fruitio omnium, quæ vere bona, exoptata, & ab iis, quæ molestiam & dolores creant, aliena sunt. Capite IV, de divisione felicitatis inscripto, docet, quod, licet felicitas hominis præcipue consistat in agnitione & amore Dei, tamen alia sint, quæ, præsertim in hoc mundo, ad complementum ejus aliquid conferant, ut sanitatem, opes, amicos, existimationem. Cumque plurimi in ejusmodi rebus præcipuum felicitatis suæ partem ponant, Noster ad commendandam vitæ sanctimoniam demonstratus, quod hæc illas etiam hominibus vel maxime procurare possit, felicitatem antea ex Wilkinsii Theologia Naturali, quam sèpius in consilium hic adhucuit, generatum dividit in illam, quæ præsentis, & quæ futuri status est. Felicitatem præsentis vitæ speciatim rursus dispescit in externam & internam. Ad externam refert sanitatem, salu-

ACTORUM ERUDITORUM  
A PERSUASIVE TO A HOLY LIFE.

h. e.

**PERSUASIO AD VITÆ SANCTITATEM:**  
*petita a felicitate, quæ illam tam in hoc quam in futuro  
seculo consequitur. Autore JO ANNE RAJO,  
Regie Societatis quondam Socio.*

Londini, apud W. & J. Innys, 1719, 8.

Plag. 8 $\frac{1}{2}$ .

**V**ariis hactenus scriptis Vir doctissimus, & in Actis nostris  
sepius laudatus, Jo. Rajus, orbi erudito ianotuit. Edidit  
enim Catalogum Plantarum circa Cantabrigium nascentium,  
1660, 8, Catalogum Plantarum Angliae, 1670 & 1677, 8,  
Dictionary trilingue, 1672, 1689, 1696, 8, Catalogum stir-  
pium in exteris regionibus observatarum, 1673, Observations  
Topographicas, Morales & Physiologicas, in itinere per varias  
Europa partes factas, Anglice, 1673, 8, Collectionem vocabulo-  
rum Anglicanorum non ubivis usitatorum, Anglice eod. &  
1691, 12, Fr. Willughbeji Ornithologiam, cum fig. 1676, ean-  
demque Anglice longe auctius, 1678, fol. Collectionem Angli-  
canorum aliorumque Proverbiorum, 1678, 12, Methodum Plan-  
tarum novam cum tabulis, 1682, 8, quæ & emendatius & au-  
ctius recusa 1703, Historiam Plantarum, Tomis II, 1686, fol.  
Fr. Willughbeji Historiam Piscium, cum fig. eod. fol. Fascicu-  
lum Stirpium Britann. 1688, Synopsin Methodicam Stirpium  
Britannicarum, 1690, quæ etiam, multis Stirpibus & observa-  
tionibus curiosis passim insertis, cum Muscarum methodo &  
historia pleniore, denuo prodiit 1696, Sapientiam Dei, in ope-  
ribus Creationis manifestatam, Anglice, 1691 prima, & 1717  
septima vice, imo & Gallice Ultrajecti 1714, 8, & Germanice  
cum observationibus Summe Rev. Calværii Goslariz 1717, 4  
excusam, Tres Dissertationes Physico-Theologicas, Anglice,  
1692 prima, & 1713 tertia vice in 8 impressas, Synopsin Metho-  
dicam Animalium Quadrupedum & serpent. generis, 1693, 8,  
Stirpium Europaearum extra Britanniam nascentium Syllogen,  
1694, 8, Epistolam ad D. Rivinum de Methodo Plantarum,  
1696,

1696, 8, *Diff. de variis Plantarum methodis*, eod. 8, *Historia Plantarum Tomum III, cum accessionibus Camelli & Tournefortii*, 1704, fol. *Methodum Insectorum*, 1705, 8. Quemadmodum vero hæc ipse Cl. Rajus, cum superstes esset, in publicum emisit, ita alia etiam reliquit, quæ post obitum ejus lucem adspexerunt. Huc pertinent *Historia Insectorum*, 1710, 4, *Synopsis Methodica Avium & Piscium*, 1713, 8 evulgate, & quæ nunc illis accedit *Persuasio ad Vitæ Sanctitatem*, amici cuiusdam ipsius, Edmundi Elysii, desiderio olim conscripta.

Dividit illam in duodecim Capita. Cap. I agit de erroribus circa objectum felicitatis. Cumque alii illam in voluptatibus, atque in divitiis, alii in honore & potentia querant, monstrat, quod hæc omnia minime nos felices reddere queant. Indicat præterea, scopum suum in hoc opusculo esse, ut ostendat, quod vita sancta tantummodo sit vita felix, vel in hoc etiam mundo, cum ad tales nos felicitatis gradum provehat, qualis in hoc statu imperfecto capaces sumus; imo etiam sola sit, quæ nos ad æternam felicitatem præparare possit. Cap. II & III terminos sanctitatis & felicitatis explanat, & per illam quidem se in hac tractatione intelligere declarat sincerum & constans desiderium & studium obedientiam Deo in omnibus præceptis ipsius præstandi; hanc vero generatim describit, quod sit certa & constans fruitio omnium, quæ vere bona, exoptata, & ab iis, quæ molestiam & dolores creant, aliena sunt. Capite IV, de divisione felicitatis inscripto, docet, quod, licet felicitas hominis præcipue consistat in agnitione & amore Dei, tamen alia sint, quæ, præfertim in hoc mundo, ad complementum ejus aliquid conferant, ut sanitatem, opes, amicos, existimationem. Cumque plurimi in ejusmodi rebus præcipuum felicitatis suæ partem ponant, Noster ad commendandam vitæ sanctimoniam demonstrurus, quod hæc illas etiam hominibus vel maxime procurare poslit, felicitatem antea ex Wilkinsii Theologia Naturali, quam sèpius in consilium hic adhucuit, generatim dividit in illam, quæ præsentis, & quæ futuri status est. Felicitatem præsentis vitæ speciatim rursus dispescit in externam & internam. Ad externam refert sanitatem, salu-

tem, libertatem, pacem, divitias, voluptates, honorem, existimationem, amicos, quibus & uxorem, liberos, parentes complectitur. Internam niti ait cognitione & amore Dei, omnium facultatum mentis nostrae moderatione & emendatione, pace conscientiae, gaudio & animi tranquillitate. Felicitatem vero futurae vitæ confidere in clara visione DEI, & unione cum ipso in amore perfecto. Et singulas hasce felicitatis partes Cap. V-XII figillatim exponit, & ex virtute & vitæ sanctimonia fluere ostendit. Ubi etiam sub finem Cap.XI objectionem diluit, quod piorum felicitat. in hac vita parum saveant loca Psalm. XXXIV 19, Hebr. XI, 37, 1 Cor. XV, 19, 2 Tim. III, 12. Ad quæ quidem respondet, se loqui juxta naturalem rerum ordinem. Dari exceptiones ab universalibus regulis, singulares & exentos casus. Justos esse, de quibus Deo ex gravibus & sapientibus causis placuerit permettere, ut magnis calamitatibus exercerentur, vel quod potentiam suam in conservandis illis manifestare, vel quod præclara exempla fortitudinis, fidei & patientie alii ob oculos ponere voluerit. Et nisi iusti aliquando miseriis afficerentur, neque patientie locum amplius fore relictum, neque hanc etiam illos ad altiorem futurae gloriae gradum evehere posse. Præcipue autem de duobus Apostoli locis observat, quod priora Christianorum tempora spectaverint, quibus omnes mundi magistratus fuerint gentiles, & Deus sanguinem martyrum sennen Ecclesiaz esse voluerit. Sed ex quo Reges ejus nutriti extiterint, aliam rerum faciem extortam esse, & tantum abesse, ut religio confessores ipsius afflictionibus exponat, ut potius commoda eorum provehat. Denique calamitates, quas Deus liberis suis ut paternas correctiones immittat, nihil adsertioni ipsius de felicitate piorum in hac vita detrahere arbitratur, cum illas in nos culpa nostra, non autem vita sancta derivemus. Et notandum esse vel in optimis etiam magnam imperfectionem amoris Dei, cum afflictiones sape illos magis a peccatis retrahere, & ad officia ipsorum excitare possint, quam amor DEI, ut Davidis exemplo pateat.

Bom

Vorbereitung zu einer neuen und vermehrten Edition  
der vollständigen Anweisung zur Civil  
Baukunst &c.

i. e.

**LEONHARDI CHRISTOPH. STURMII,**  
*Consil. & Directoris edificiorum Duc. Megalopolit.*

*Prodromus Architecture Goldmannianæ edi-  
tioni novæ & auctiori præmissus.*

Augustæ Vindel. impensis Jerem. Wolfi, 1714, fol. reg.  
Plag. 10 fig. æn. 29 maj.

**A**nte plures jam annos L. C. Sturmius, de utraque Architectura multum meritus, qui superiori anno vitam finit, ex schedis Goldmanni ediderat *Architecturam* a nobis A. 1697 memoratam, opus theoriz Architectonica maxime inserviens; cum in eo Goldmannus more suo omnes proportiones operum Architectonicorum ad accuratam & anxiā subtilitatem numerorum revocare fateretur. Cui adeo, ut præceptorum illorum vienis generalium applicatio ad praxim ostenderetur, ipse Sturmius necessariorum duxit jungere *præcepsos* *bujus Architectura primam partem*, in quam ex hac tenus editis de hac arte scriptis specialiora paulo præcepta concessit, eoque ipso ad gustum atque usum plurium opus illud accommodare consensus est. Cui parti succedere debuerunt alii, reliquias matrarias Architectonicas simili modo explicantes; quod vero institutum effectum non habuit.

Intercedente adeo aliquo annorum numero, cum ipse Author interea in praxi continua magis versatus exercitatusque esset, luctuosæ vero turbæ & bella ditiones Ducis Megalopolitanæ, in cuius ministerium relicta Professione publica Mathematicum in Academia Francofurto-Viadrina secesserat, divanaria vacationem ipsi ab aliis otiumque vel necessitatem scribendi fecissent, in animum subiit novam ejus operis editionem parare, propriaque consulta experientia fusiorem accurioremque tractationem publico communicare.

Kk k 3

Sed

Sed cum ambitus Architecturæ adeo amplius deprehendatur, ut ad completam integrum tractationem absolvendam, multorum annorum spatiū requiratur, nec sine causa veretur, ne si affectum saltem opus morte præventus in schedis relinqueret, omnis laboris sui fructus publico intercideret; statuit partes ejus singulas, a maxime utilibus incipiendo, separatim elaborare, statimque edere, junctim aliquando sistema integrum Architecturæ facturas. Consilio sane, quemadmodum eventu comprobatum est, non malo. Nam præter partes, quas ordine continuo in Supplementis his nostris recensas dabimus, nil absolvere potuit, natura debitum ab eo maturius paulo repetente.

De hoc ergo instituto suo publicum monere, ejusque rationes exponere in præmio hoc *totius operis prodromo* voluit, simul specimina quædam scientiæ suæ Architectonicæ exhibens; atque hoc quidem eum potissimum in finem, quo se ab artificum ex vulgo, nulla theoria hujus artis, sed praxi saltem vel potius empiria & cognitione admodum imperfecta instrutorum, calumniis vindicaret, ipsum traducentium, tanquam theoriz saltem non vero praxis Architectonicæ facultatem haberet, eoque demonstratus, se ab illis immerito, summo vero merito ac jure illorum partim inscitiam partim malitiam (quod quidem in omnibus fere scriptis facit) a semet taxari.

Quatuor adeo sunt hujus processionalis tractationis partes, quibus præmittitur Tabula Synoptica omnium materiarum sive rerum, quæ in Architectura quovis modo necessariae sunt, & explicari possunt, quarum etiam expositionem se daturum promisit, spe, fore ut vita eousque a Deo sibi prorogaretur. In prima vero tractatione de *cognitione Architecto necessaria* agit, & in *Theoretica* quidem parte ab eo non solum perfectam eorum omnium, quæ in Architectura traduntur, & ex Mathesi in illa mutuo sumuntur, disciplinarum & veritatum scientiam, verum & sectionis lapidum artificialis, sectionis item trabium in tectorum contignationibus accuratiorem, quam qua vulgo contenti esse solent, notitiam, operum præterea lignariorum & gypso

gypso marmoreque factoruni naturæque eorum cognitionem. In *præctica* parte commendat ei imprimis expeditum calculi circa impensas instituendi facultatem, immo non inutilem eam operam censet, qua quis ipsa viliora fabrorum architectorumque officia exercitii causa obit, ad perfectiorem eorundem cognitionem sibi acquirendam. Quid porro in itineribus susceptis imprimis curandum sit tironi Architecturæ, mentem suam exponit, eidem initium peregrinationis a Germania faciendum suadens, pro Germanis scilicet, quibus maxime opus est scire, quid climati eorum conveniat, scribens.

Altera tractatio *confilium* ejus exhibet, quomodo Princeps aliquis, Architecturæ in suis ditionibus curam habiturus, efficere possit, ut omnes ædificiorum materiarum sufficienti copia in promptu habeantur, debitibus locis suis asserventur, & secundum œconomicas regulas quam accuratis sine dispensentur, certis Ephoris officialibusque constitutis, quibus omnibus consilium Principis Camerale præsit.

Tertia tractatione describitur talis aliqua apotheca vel *publicum ædificium*, in quo dictæ materiarum lignorum, afferum, palorum, lapidum, faxorum, tegularum, metallorum, machinarum instrumentorumque asservari, contraque corruptionem defendi, suo vero tempore & loco inde, citra fraudis & furtorum ab operariis officialibusque committendorum metum, depromi possint.

Quarta demum tractatione *specimina* ipsa exhibentur, quorum primum est idea alicujus palatii principalis, omnesque ejus ichnographiaz, (& haec quidem pro singulis contignationibus,) orthographiaz & sectiones vel profila, cum enumeratione omnium partium, sive conclavium, Germanico, Latino, Gallico, Italiano & Belgico sermone proposita; cui varia specialia monita & rationes designationum suarum addit, ubique usum præceptorum Goldmannianorum, præcipue in columnarum mutitorumque accurata dispositione se exerentem, commendans & prædicans. Secundum specimen est domus suburbanæ Duci Megalopolitanæ ad Eldam constructæ. Tertiæ speciminis locum habent ideæ tres turris alicujus prægrandis ad 300 pedes assurgentia.

tis, occasione turris illius Berolinensis delineatae, cuius fundamentis veteribus ex parte recentiora adjuncta cum essent, oneri cesserunt atque causa de molendis integræ turris fuerunt. Ubi imprimis utilia monita de substitutionibus faciendis & fundamentis in solo argilloso jaciendis afferre connisus est.

### Vorstellung der ganzen Civil-Bau-Kunst.

i. e.

*L. C. STVRMII IDEA ET COMPENDIVM  
Architecturæ civilis, explicationem terminorum techni-  
corum & regularum præcipuarum  
exhibens.*

Augustæ Vindel. impensis Jeremiae Wolsii, 1718, fol.  
Plag. 8 figur. zn. II.

**E**T si primo loco scriptorum ad editionem novam Architecturæ Goldinannianæ spectantium, quæ ordine suo recensere jam instituimus, hic tractatus non prodierit, quoniam tamen introductionem in illa universa quasi quandam continet, ab eo initium faciendum duximus. Exhibitent vero in eo *explications & definitiones*, si non omnium, maxime tamen usitatorum terminorum Architectonicorum, & descriptiones operum tam figuris quam verbis delineatae, interque eas enumeratio partium ædificiorum Romanorum Græcorumque tam publicorum quam privatorum. In terminis artis lignariz, in qua ex ejus sententia Germani longe aliis nationibus, Italos præcipue Gallisque, antecellunt, utpote quos necessitas & climatis sui temperies ad magis sollicitam sectorum suorum elaborationem adegit, defectum etiam vocabulorum, quibus opera ejus artis aliis & peregrinis linguis notari possint, observari Autor notat. Reliquorum terminorum nomina Latino, Gallico, Italico, Belgico, Germanicoque idiomate proponit.

Præterea succincte ab eo exhibentur *regulae Architecturæ* tam universales, quam specialiores, & singulis operibus propriæ

prize in capita sua distincte; quorum primo agitur de his, quae ad firmitatem, altero de illis, quae ad commoditatem, tertioque, quae ad pulchritudinem faciunt. Ubi, ut specimenina quedam deinus, in primo capite monet, cælos lapides rectius ferro & plumbo liquefacto quam calce vel cæmento copulari, cum Romanarum antiquitatum reliquiis testantibus hoc genus murorum magis durabile existat. Domus, et si de cetero propter parsimoniam ex ligno construantur, tamen interstitio murali ex lapidibus lateribusve invicem segregari ad arcendum incendiorum progressum, absolute necessarium pronunciat. Temporum tenebras neque ad ornatum neque ad devotionem quicquam facere. In ædificiis mediocris altitudinis inferiora portitora, superiora usque exornatoria preparanda esse. In colosseis vero & prægnandibus operibus inferiora posse esse elaboratoria, quæ vero magis in altitudinem & a visu recedunt, augustiora & minus auxie ornata esse debere pronunciat. Frontones vel tympaniformes tectorum exornationes, quibus ad imitationem veterum in regionibus nostris pro media pars tectorum ornatu utuntur, tolerari non posse, nisi inferior ædificii hos frontones sustinens pars projectura aliqua instruitur, docet.

Vollständige Anweisung alle Arten von regulären Pracht-Gebäuden zu erfinden etc.

Seu

L. C. STURMII OFFICINA ORNATUS

Architectonici perfecta.

Augustæ Vindel. impens. Jerem. Wolfii, 1717, fol.

Plag. 17 fig. an. 71.

**I**N prefatione hujus scripti Autor protestatur, se non vulgari modo conceptam descriptionem delineationis columnarum dare constituisse, sed *artificia Goldmanniana*, quibus ille Architecturam promoverit, sollicitate explicaturum. Goldmannum scilicet primum esse, qui ostendit erit, qui tam sit finis

LII

&

& usus ordinum, quos vocamus Architectonicos; penum ne-  
pe esse eosdem & repositorium omnium inventionum Archi-  
tectonicarum, e quo ornamentorum omnis generis proportio-  
numque copia & fontes deponi ac derivari possint, ino de-  
beant. Primum etiam ipsum docuisse fundamentum quo co-  
lumnæ Doricæ & aliorum generum disponi & intervalla ac di-  
stantiæ earum ita sumi possint, quo ipsorum triglyphorum  
& mutulorum distantiarum atque intervalla quam accuratissime  
secundum regulas & hypotheses, de quibus inter Architectos  
convenit, distribui valeant, in quo aqua hæcerit summis alias &  
in praxi non parum sibi tribuentibus Architectis. Primum tan-  
dem etiam proportionum gratissimam subtilitatem dedisse,  
modulo etiam columnarum in 360 partes ad eandem accu-  
ratius exhibendam diviso.

Tres autem esse dispositionis columnarum species, quas  
præter descriptionem aut delineationem membrorum earum  
Architectum explicare deceat, ostendit, unam cum ad la-  
tus invicem serie continua posuntur, alteram cum sibi opponuntur,  
tertiam cum una alteri imponitur. Hisce adeo tribus vel  
potius quatuor partibus explicandis in ipso tractatu operam dat.  
In prima quidem, & suffissima reliquarum, *duos modos* describen-  
di *membra columnarum* facit, quorum unus est Goldmanni,  
tres ordinum classes constituentis, querum primæ *Tuscanæ* &  
*Dorica* species columnarum, secundæ *Jonica* & *Germanica*, ter-  
tiae *Corinthiaca* & *Romana* accensentur. Unaquævis harum clas-  
sium peculiari gaudet altitudine, estque hic modus numero  
membrorum & ornamentorum magis luxurians.

Alter modus est ipsius Autoris, reliquorumque fere Architectorum omnium, in quo cuilibet speciei columnarum peculia-  
ris altitudo ab infinita scilicet ad summam speciei crescens assi-  
gnatur, & ornamenta pauciora existunt. Ut adeo binos hosce  
modos callentibus ampla suppetere judicet subsidia, quovis casu  
columnas ad ornatum operum suorum applicandi.

De *numero* ipsarum specierum columnarum rationem  
reddens, commendat a se inventam speciem columnarum or-  
dinis Germanici, vel novi, mediique inter Jonicum & Corinthi-  
acum.

acum. Taxat eos, qui cum novissim genus ejusmodi iuueniendum sibi proposuerint, co elaboraverint, ut Corinthiaco exornatus procederent, cum ornatum Architectonicum ulterius augmentum quam qualem in Corinthiaco videmus non admittere credit, idque præcipue ex eo, quoniam sibi persuadet, Corinthiacum ordinem esse *sacrum* illum, divinæque inspirationis auxilio in templo Hierosolymitano primum expressum, a cuius exemplo Ethnici, Κακογνήλιαι etiam diabolica, eos ad varias illius depravationes inducente, suos ordines mutuati atque suffurati fuerint. Ceterum novi illius ordinis *criteria* distinctiva sunt octo volvutæ integræ in capitulo columnæ, faciebus adeo vel frontibus sedecim in universum oculos incurvantibus instructæ, sed sine foliis, qualia in Corinthiaco & Romano visuntur; quamvis in posterioribus suis operibus etiam unam seriem foliorum admiserit. In fine affert, quæ de *opere rusticō & trabeationibus Colossis*, tanquam speciebus quibusdam Romanarum trabeationum, monenda visa sunt.

### Appellation die Bogenstellungen recht einzuföhren sind etc.

i. e.

### L. C. STURMII DE ARCUATIONIBUS Architectonicis, triumphalibusque arcubus &c. rite designandis.

Aug. Vindel. impensis Jerem. Wolfi, 1718, fol.  
Pl. 4 $\frac{1}{2}$  fig. 20. 19.

**A**ppendix quædam doctrinæ Architectonicæ de columnis est hæc tractatio, in qua ab Autore explicantur proportiones & natura arcuum columnis & parastatis exornatorum. In qua materia rem præcipue ad accuratam distributionem triglyphorum & mutulorum redire monet, dataque occasione de columnarum seriebus invicem sibi secundum artis regulas imponendis agit, exemplis omnia illustrans. Et quamvis jure taxet eos, qui in parastatarum locum integras columnas, adeoque in-

quarum loco integras etiam trabeationes, epistylio, zophoro & coronice constantes, substituunt, manifesto contra institutionem & naturam harum partium peccato, tamen quendam casu hoc fieri & excusari posse sibi persuadet, ejusque rei exemplum affert, quemadmodum etiam stylobatae alii cuidam stylobatæ impositæ exemplum proponere non est veritus.

Anweisung alle Arten von Bürgerlichen Wohnhäusern wohl anzulegen etc.

i. e.

**L.C. STURMII INSTITUTIO DE COMMODA DISPOSITIONE EDIUM PRIVATARUM ET CIVILIMUM.**

August. Vind. impens. Jerem. Wolfi, 1715, fol.  
Pl. 4 fig. zn. 15.

Bon Land-Wohnungen und Meyereyen.

i. e.

**EIUSDEM DE SUBURBANIS ET NOBILIUM EDIBUS IN AGRI.**

Ibidem, impensis eiusdem, 1715, fol.  
Pl. 5 fig. zn. 8.

**A**Esque dubio utilissima hæc & nobilissima est pars Architecturæ, quæ agit de *inventione* *commodæ dispositionis* *ediarum*, *impensis* *privatarum*, *conclaviumque* in iisdem necessariorum. Eam vero finis difficillimam judicat Autor; & quidem, si ab eventu & a posteriori judicium fieri debeat, summo jure. Nam eti in plerisque libellis Architectonicis exempla hujus doctrinæ proponantur, parum tamen iis, propter sterilitatem præceptorum, & ipsorum exemplorum ad puncos eas nos applicabilem usum, juvari tirones, manifesto deprehenditur, cuius fidem faciunt vel ipsa exempla e Goldmannianis præceptis & opere hoc ab Autore translata. Si vero ipsa opera fabrorum vel Architectorum inspiciamus, data veluti opera con-

contra sanæ rationis dictamina eos peccare instituisse, infinitæ & quotidianæ clamat experientia. Valet enim etiam hic, multos esse thyrifigeros, paucos Bacchos. Ab Autore vero in primo horum opusculorum ea doctrina admodum laudabiliter tractatur, cum imprimis ad usum moresque regionum nostrarum & varios status vitæque genera possessorum harum sedium respexerit, exemplaque sua isdem accommodaverit. Præmissis tamen regulis specialibus in hac parte observandis, ad solutionem hujus problematis Architectonici accedit, & non solum areæ cujusdam plane irregularis dispositionem sex modis variare docet, sed & 88 exemplorum inductione, ad varios casus & status apatorum, lectors suos tironesque instruit, simulque ostendit, quomodo ex omnibus illis sedibus integræ regularisque aliquibus urbis, in qua media & extrema planis Architectonicae Symmetria rationem habeant, dispositio exurgere possit, multitudine adeo & varietate exemplorum horum non tironibus solum, sed ipsis in hac arte proficiens non parum adjumenti ad inventiones etiam alias excogitandas afferens.

Nor miuorent vero utilitatem habent, quæ de *adificiis nobilium principiis, in agris & pagis villisque construendis* dicuntur; eaque adeo altero horum opusculorum Autor expponit. Et cum eadem commoditatem lucis atque aeris majori habere soleant, quam quæ fiunt in urbe, facilior etiam eorum est constructio & dispositio; inventio, unde contentus est Autor binis vel ternis exemplis prælucere lectoribus suis. Ceterum cum ad commoditatem horum sedificiorum quam plurimæ aliz partes sive sedicia requirantur, quo proventus rurales, hortenses, pecuniarii, & economica ratione asservari & conditi possint, de hisce singulis, adeoque de horreis, zytho & coquiendo destinatis locis, stabulisque tam equorum, quam bovinum oviumque, non ubique obvia exponit; machinæ quoque trituratæ ideam aliquam novam & admodum simplicem hac data occasione exhibet.

cubarum loco integras etiam trabeationes, epistylio, zophoro & coronice constantes, substituunt, manifesto contra institutionem & naturam harum partium peccato, tamen quædani casu hoc fieri & excusari posse sibi persuadet, ejusque rei exemplum affert, quemadmodum etiam stylobatæ alii cuidam stylobatæ impositæ exemplum proponere non est veritus.

Anweisung alle Arten von Bürgerlichen Wohnhäusern wohl anzulegen etc.

i. e.

L.C. STURMII INSTITUTIO DE COMMODA dispositione ædium privatarum & civilium.

August. Vind. impensl. Jerem. Wolfi, 1715, fol.  
Pl. 4 fig. zn. 15.

Von Land-Wohnungen und Meyereien.

i. e.

EIUSDEM DE SUBURBANIS ET NOBILUM ædibus in agris.

Ibidem, impensis ejusdem, 1715, fol.  
Pl. 5 fig. zn. 8.

**A**Esque dubio utilissima hæc & nobilissima est pars Architecturæ, quæ agit de *inventione* commoda*e*dispositionis ædium, in primitivis *privatarum*, conclave*mque* in iisdem necessariorum. Eam vero final difficillimam judicat Autor; & quidem, si ab eventu & a posteriori judicium fieri debeat, summo jure. Nam eti in plerisque libellis Architectonicis exempla hujus doctrinæ proponantur, parum tamen iis, propter selectitatem præceptorum, & ipsorum exemplorum ad pruos castos applicabilem usum, juvari tirones, manifesto deprehendunt, cuius fidem faciunt vel ipsa exempla e Goldmannianis præceptis & opere huc ab Autore translata. Si vero ipsa opera fabrorum vel Architectorum inspiciamus, data velut opera

con-

contra sanæ rationis dictamina eos peccare instituisse, infinitæ & quotidianæ clamat experientia. Valet enim etiam hic, multos esse thyrifigeros, paucos Bacchos. Ab Autore vero in primo horum opusculorum ea doctrina admodum laudabiliter retractatur, cum imprimis ad usum moresque regionum nostrarum & varios status virtutum generæ possessorum harum sedium respexerit, exemplaque sua isdem accommodaverit. Præmissis tamen regulis specialibus in hac parte observandis, ad solutionem hujus problematis Architectonici accedit, & non solum areæ cuiuscumdam plane irregularis dispositionem sex modis variare docet, sed & 88 exemplorum inductione, ad varios casus & status apatorum, lectors suos tironesque instruit, simulque ostendit, quomodo ex omnibus illis sedibus integræ regularisque aliquibus urbis, in qua media & extrema placitum Architectonica Symmetria rationem habeant, dispositio exurgere possit, multitudine adeo & varietate exemplorum horum non tironibus solum, sed ipsis in hac arte proficiens non parum adjumenti ad inventiones etiam alias excogitandas afferens.

Norū miuorent vero utilitatem habent, quæ de *adificiis nobilium præcipue, in agris & pagis villisque construendis* dicuntur; eaque adeo altero horum opusculorum Autor expponit. Et cum eadem commoditatē lucis atque aeris majori habere soleant, quam quæ sunt in urbe, facilius etiam eorum est constructio & dispositio; inventio, unde contentus est Autor binis vel ternis exemplis prælucere lectoribus suis. Ceterum enim ad commoditatem horum sedificiorum quam plurimæ alii partes sive sedifica requirantur, quo proventus rurales, hortenses, pecuniarii, œconomica ratione asservari & conditi possint, de hisce singulis, adeoque de horreis, zytho & cōficiendo destinatis locis, stabulisque tam equorum, quam bovinorum oviumque, non ubique obvia exponit; machinæ quoque trituratæ ideam aliquam novam & admodum simplicem hac data occasione exhibet.

Amweisung grosser Herren Passäte  
anzugeben,

i. e.

L. C. STURMII, INSTITUTIO DE CON-  
struendis Palatiis Principum ad Architecturæ re-  
gulas & genium seculi nostri.

Aug. Vind. apud Jerem. Wolf, 1718, fol.

Pl. 21 fig. xn. 35.

**I**nter præcipuas Architecturæ partes, in quibus ingenii & sci-  
entiaz demonstrandæ Architecto maxime locus datur, est  
caput de construendis *Principum magnatumque Palatiis*, de  
qua materia separatim paucos, ad genium certo usumque  
nostri seculi, egisse deprehendimus. Id adeo sibi datum cre-  
dens Auctor noster, ut eam pro viribus illustraret, tribus idem  
partibus facit: quorum *prima* de ipsis principalibus ædificiis, quæ  
a domino incoluntur, agit, de altitudine ergo toti ædificio  
conveniente, & contignationum numero præscribit; & quo-  
dam exterior ædificiorum horum facies columnis exorna-  
ri maxime gaudet, quæ de modulo columnarum & distan-  
tiis earundem, crassitudineque murorum dici commode pote-  
rant, hic tractat. Deinde circa ipsam ædificii dispositionem  
occupatus, primo de arcis subdialibus five curiis earumque ma-  
gnitudine loquitur, ridens jure eos, qui figuræ earum non  
quadrilateras regularesque, sed variis incisuris projecturarum-  
que obliquitatibus deformatas amant. Conclavium omnia ge-  
nera enarrat ad necessitatem & commoditatem domini, ad  
familij principalis necessitatem, & habenda concilia  
riorum, ministrorumque conventus agendos spectantia. De-  
inde se convertit ad exornationem coram, ubi non contemnen-  
da, nec ubivis obvia de parietum in conclavibus ornatu affert.  
Illustrantur hæc exemplis vel ideis palatiorum ejusmodi qui-  
nis, spatii, quod occupant, magnitudine & impensarum modo  
usque se vincentium, quadratam figuram, cum subdiali curia  
intercepta ejusdem figuræ, habentum. Bina tamen postrema  
coram

eorum ad differentiam illustrandam inter Italicum & Gallicum disponendi conclavia modum, idem spatum occupant, sed interiori partium distributione variant.

*Secunda* parte de ædificiis, quæ aulis hujusmodi jungi debent, tractatur, & in specie quidem de equilibus, de hippodromis five locis ubi equi agitantur, de sphæristeriis, quibus pilæ ludus exercetur, præscribere non vulgaria instituit Autor: de cœlis præcipue posterioris generis ædificiorum, in quibus laterales muri ad insigñem distantiam renoventur, arinaturaque, ut vocant, trabium, formaque cœlorum præcipit; de theatris denique, ad repræsentanda spectacula Musica destinatis, agit, nec de ædibus, quibus exterorum Principum legati hospitio excipi possint, dicere negligit.

*Tertia* pars de hortis ad delectationem factis, eorumque partibus, de fulvulis tandem iisdem jungendis & viridariis agit. Deinde de his, quibus iidem exornantur, sotibus salientibus, aquarum lusibus, variisque eorum generibus. Ubi de aquarum per canales deductione tractans, ferreos tubos ad imitationem Gallorum præ ceteris commendat. Porro de hortensibus domibus, columnis, statuis, antiquis vasibus, obeliscis, scistericis, scalis declivitatum, columellis five cincturis aut cancellis, de opere ligneo cancellato Architecturæ opera imitante, de clavis ferreis agit. Obeliscorum usum exiguum esse ad ornatum hortorum, nisi fini alicui apto adhibeantur, v. g. ad vices indicis in horologio, metæ alicuius fudantis, obeundas; ad ornatum vero civitatum eorum plâne nullum esse usum, nisi ad imitationem veterum prægrandi magnitudine fiant, observat. In appendice cum obtrectatoribus, quod frequentissime alibi etiam facit, digladiatur & expostulat, cum inter alia objiciant, dispositionem columnarum & muntorum, secundum ipsius præcepta instituendam, niuniam subtilitatem & laborem requirere, cum ipse potius contendat, ad levandum & tollendum omnem laborem omnem a se industriam esse adhibitam, ut mediocri saltem attentione & ingenio in usu præceptorum & tabularum suarum opus sit.

An.

Anweisung Regierungs - Land - und Rathhäuser wie  
auch Kaufhäuser und Börsen etc. an zu  
geben.

b. c.

L. C. STURMII INSTITUTIO DE AEDIFICIIS  
*ad conventus publicos provinciae rectorum, magistratum, mercatorum &c. instituendos aptis.*

Aug. Vindel. apud Jerem. Wolf, 1718, fol.  
Pl. 6 figur. zn. 13.

**P**remissis, ut semper in reliquis operibus, Goldmanni verbis & præceptis, Autor subjungit notas suas & fusiorem atque etiam solidiorem & aptiorem explicationem, agens de requisitis curiarum, quæ sunt in cipitatis, ubi senatus colligitur, magnitudine, exornatione. Inter alia monitum afferit non contennendum, curandum esse, ut ope hydraulicæ artis prope eum locum, ubi documenta scripta asservantur, deducantur canales, quorum ope aqua incendiis forte fortuna exsurgentibus in expedito & faciliter habeatur. Locum horum ædificiorum nota in medio vel centro fori, sed in lateris ejusdem medio aliquo loco assignandum esse monet; dictaque sua exemplis & designationibus quaternis illustrat,

*Fera nostris moribus quidem in urbis loco aliquo undeque plateis contigua & pervia existunt, sed ad veterum imitationem Goldmannus cum Sturmio eadem conclusa fieri suadet, imprimis scilicet quæ ad mercium venditiones destinantur, adeoque quomodo porticibus, areuationibus & columnationibus ornari possint, hic ostenditur. In emporiis autem & celebrioribus urbibus locus etiam est necessarius, ubi mercatores conventus suos quotidie instituant, deque suis rebus inter se agant: quomodo adeo ejusmodi ædificium etiam pluribus ab hoc fine non abludentibus usibus conveniens construi debeat, ultima parte hujus opusculi præcipitur.*

**Aus**

Anweisung alle Arten von Kirchen wohl  
anzugeben,

i. e.

L. C. STURMII INSTITUTIO DE TEM-  
PLIS VARIIS GENERIS BENE CONSTRUENDIS.

August. Vind. apud Jerem. Wolf, 1718, fol.

Pl. 8 & fig. an. 22.

**T**emplorum, quæ ad saecula Pontificiorum peragenda com-  
moda existant, exempla magnifica & superba numeroque  
fere inexplicabili extare, noto notius existit, sorum vero, quæ  
ad usum actuum in templis & ecclesiis Protestantium admini-  
strari solitorum, adeoque secundum prudentiæ regulas con-  
structa sint, nullum vel exiguum esse numerum conqueri coa-  
ctus est Autor. Quo magis adeo se induci passus est, ut ante ali-  
quot annos parvo aliquo scripto de isthac materia ageret, nunc  
vero prolixius omnia ea, quæ de varii generis & variarum  
religionum usui destinatis templis erant præcipienda, explica-  
ret. Adeoque exemplis & regulis Goldmannianis sua longe il-  
las vincentia & ad praxin accommodatoria præcepta subjun-  
git. Præcipue vero in hac materia cum res redeat ad *figuram*  
sive formam horum ædificiorum & *plagas*, quas respicere de-  
bent, de posteriori agens, exagitat funimo jure rancidum il-  
lud præjudicium multorum etiam inter Protestantes, qui ve-  
teris Ecclesiæ consuetudini conveniens judicant, ut templo  
ipsa, imprimis vero altaria in ipsis constitui solita, orientem  
respiciant. Quod quidem contra commoditatem & regulas pul-  
chritudinis multoties pugnare, & ab Ethnicorum potius vel  
Persarum superstitione haustum, præterea nequaquam a Pontifi-  
cii ipsis, ut quidem sibi persuadent, ad nos propagatum aut  
probatum esse, quippe qui nullibi eundem morem sequuntur,  
testantibus tot insignibus templorum in urbe Reichenalibique  
extantibus exemplis, ostendit.

Figuram vero tam rotundam quam oblongam & quadrangu-  
larem utrisque commodum demonstrat. Inde primo de tem-  
plis Pontificiorum agit; & quoniam insignis ornatus eorum

M m in dem

dem pars est *tholus* ille, quem umbilico templi inzedicare pressentim Itali solent, de constructione ejusmodi tholi, deque compartmentatione & commissione tignorum trabiumne ad sustinendam fornicem, dum in elaboratione ejusdem fabri versantur, sive de peguatisbus, sane curiosa nec alibi reperienda affert. Quenammodum vero horum interiora variis arcuationibus columnationibusque repleti non repugnat, utpote ad cœlum fornicesque sustinendos facientibus, & commoditatem subministrantibus sacellorum & altarium peculiarium locandorum; ita in templis Protestantium, quibus omnis fere cultus divini publici ratio in auscultatione sermonum a ministris Ecclesiæ habitorum reponitur, eandem structuram & æque commodam ipse communis sensus distitat. Variis adeo exemplis illustrat, quomodo ejusmodi templum quadrilatera figura, & per totum prospectum omnium patens atque pervium fieri possit, scilicet laquearibus opera tignariaæ artis ita fabrefactis, ut fulcris ad sustinendum nullis opus existat, quo adeo non solum vox oratoris ad omnes auditores quam facillime dispensetur, sed & suggestus ipse sacer, in quo orator consistit, omnium conspectui pateat. Et quoniam quosdam, et si præter rationem, in figura crucis ejusmodi templis tribuenda mysterium aliquod venari deprehendimus, quomodo incommoditatibus illius figuræ ope aptæ dispositionis occurri possit, conatur ostendere; imo ut his qui eousque progrediantur, ut in figura triangulari templorum suorum fidei suæ professionem a se edi non absonum credant, habeant aliquid quod & ipsis placeat, ejus figuræ aliquod exemplum in medium affert.

*BELGIUM DOMINICANUM, SIVE HISTORIA Provinciæ Germaniæ Inferioris Sacri Ordinis F. F.*

*Prædicatorum, &c. Collectore F. BERNARDO de  
NGHE, ejusdem Ordinis Conventus  
Gandenſis filio.*

Bruxellis, typis Francisci Foppens, 1719, 4.

Alph. 2 pl. 12 cum fig. æn. ab Autore  
delineatis.

Quod

**Q**uod in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Quetifi & Echardi aliquoties deprehendimus allegatum Belgium Dominicanum MSS. R. P. de Jonghe, illud post exempla Desolatæ sua Bataviz Dominicanæ 1718 impressæ distracta, 1719 in lucem produxit, seu potius teste approbatione Reverendiss. Patris, Magistri General. Fr. Antonini Cloche, superiori anno 1720 demortui, ex Flandrico idiomate in Latinum transtulit. In prefatione testatur Autor, se Belgium hoc Dominicanum maximam partem ex archivis, litteris originalibus, instrumentis authenticis compilasse, & eum in finem collecta hac historia 1715 omnes provinciez hujus conventus (exceptis Luxemburgensi & Calcariensi) perlustrasse, delineasse, & quæ in scriptis suis corrigenda erant, correxisse, addenda addidisse & multorum errores detexisse. Allegat etiam documenta MSS. & monumenta monasteriorum, atque attestatur, se omnem humanum in colligenda hac historia industriam adhibuisse.

Post tractatum operi præmissum, in quo fata FF. Prædicatorum in Belgio exponit, de conventibus Gandensi, Lovaniensi, Brugensi, Antverpiensi, Mosæ Trajectensi, Luxemburgensi, Buscoducensi in Mechlinia, Calecariehensi, Bruxellensi, Montensi, Brauniensi, Namurcensi, Sittardieni, Tungreni, Vilvordensi, Lyrano, FF. Anglorum Bornhemii, FF. Hybernorum Lovaniæ agit, singulis peculiari tractatione dicata, quæ in varia capita abit, quorum nonnullis aliquot appendices sunt subjuncta. Toti autem operi supplementum cum elenco personarum illustrium, præclariorum hororum & nominum in monumentis sepulcralibus expressorum finein imponit,

Oeconomia ergo Bibliothecæ hujus Dominicanæ exhibita, quædam in usum lectoris ex opere ipso delibanda sunt. Inter eruditos, qui in conventu Gandensi vixerunt, occurunt P. Joannes Bunderus (Bunderius vel van den Bundere) qui variæ scripta contra Protestantes compilavit, & P. Mag. Petrus Bacherius, qui cum Dialogum novum inter Cenophilum & coniugem Eulaliam contra Reformatos Senatu Gandensi dedicasset, Senatus ei in grati animi tesseram scyphum argenteum & vinum honorarium obtulit. At ipse donum respuens Senatui lepide respondit: *Beker en is gheenen dronckaert*, Bacherius

non est ebriosus. Inde Senatus, eo-consulente honorarium nat-  
tavit, & calicem argenteum deauratum & Senatus insignis ex-  
ornatorum 32 unciarum ponderis conventui dedit, hac adje-  
cta in pede calicis intra poculum inscriptione: *dedit D. Becherio*  
*Senatus Gandensis A. 1585.* De P. Ambroſo Druiſt reket de  
Jongbe, hunc Prædicatorem generalem ſepiſſime diebus de-  
minicis vel festis quinque vel ſex sermones ſacros ad populos  
habuiffe, una manu cibum ſummiſſe, & altera pium aliquem li-  
brum teauiffe, domum penitentium pro mulieribus impudieis  
Bruxellis erexit, per plateas rosariis, libellis, imaginibus oru-  
ſum incessiſſe, & quibusvis obviis diſtribuiffe, usque ad medianam  
noctem ad peccata, quæ tunc committi ſolent frequentias, im-  
pedienda circumiſſe, ſecreta cordium, Deo inspirante, penetraſſe,  
& cum opinione ſanctitatis ex hac vita exceſſiſſe. Ex Con-  
ventu Antverpiensi notandi ſunt P. Nicolaus Jansſenius & P.  
Dominicus Jansſenius, miſſionarii Pontifici, quorum ille, pra-  
ter *Animadverſiones Et Scholia in Apologiam de vita Et morte*  
*Joannis Dures Scotti adverſus Brovium pro Brovio, Colonia 1622*  
in 8, & ad calcem Tomi XV *Annalium Ecclesiasticorum Brovi*  
*imprefſa, defenſionem fidei Catholica Et Apostolica Romane Ad-*  
*menitioni neceſſariæ Joannis Mülleri Theologi Hamburgen-*  
*ſis oposuit, quam in gratiam fratriſ ſui Domini conſcripe-*  
*rat, Antverp. 1631 in 8. Hic vero idiomate Germanico traſta-*  
*tum de Jeſuio contra Lutheranos ſcripſit, & ob librum Latinum,*  
*cui titulus: *Scriptor veridicus Christiana Confraternita-**  
**gloriatiſſimi nominis Dei Et c. Hamburgi 1634 in 8 absque ty-**  
**photraphi nomine editum, a Senatu urbe ejectus eſt. In hujs**  
*vita dum refert Noſter, Concionatores Hamburgenes in am-*  
*bonibus uſiſſe, contra leges patrie tolerari hunc ſacerdotem*  
*Pontificium, ipſumque, velut malum peſtiferum, urbe pellendum*  
*eſſe, acerbe invehitur in Iohannem Müllerum, quem pseudo-Paſto-*  
*rem Lutheranum criminatur, & alios, quorum conciones pseu-*  
*do-prædicationes, at quam eleganter! appellat, ut alia convicia,*  
*quæ immerito contra Hamburgenes Theologos evomit, ſicco*  
*pede prætereauimus. Thomam Leonardi, quem contra B. Dorſchel*  
*Thomam Aquinatem ſcripſiſſe, mens. Oct. 1720 p. 447 obſervavi-*

p. 92 sqq.

226.

233.

277:

mua,

atis, conventus Mosæ Traiectensis protulit. Integro vindiciarum Angelici Doctoris titulo adducto, memorat R. P. <sup>n</sup> unum ex Principibus Mecklenburgensibus, quibus a Coafiliis fuit Dorschæus, „mortuo Dorschæo, cum Thoma Leonardi ad aquas Spadas coram egisse, & in Galliis ejurato Lutheranismo fidem Catholico-Romanam amplexum & professum esse., Hic quidem diffiteri non possumus, Christianum, Adolphi Friderici, Sueriensis linea<sup>e</sup> auctoris & propagatoris, filium, 1663 d. 29 Oct. Pontificiorum sacra amplexum esse. At nec Doctor Angelicus, nec Doctoris Angelici hyperaspistes Thomas Leonardi, sed Angelica quedam formina, Isabella nimurum Angelica Montmorancia, vidua Ducis de Chatillon, hujus mutationis a Christiano factæ causa fuit, cuius Angelicæ amore captus eam in matrimonium duxere constituit, quæ, quam Duci aliis sacris initiato numero nolle, in ejus gratiam Christianam fidem Lutheranam ejurasse, testimonio gravissimorum historicorum comprobari potest. Sed redeundum est ad Belgiam nostrum Dominicanum R. P. de Jonghe, a quo descriptioni Conventus Luxemburgensis a se factæ subjuncta est „Appendix Apologetica pro P. F. Bernardo de Monte Politiano Confessario Henrici VII Imperatoris, Fundatoris Conventus nostri Luxemburgensis, adversus quosdam calumniatores, necem prædicti Imperatoris falso imponeantes præfato P. Bernardo, quos fecuti sunt Meyerus in Annalibus Flandriz, fol. 117, & novissime D. Jacobus Leydecker, Sectæ Calvinianæ Minister Medioburgenis in Zelandia vicinia nostra. „Hic observat noster, P. Mag. Thomam Du Jardin anno 1711 edidisse sexaginta Controversias pro defensione fidei Catolice, & contra has calumnias strinxisse D. Jacobum Leydeckerum. Huie Du Jardin opposuit secundum volumen, Belgice conscriptum & Gandavi typis Augustini Graet 1716 in fol, sub titulo : de Spore der Catolycken, i. e. Stimulus Catholicorum, impressum, quod etiam anno sequenti iisdem typis in commodiorem usum Missionariorum & viatorum sub titulo : de Schole der Waerheydt i. e. Schola veritatis repetendum curavit. Hac notitia hujus litis præmissa animadvertisit De Jonghe, Leydeckerum duas evonuisse calumnias, intoxicationem

p. 282.

288.

nempe Henrici VII, a quibusdam malevolis fictam & P. Bernardo de Monte Politiano adscriptam, atque ritum FF. Prædicatorum sumendi sacram hostiam manu sinistra, dum Missam celebrant, quem ritum Leydeckerus dicit esse prescriptum in punitione sceleris supra dicti Bernardi de Monte Politiano. Contra utramque hanc Leydeckeri propositionem disputat noster Dominicarus, & quod ad primam attinet, opinatur, præter testimonia multorum, quæ & in *Du Jardm* Voll. II jam allegato fol. 664, & in libro cui titulus: *L' Année Dominicaine*, Tom. I mens. Septemb. fol. 18 & in fine ejusdem tom. fol. 48 adducuntur, innocentiam ejusdem P. Bernardi testari literas Johannis Regis Bohemiz ejusdem Imperatoris filii. Inferuit etiam has Johannis literas Autor noster, variis annotatiunculis illustratas, atque deinde varia amoris singularis Luxemburgice stirpis in Dominicanum ordinem documenta recenset. Hinc ad alteram Leydeckeri propositionem se convertit, atque falsitatem ejus luce clarius demonstrari putat ex antiquo Rituali ordinis Dominicani anno 1254 sub initio Generalatus Humberti V, ordinis Prædicatorum Magistri Generalis, conscripto, in quo haberi dicit hæc verba: *& sinistra retinens duas partes (hostiæ divisiæ) usque ad perceptionem Sacramenti.* Idem videri posse in antiquo Rituali conscripto, antequam in ordine Dominicano officium aut Missa de S. Ludovico Rege celebraretur, quod in Conventu Insulensi asservetur. Kitum etiam illum approbasse Clementem IV anno 1267 & Honorium IV anno 1284, & in Constitutionibus Dominicanorum distinct. Ideo officio Ecclesie Cap. I statui: *totum officium, tum diurnum, quam nocturnum secundum correctionem & ordinatem venerabilis F. Humberti Magistri Ordinis nostri confirmamus. & volumus uniformiter ab omnibus observari, ita quod nulli licet aliquid de cetero innovare.* Jam vero pergit De Jongbe, P. Humbertum electum fuisse in Magistrum in Capitulo Generali apud Budam anno 1254, Henricum vero Imperatorem obiisse anno 1313, adeoque ex his constare, ritum illum sumendi manu sinistra sacram hostiam in Missæ sacrificio diu ante mortem predicti Imperatoris in Ordine S. Dominicni fuisse

fuisse usitatum. Si ritus ille in punitionem fuisset præscriptus (sic progreditur disputando Autor noster) deberent Patres Dominican etiam S. Calicem manu sinistra sumere, quod non faciunt. Nam D. Leydecker dicit: *P. Bernardum de Monte Politiano calicem vita vertisse in calicem mortis.* Allegat etiam noster P. Matthai Dolmans librum Flandricum sub titulo: *Certa infallibilitas Ecclesie Romanae & Pontificum &c. aduersus Mensonem Heydenryck Praconem Reformatorum, Mosa Traiecti 1714 editum*, atque tandem hanc Apologiam hisce verbis concludit: *tadere se diutius inherere refutationi calumniarum, que speciem veritatis non habeant, nisi penes indoctos & excæcatores aut obduratores.* Nostrum non est cum levis armaturæ milite in arenam descendere, utpote qui ne necessario quidem ad hoc argumentum de morte Henrici VII justè pertractandum apparatu instructus videtur. *Stephanum enia Baluzium T. I Miscellaneorum supra adductas Johannis Regis Bohemiæ literas jam 1678 p. 161 seqq. communicasse, G. G. Leibnitium eas in Codice Juri's Gentium Diplomatico p. 188 n. LXXXVII repetiisse, Martinum Diffenbachium luculentum Commentarium de vero mortis genere, ex quo Henricus VII Imperator obiit, Francosurti 1685 in 4 publicasse, atque ad easdem literas p. 170 seqq. respondisse, D. etiam Job. Fr. Mayerum in peculiari ad M. Immanuelem Praeulem Epistola, ipfius dissertationi *de hostia & calice venenatis* subiuncta, undeas illas literas postulasse, aut ignoravit Jonghius noster, aut vim argumentorum ab his posterioribus allatorum extimescens dissimulavit. Confutet, si potest, R. P. Diffenbachii & Mayeri lucubrationes, & majora prius eruditioñis sua specimina edat, quam alios viros eruditissimos & historicos gravissimos a Diffenbachio allegatos, & quorū omnes sere Pontificii fuerunt, in numerum indoctorum, excæcatorum & induratorum referat. Non deerunt sane eruditæ, qui objectiones ejus diluere intentut, nec D. Leydeckerum bonam, quam defendendam in se suscepit, causam deserturum esse, omnino existimans.*

MEMO-

*HENRICI AUGUSTI DE LOMENIE, COMITIS Briennii, Ministri & primi Secretarii Status, Commentarii Historici.*

Tomi III.

Amstelod. apud Jo. Frid. Bernerdum, 1718, 8.

Alph. 2 pl. 10.

**C**ommentarii historici ministrorum aulæ, qui maximis negotiis vel interfuerunt vel præfuerunt, & omnia fideliter calamo descripserunt, haud dubie magni sunt astimandi. Merito igitur & hos Briennii Commentarios typographica luce dignos censuit Cardinalis d' Estrées, ut præfatio docet, nec dubitatus, debito eos exceptum iri applausu. Eoque magis si videntur lectu digni, quod Autor eos prescribens ad liberos suos, nihil retinuit falsave narratione corrupit. Quanquam & alioqui Lomenium fuisse virum fortis animo & libera lingua, satis docent hi Commentarii, quippe ex quibus discimus, Lomenium nec Richelio nec Mazarino carum fuisse ob mores ab affectatione alienissimos. Magni tamen eum fecit Ludovicus XIV Rex, ejusque audita morte, *bodie*, inquit, *amisi amicorum meorum vetustissimum, fidelissimum & prudentissimum*. Complectuntur autem hi Commentarii totam historiam aulæ Gallicæ sub Ludovico XIII & XIV ab anno 1614 usque ad A. 1661, quippe sub quorum regno Lomenius Secretarii Status munere functus est. Nec vero omnem hujus intervalli Gallicam historiam exponit, sed ea duntaxat, quibus interfuit ipse, quorumque adeo notitiam habuit exactissimam. Je ne veux seulement parler, que des choses, ou j' ai eu part, inquit Tomo II p. 245 & T. III p. 54. Facile hinc patet, hunc librum non quidem pro perfecta historia haberi posse, atamen potissima historiaz Gallicaz illius temporis momenta partim confirmare, partim illustrare. Sic *Vitam Richelii*, quam A. 1719 p. 139 sqq. recensuimus, hic multum illustrari, istamque historiam egregie confirmari, observavimus. Non itaque opes fuerit,

fuerit, argumenta horum Commentariorum sigillatim perscribi. Nec tamen alienum videtur, hinc inde nonnulla proferre in medium, idque tribus, quod aijunt, verbis. Sic T. I p. 68 sqq. una cum funesto casu Mareschalli Ancrei exhibentur prosperi successus Luinii, ex humili statu adspirante aura aulica promoti ad altissimum honoris gradum. De eodem Luinio Annotator (nam passim hisce Commentariis subjectae sunt annotationes non contemnendae,) p. 126 narrat, ejus iussu Dominicanum quandam monachum Regi praedixisse, fore, ut muri Montalbanensium seque, ut olim muri Hierichuntini, sua sponte concidant, si Rex quadringentos tormentorum ictus emiserit in novam istam Hiericho: sed non successisse hoc miraculum, Hugonotis strenue sese defendantibus. P. 177 ipse Lomenius narrat, se una cum Card. Richelio duobusque aliis a Rege constitutum esse Commissarium ad agendum cum Anglo legato de nuptiis Principis Walliae cum Henrietta Maria, Henrici IV filia. In eodem negotio Lomenius a Rege missus est in Angliam, ac postea & novam Angliae reginam adduxit ad sponsum. Unde diu versatus tum in aula Anglicana, quod a se suisque comitibus ibi gestum sit, copiose edisserit usque ad p. 252, simul hac occasione describens indolem ac mores Jacobi I Angliae Regis, & filii ejus, itemque Ducis Buckinghamii. Tomo II p. 240 sqq. nieminit controversia in aula Gallica agitata, utrum consultius sit, Monasteriensi pace Alsatiam accipi a Gallis sub titulo feudi, an tanquam provinciam a Germania divulsam totamque ditioni Galliae Regis subjectam. Ac Lomenius quidem dolet, posteriorem sententiam valuisse, facteturque, se, ut prius fiat, summō opere suasisse. Ibidem p. 246 sqq. verbotenus exhibetur Tractatus A. 1629 d. 13 Maji Madriti factus inter Regem Hispaniae & Ducem Rohanium, caput rebellium Hugonotarum. Ac p. 259 sqq. plures exhibentur Tractatus, paulo ante Monasterensem pacem initi a Ludovico XIV cum Hollandis. T. III p. 182 sqq. docet, Mazarinum in optatis habuisse, ut Ludovicus XIV in matrimonium duceret ipsius propinquam. P. 187, 190 & 199 scribit, Mazarinum  
 N n n    suisse

fuisse hominem mirifice avarum, addens, ejus avaritiam ~~et~~  
 causa fuisse, ut Galli amiserint Catalauiam, Casale, & Dun-  
 quercam. Imo p. 191 sq. docet, Mazarinum habuisse odio na-  
 tionem Gallicam & ejus gloriam. Nec diffiteri volunus, duo  
 nobis fuisse deprehensa in hisce Lomerii Commentariis, quez  
 utrum nimio erga Regem amori, an Machiavellicæ sapientiz,  
 tribuenda sit, alii judicent. Scilicet T. III p. 17 non veretur  
 scribere, Reges Galliæ, cum necessitas eos cogat ad aliquid  
 promittendum, semper servare animam, proxima quaque o-  
 casione a promisso suo recedendi, absoluereque suæ potestati  
 propiciandi. Deinde p. 274 sq. contendit, Regem Galliæ esse  
 verum dominum Lotharingie. Nam 1 tempore Julii Cesa-  
 ris sub Gallia comprehensi fuisse Lotharingiam, 2 Caro-  
 lumi M. fuisse possessorem Lotharingie. Ac ne quis objiciat,  
 Reges Galliæ per pacta jam olim fues in Lotharingiam iuxi  
 renuntiasse, in propositu Nostro est respondere, Reges Galliæ  
 veteres id faciendi jus non habuisse, cum Gallia regnum sit u-  
 sufructuarium. Adjiciamus ex his ipsis Commentariis unum  
 alterumque, quod literariae illustrat historigam. Sic Tome  
 III p. 274 mentio sit libri, quem A. 1580 edidit *Franciscus*  
*de Rosieris*, Archidiaconus Tullensis, ita inscriptum: *Stemma*  
*ta Lotbaringia & Barri Ducum*, quemque meminimus recen-  
 feri in Cl. Struvii *Biblioteca antiqua* A. 1705 p. 11 sqq. Ap-  
 perte dicit Lomerius noster, librum illum iussu aulae Lotha-  
 ringicæ editum esse, & auctoram ejus gravi reprehensione fu-  
 isse affectum iussu Regis Galliæ. Denique memoratu digna-  
 videntur, quæ primo Tomo p. 58-62 legitimus de *Vatrio*, (*Mr.*  
*du Vair*,) cujus *Philosophia Stoica moralis* Gallice conscripta  
 exstat, dignaque fuit habita, quæ Anglicam in linguam &  
 Belgicam transferretur. Fuit scilicet *Vairius* ille A. 1616 cui  
 nos Sigilli Regii, homo fortis anima, liber ore, vitam agens  
 austera & plane Stoicam, aulicis adoratoribus inimicus.  
 Cum gratia Regis illo anno excidisset, jubeturque reddere  
 comissum sibi sigillum, id propte libensque fecit, ac philo-  
 sophum se præbuit in excipienda hac fortune injuria. Imo  
 ipse

ipse Regem adiit, ac Stoica gravitate Regem allocutus, nullum perturbat<sup>z</sup> mentis ostendit indicium. Ceterum Vairio dignitate sua exuto, optimus quisque id ægre tulit, nec primarii solum viri, verum etiam homines de populo judicarunt, infortunium Vairii conjunctum esse cum calamitate totius regni. At post sex menses recuperavit Vairius dignitatem custodis sigilli, eamque tenuit ad mortem usque, quam obiit A. 1621 sexagenarius. Hoc postremum p. 129 relatum legimus, ubi Annalator adjicit comparationem Vairii eum Seneca, indicans, utrumque voluisse videri summa severitatis philosophum, & tamen ambitionis avaritizque notas edidisse haud insuandas.

**THE BRITISH HISTORY TRANSLATED**  
from the Latin of Jeffrey of Monmouth.

f. c.

**HISTORIA BRITANNICA & GALFRIDI**  
*Monimethensis, ex idiomate Latino in Anglicanum trans-*  
*lata, una cum Prefatione prolixa autoritatem hu-*  
*jus libri vindicare; Autore AARONE*  
**THOMPSON.**

Londini, apud J. Bowyer, H. Clemens & J. lunys, 1718, 8.  
Alph. i pag. 16.

**P**Ost Cesarem, qui primum ferine, sed pauca, de Anglis tradi-  
dit, vix antiquior hactenus profsat rerum Anglicarum  
Scriptor præter *Gallofredum* seu *Galfredum Monimethensem*,  
cui versionem Latinam ejusdam Historie Britannicæ vetustissi-  
mum debemus. Vixit quidem is ante DC annos, ea scilicet ætate,  
qua elegantiores literæ parum florebant, dignus tamen judicio  
Cl. Editoris, qui e situ & iequalo protraheretur in lucem. Nam  
cum plerique Anglie Historici, si e recentioribus *Miltonum*,  
*Tyrrellum* & *Blæströdum Whistlock* forte excipias, quæ ante Ce-  
sarii adventum in Britannia gesta sunt, vix attigerint, Galfredus

N n n 2

no-

noster ab ipsis primordiis Britannia<sup>z</sup> auspicatur. Hunc itaque scriptorem, & raro obvium, & ob flyli barbariem obscurum, adeo ut pauci vel norint eum haec tenuis vel rite intellexerint, operæ pretium duxit Cl. Editor in linguam vernacularam transferre, qua in re usus est tum Parisiensi editione apud Ascensium 1517 excusa, sed multis scriptionis compendiis deformata, tum Comeliniana, qua<sup>e</sup> Heidelbergæ cum aliis Anglia<sup>z</sup> Scriptoribus 1587 in fol. prodit, quibus (plures enim non exstant) inter se collatis, sphalmata plurima, qua<sup>e</sup> circa nomina personarum & locorum irreperant, feliciter lustrulit. Cum vero facile subdaret, fabulosum hoc dicendi genus non æque omnibus probatum iri, prolixa præfatione, (paginis nempe CXI constante) autoritate hujus scripti vindicare ausus est, quod strictum more nostro nunc recensebimus.

Tametsi qua<sup>e</sup> de Bruto Britonibusque Trojanorum prospæria memorantur, & veteribus *Guilielmus etiani Neubrigensis*, *Nostro* alioquin infenissimus, & *Giraldus Cambrensis*, antiquitatem Anglicanarum felix explanator, suo calculo infirmit, imo nullus ea, ante *Johannem Welbampstedensem*, obscurum Seculi V scriptorem, in dubium vocaverit, ut e recentioribus *Lelandum*, *Humfredum Lhwyd*, *Johannem Pricc*, *Cajum*, *Powelsum* aliosque strenuos hujus historiæ assertores taceamus, attamen antiquis destituimur testimoniis, nec satisfacere videntur, qua<sup>e</sup> *Autor Historie Britannicae* adduxit, qui fabulis illa commiscuit, ut multis visum fuerit, vel ipsum librum spurium, vel fictam certe translationem impostoris Gallosredi partum esse. His ut obviam eat Cl. Editor, primo examinat arguments, quibus Gallofredus impostoræ accusatur, dein innocentiam ejusdem probare nititur, diu quippe ante eum existisse Historiam, qua<sup>e</sup> Reges Britannicos a Bruto ad Cadwalladorem ordine recensuerit, demonstrans. Quod ad primum, *Uffertum* adducit, qui in *Primordiis Ecclesie Britannicae* mentionem facit Chronicæ coiudicari Wallia<sup>z</sup> in Bibliotheca Cottoniana asservati, quod antea posse derit Humfredus Lhwyd, & de quo fama sit, quod illud ipsum fuerit, quod Galfidus translaterit; sicut tamen ingenue fateatur,

tur, quod non transtulerit modo, sed & multa addiderit, monetque ex *Lbwyd Archaeologia Britannica*, varia discrepantia exempla hujus historiæ in lingua Wallonica circumferri. Præterea testatur Editor, se possidere codicem *historia Britannica* a *Johanne Lewis* ante centum & quod excurrerit annos scriptum, & brevi, quod sperat, publicandum, cuius Autor affirmet, se codicem membranaceum Britannica lingua ante tempora Galfredi scriptum possidere. Hinc ad objectiones Galfrido factas responderet. Et cuin quidam tradant, *Alfredum Berlejum* Epitomen dedisse historiæ cuiusdam Britannicæ, a Codice hoc Galfredi longe diversæ, cuius ne nomen quidem indicaverit; minime inde consequi Editor docet, quasi historiam suam Britannicam non transtulerit Galfridus, sed suppoluerit, ac potius existimat, Alvredi Annales nihil aliud esse quam Galfidi deflorationes. Nam priusquam Galfredi versio apparuerit, Historiam illam Britannicam plane incognitam fuisse, nec ejus exemplar, præterquam lingua Britannica, conscriptum existisset; quod cum ignoraverint Galfidi coætanei, *Guilielmus Malmesburiensis*. & *Henricus Huntingtonus*, virum non est, cur de antiquis Regibus non egerint. Quod vero impostor haud fuerit, ex eo credit verisimile, quod Episcopus Asaphensis, post editam historiam, electus fuerit, ex quo facile arguas, eum virum fuisse fide dignum. Nec quemquam eo tempore, quo prodierit, suspicionem falsitatis mouisse, quamvis res tum opportunius detegi, quam nostro hoc tempore potuerit. Quod exemplo illustrat de veritate Evangelii, quippe magnum pro veritate ejus argumentum. Viris eruditissimis fuerit, quod nullus tam impudens adversariorum existiterit, qui fidem factorum in dubium vocare ausus fuerit. Vadem præterea habuisse nostrum *Walterum Mappeum*, Archidiaconum Oxoniensem, qui ipse codicem attulerit, & munitum fuisse librum dedicatione ad Robertum Ducem Glocestrij, Regis Henrici I nothum, qui facillime de suppositione, si quæ fuisset, certior fieri potuerit. Quod ad Guilielmum Neubrigensem, fere coætaneum, qui publice impostorem vocavit, bene monet Cl. Editor, id post LXX demum annos factum, iuno & e vestigio ab Episcopo Norvicensi *Grey*

19.

22.

24.

28.

refutatum scripto fuisse, & ex Scriptoribus Walliz patere, hunc Guilielnum Petum seu Neubrigensem, quem sua lingua Gui, Bath vocant, invidia quodammodo ductum, calumniaz locum fecisse, quod a Principe Walliz frustra Episcopatum Alphonsem, cui Galfridus antea praerat, petiisset & illius simul gratia excidisset. Quod judicium Lelandus confirmat, inquiens : *Gallofridum Arurium Monachensem tam perulanter lacescit, tam inoidis morsibus lacerat, ut contractum ad id facile putas: cuius judicium secutus Polydorus, & sequitur Gallofridum velicas, atque operis interpretem. Quare mibi eterque ad partes merito vocandus, nisi essent ex a quo penitioris antiquitatis Britannico ignari.* In sequentibus ipsius Censoris fabulas ridiculas & falsas narrationes expludit, cuius quidem autoritate non solum Polydori, sed & plerorumque recentiorum accusations sufficiuntur. Ex verbis Geraldii: *sicut fabulosa Gallofredi Arsburi mensuris historia, nihil aliud concludendum esse putat, quam quod etymologiae vocis Wallies, qua in historia a Nostro translata assertur, sit falsa, quippe qui, si totum scriptum supposititum esse agnoveret, id ut constaneus Gallofredi optime detegere potuisset,* quod tamen ex eo noadem efficitur. Quod Cambdenus neminem ait ante Galloredum Brutum mentionem fecisse, qui Britanos a Trojana iure divisa flups derivaverit, a Jobanne Pricco Cambdeni aetate iam refutatum fuit, & eonstat, *Hereticum etiam ab Huntington, ante Galloredum, idem defendisse.* Nec majoris roboris erit Beda de Bruto silentium, quod non civilem historiam, sed Ecclesiasticam tradere constituisse. Nec ignorantem ante Galloredum de Bruto sententiam fuisse, ex Sieberto Gemblacensi, Gallo, qui eam aetate processit, Nemio item, scriptore Sexuli VII, & imprimis Tilde Cambrico, qui Clodii Imperatoris aetate atque adeo mille fere ante Galloredum annis vixit, abunde constat. Denique Caji (cui Collegium in Academia Cantabrigiensi nomen & originein debet) autoritate probat, *Gurgantium, Regem Britannicum, CCC annis ante Christum deflorationes historiz Britannicæ (ex quo libro Gallofredi Historia compilata videtur) composuisse. Ceterum*

34.

39.

40.

43.

44.

frum quod tam diu latuerit liber, minime præjudicio esse posse,  
quandoquidem & Curtius plus mille annis latuerit, qui ta-  
men pro fide digno Historico habeatur. Porro a partium stu-  
dio alienum fuisse Galfridum probat, qui & a Romanis Scripto-  
ribus interdum abeat, & multa referat, quæ neque Britannicæ  
gloriae sint, neque historiæ sua ornamento. Neque tamen  
dissentum a Romanis tantum esse, ut conciliari cum Nostro non  
possint, si nomina & circumstantias nonnullas permutentur,  
& si vel hoc derimus, nec Romanos utique dixeris falli nescios.  
Non diffitetur tamen, Galfridum Anglie monarchiam multo  
altius extulisse, quam *Tacitum*, *Dionem Cassum*, *Cesarem*,  
*Gildam* aliosque, scilicet animum illi fuisse catalogum imprí-  
matis texere Regum Britannicorum omnium, qui sibi invicem  
successerint, a Bruto ad Cadwallodorem, nulla habita ratione  
potentia, ac sepositis interim principibus aliis, qui ex hac stirpe  
oriundi non erant. Concedit etiam, multas fabulas & res cre-  
ditu vix possibles inspergi, sed id vitium plerisque eis etatis  
historicis familiare fuit, & forsitan fabulæ adeo tum inter  
Britones fuere receptæ, ut erimini sibi duceret Autor, si omit-  
teret. De Cæsare quidem speciatim querit, cur Bruti men-  
tionem non fecerit, respondetque, eum brevi tempore in An-  
glia moratum, rebus majoris momenti, quam ut in origines  
regionis inquireret, intentum fuisse, vix etiam credidisse,  
Britannis, barbaræ genti, quippiam de originibus suis constare,  
accedere, quod diu post discessum ex Anglia de his tantum, quo-  
rum reminiscetur, Commentarios concianaverit. Unde  
& Asinius Pollio cum veritatem tum diligentiam majorem in  
illis desideret. Ceteros Scriptores veteres Angliam nequitam  
adiisse, sed, quæ ex oce militum hauserant, tradidisse existimat,  
& præterea observat, Scriptores Romanos nuppiam innuere,  
Ascanium filium habuisse Sylvius, patrem Bruti, sed Julium  
quendam, cui familia Julia originem debeat, atque adeo, cum  
hos tantum adjudicare voluerint, qui ad lineam regiam Italicam  
pertinerent, hunc consulto omisisse. Ad *Buchananum* quæstio-  
nem, quando Brutus in viscera Britannicæ pervenerit, an mari, an  
terra, miratur, illum oblitum, quod non per Alpes, sed ex Graecia,  
ubi

58.

61.

68.

70.

85.

88.

89.

91. ubi exul vivebat, mari adventaverit. Et postquam ex *Sberinghami Originibus gentis Anglicæ* sententiam suam confirmasset,  
 107. tandem prolixo testimonio Regis Eduardi I & Angliae procerum, quod in processu contra Scotos, coram Bonifacio VIII instituto, perhibuere, dissertationem hanc præliminarem finit. De libro ipso agerè nostrum non est, cum inter Scriptores rerum Britannicarum publice prostet. Quod vero geminum indicem, alterum rerum memorabilium, alterum, quo antiqua nomina Provinciarum, urbium, fluviorum, montium, in hac historia relata, exponit, adjecterit, silentio præterire non possumus.

*JO. ADOLFI HOFFMANNI OBSERVATIONUM Politicarum, sive de Republica, Libri X.*

Trajecti ad Rhenum, apud Guil. van de Water, 1719.8.  
 Alph. I pl. 19.

**E**T si imperantibus præcepta dare non audeat doctissimus Autor, operæ tamen pretium se facturum existimavit, si, quæ ex scriptis veterum & recentiorum, quæ in ipso etiam itinere Belgico atque Anglolico afflida manu versavit, collegerat exempla, distincto & accommodato ad naturam ordine proponereret, quo rei politica curiosi habeant, quod sequuntur vel fugiant. Cumque decem præcipue res ad vitam hominum in terris perficiendam concurrere observaverit, 1 ut homo intentus sit conservandæ vitae, 2 ut laborem atque industriam adhibeat ad prospiciendum necessitatibus corporis, 3 ut cogitatione feratur ad causas rerum, autemque natura investigandum atque suspiciendum, 4 ut liberos a se procreatos curet ametque, 5 ut intelligat, quid sit æquitas & ordo, illumque in regenda tuendaque familia adhibeat, 6 ut partim studio consortii cum similibus sui, partim fuga aliena vel injustitia, vel violentia, societatem ineat, & constituat civitates, 7 ut mutuam operam & præstet sui similibus & reposeat, 8 ut cum viciniis versetur quandoque, & commercia tractet, 9 ut cum aliis foedera ineat ad se tuendum, & 10 ut intentatam sibi injuriam vel fugiat, vel propellat: hinc totidem Libris opus destribuit, ac Libro I de religione seu cultu Dei, II de conservatione sui, seu salute publica, III de labore & industria, IV de educatione ac cura juventutis, V de legibus & magistratu, VI de interna civitatis constitutione, seu formis Rerum publicarum, VII de Civibus & eorum inter se studiis, VIII de commercio cum exteris, IX de pactis & foederibus, ac X de defensione sive bello edisserit. Qua in re ita versatur, ut cuncta exemplis selectissimis illustret, & diætione compta atque eleganti exornet.

••••• : ••••• : •••••

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quæ Lipsie publicantur,*

## SUPPLEMENTA.

*Tom. VII. Sect. XI.*

### ACTA PHILOSOPHORUM,

*das ist,*

#### Gründliche Nachrichten etc.

*hoc est,*

*ACCURATÆ COMMENTATIONES, QUIL-  
bus Historia Philosophica exponitur. Accedunt Recensio-  
nes librorum veterum pariter ac recentiorum, ad  
istam Historiam pertinentium, subjuncta  
semper èxcepser.*

*Partes VII, VIII, IX, X, XI, XII.*

Hat̄ Magdeburgicꝝ, in officina Rengeriana, 1716-1721, 8.

Alph 2 pl. 19.

**P**RIMUM hujus Operis Tomum A. 1716 p. 463 seqq. recen-  
suimus. In secundo hoc Tomo eadem obſervatur me-  
thodus, hoc est, singulꝝ partes tribus constant Differ-  
tiationum classibꝫ, quarum *prima* caput aliquod ex historia  
philosophica copioſe deductum exhibetur, *altera* argumenta  
specialia eodem ſpectantia tractantur, *tertia* libri istam histo-  
riam illuſtrantes recenſentur. Ut igitur hoc ordine describamꝫ  
argumenta hujus ſecundi Tomi, prodiſ hiç primo caput ſatis di-  
fufum de *philosophia Hebreorum*, in quo, patriarchas & He-  
breos veteres fuſſe philosophos, negatur, neſt ſolum omnia  
P. I. 52

Ooo scri-

scripta eorum philosophica habentur pro supposititiis, verum etiam argumenta, quibus Noachus, Salomo, Abrahamus, Moses ac ceteri referuntur inter philosophos, producuntur refellunturque. In primis Dickinsonus notatur, qui, & Noachum & Mosem fuisse physicos & chymicos, miris probatum iverat ratiunculis. Iis, qui Jacobo scientiam physicam ex eo asserunt, quod gregem suum multiplicare sciverit, respondetur, patriarcham illum divino somnio monitum id fecisse, adeoque fidei ejus, non scientiaz philosophicaz, tribuendam esse gregis ubertatem. Qui ex historia de vitulo aureo contendunt, Mosem artis chymicaz peritum fuisse, iis Autor responderet, Mosem non aliud, quam vitulum primo jussisse conflare in massam, hinc massam hanc redegitse linea in particulas minutissimas, istamque pulverem ad ultimum conjectisse in aquam. De Salomonis philosophia disputans duos exagitat Jesuitas, Pinedam & Grobendoronquium, qui amplis operibus ostensum iverunt, Salomonem fuisse summum & Dialecticum, & Astronomum, & Mathematicum, & Physicum, & Medicum, &c. Cum vero nec in eruditissimorum virorum numero desint, qui Salomonem physices peritissimum fuisse credant, ejusque rei fundamenta satis firma reperisse in sacro codice sibi videantur, Autor illa S. Scripturaz loca attentius considerat, aliamque eorum interpretationem profert. Jam quod Salomo in sacris literis appellatur *regum sapientissimus*, non dubitat Noster, isto praeconio nihil aliud significari, quam summam & incomparabilem prudentialm regnandi. Illud tamen concedit, fuisse Salomonem pro illa etate doctissimum virum, magnum poetam, oratorem magnum, & ingeniosum enigmatum artificem.

Ad barbaricam philosophiam antequam accedat, praenit:  
 p. 204-253. tit singulare Caput de *barbarie*, quam triplicem facit, fermonis, intellectus, & voluntatis. Non licet nobis haec singulatim persequi. Tantum observamus, philosophiam barbaricam minus dignam ab Autore haberi tam magnifico nomine. Etiam coactionem hominum ad religionem Principis refert inter genera barbariei, simulque longa disputatione reficit paradoxam non-pullorum sententiam, contendentium, mores barbarorum fuisse me-

meliores, quam moratorium, quas vocant, gentium. Ceterum cum Scholastici sint eo tempore philosophati, quo barbaries omnem inundaret Europam, Autor etiam exhibet integrum de *philosophia Catolica* sive *Scholaistica Caput*, ostenditque, ad p. 281-302 modum miseram esse philosophiam illam, ac simul pro specimine recenset *Benedicti Scbmirii Dialeticam regulatam & controversam*. Qui in illis tenebris supra vulgus sapuerunt, eos docet incidisse in Scyllam atheismi, idque probat exemplo *Petri Pomponatii*, quem atheistum fuisse demonstrat, ejusque libros de *incantatione, & de fato providentiaque*, uberius recenset, simul ostendens, eum parum valuisse judicio, ac ne mediocribus quidem annumerandum esse philosophis. Occurrit & hic singulare *Caput de philosophia Ciceronis*, in quo censura ex. 327-380, eretur in ejus librum de amicitia, atque inde concluditur, eum quidem magna laude ornandum esse ob operam philosophiae navatam, at non eousque eum processisse in hoc studio, ut pro primis magnitudinis philosopho haberi mereatur, cum vel ex isto libello appareat, neque magnum Logicum, nec satis eruditum Ethicum eum fuisse. Traditur etiam hac occasione copiosa notitia de *Ciceronis Hortensio*, quo in libro i. persolutus fuerat laudes philosophiae. Progredimur ad *Dissertationem de septem sapientibus Gracia*. Hic Autor omnia 441-469, prætermittens, quæ jam occuparat sedulitas Stanleji, ostendit, septem illos, excepto Thalete, non fuisse philosophos, sed styllo illius ævi ideo dictos sapientes, quod doctrinæ studiis dediti, & maxime poetica artis laude præfulgentes essent. Tri- podem, cuius in ipsorum historia fit mentio, Autor noster docet fuisse poculum inauratum, in certaminibus poeticis præmio expositum. Ad Periandrum quod attinet, qui vulgo pro pessimis habetur tyranno, hic exhibetur ejus apologia, & erroris origo simul indicatur. Exponuntur hic etiam præcipua septenvirorum illorum præcepta, inter quæ illud: *Ama tanquam oscurus*, sic emendatur e Laertio: *Ama tanquam osuros*. Sequitur narratio dilucida de bello inter Aristotelicos & Platonicos gesto seculo XV, quæ Autorem habens Cl. Boivini- um, hic Germanicum conversa in sermonem exhibetur addi- 461 sq. 494-537, 537-572:

scripta eorum philosophica habentur pro suppositiis, verum etiam argumenta, quibus Noachus, Salomo, Abrahamus, Moses ac ceteri referuntur inter philosophos, producuntur reflectunturque. In primis Dikinsonus notatur, qui, & Noachum & Mosem fuisse physicos & chymicos, miris probatum iverat ratiunculis. Iis, qui Jacobo scientiam physicam ex eo asserunt, quod gregem suum multiplicare sciverit, respondetur, patriarcham illum divino somnio monitum id fecisse, adeoque fidei ejus, non scientiaz philosophicaz, tribuendam esse gregis ubertatem. Qui ex historia de vitulo aureo contendunt, Mossem artis chymicaz peritum fuisse, iis Autor responderet, Mossem non aliud, quam vitulum primo jussisse conflari in massam, hinc massam hanc redegitse linea in particulas minutissimas, istumque pulverem ad ultimum conjectisse in aquam. De Salomonis philosophia disputans duos exagitat Jesuitas, Piaedam & Grobendoronquium, qui amplis operibus ostensem iverunt, Salomonem fuisse summum & Dialecticum, & Astronomum, & Mathematicum, & Physicum, & Medicum, &c. Cum vero nec in eruditissimorum virorum numero desint, qui Salomonem physices petitissimum fuisse credant, ejusque rei fundamenta satis firma reperisse in sacro codice sibi videantur, Autor illa S. Scripturaz loca attentius considerat, aliamque eorum interpretationem profert. Jam quod Salomo in sacris literis appellatur *regum sapientissimus*, non dubitat Noster, isto praeconio nihil aliud significari, quam summam & incomparabilem prudentiam regnandi. Illud tamen concedit, fuisse Salomonem pro illa etate doctissimum virum, magnum poetam, oratorem magnum, & ingeniosum enigmatum artificem.

Ad barbaricam philosophiam antequam accedat, praemit-  
p. 204-253. tit singulare Caput de *barbarie*, quam triplicem facit, fermo-  
nis, intellectus, & voluntatis. Non licet nobis haec singulatim  
persequi. Tantum observamus, philosophiam barbaricam mi-  
nus dignam ab Autore haberi tam magnifico nomine. Etiam co-  
actionem hominum ad religionem Principis refert inter genera  
barbariei, simulque longa disputatione reficit paradoxam non-  
nullorum sententiam, contendentium, mores barbarorum fuisse  
me-

meliores, quam moratiorum, quas vocant, gentium. Ceterum cum Scholastici sint eo tempore philosophati, quo barbaries omnem inundaret Europam, Autor etiam exhibet integrum de *philosophia Catbolica* sive Scholastica Caput, ostenditque, ad p. 281-301 modum miseram esse philosophiam illam, ac simul pro specimine recenset *Benedicti Schmirii Dialecticam regulatam & controversam*. Qui in illis tenebris supra vulgus sapuerunt, eos docet incidisse in Scyllam atheismi, idque probat exemplo *Petri Pomponatii*, quem atheistum fuisse demonstrat, ejusque libri 327-330, bros de *incantatione, & de fato providentiaque*, uberioris recenset, simul ostendens, eum parum valuisse iudicio, ac ne medioribus quidem annumerandum esse philosophis. Occurrit & hic singulare Caput de *philosophia Ciceronis*, in quo censura ex- 441-455, eretur in ejus librum de *amicitia*, atque inde concluditur, eum quidem magna laude ornandum esse ob operam philosophiae natam, at non eousque eum processisse in hoc studio, ut pro primis magnitudinis philosopho haberi mereatur, cum vel ex isto libello appareat, neque magnum Logicum, nec satis eruditum Ethicum eum fuisse. Traditur etiam hac occasione copiosa notitia de *Ciceronis Hortensio*, quo in libro 461 sq. is persecutus fuerat laudes philosophiae. Progredimur ad Dissertationem de *septem sapientibus Gracia*. Hic Autor omnia 494-537, prætermittens, quæ jam occuparat sedulitas Stanleji, ostendit, septem illos, excepto Thalete, non fuisse philosophos, sed styllo illius xvi ideo dictos *sapientes*, quod doctrinæ studiis dediti, & maxime poeticæ artis laude præfulgentes essent. Tri- pödem, cuius in ipsorum historia fit mentio, Autor noster docet fuisse poculum inauratum, in certaminibus poeticis præmio expositum. Ad Periandrum quod attinet, qui vulgo pro pessimo habetur tyranno, hic exhibetur ejus apologia, & erroris origo simul indicatur. Exponuntur hic etiam præcipua septemvirorum illorum præcepta, inter quæ illud: *Ama tanquam osurus*, sic emendatur e Laertio: *Ama tanquam osuros*. Sequitur narratio dilucida de bello inter Aristotelicos & 537-572, Platonicos gesto seculo XV, quæ Autorem habens Cl. Boivini- um, hic Germanicum conversa in sermonem exhibetur addi- tis

tis notis haud contempnendis. Discere hinc permulta licet de Gemisto Plethono, Bessarione, Mich Apostolio, Georgio Trapezuntio, Theodoro Gaza. Subnexa est Celeb. Heumannii uberior *enquiry* de statu philosophiae seculo decimo quinto. Jam offert se nobis *Dissertatio de philosophia Melanchtonis*, in qua ostenditur, eum initio inimicum fuisse philosophiae, causaque adducuntur, quibus peractus deinceps magni fecerit philosophiam, ejusque studium & ipse coluerit & aliis etiam atque etiam commendarit. Docetur porro, Melanchthonem magnum fuisse suo *ævo* philosophum, ac repudiatis Scholasticorum inceptiis meliorem philosophandi viam ingressum esse, at, si nostri *ævi* statum spectemus, non fuisse primæ cavae philosophum. Annexa hic est Cl. Jo. Christoph. Coleri Latina epistola de philosophia Melanchtonis, in qua contenditur, Melanchthonem in philosophiae studio fuisse eclecticum. Ex recentiori *ævi* philosophis producitur *Harveus*, cuius doctrinae de circulatione sanguinis fata copiose & cum censura recensentur.

**603-611.** *ph.* Annexa hic est Cl. Jo. Christoph. Coleri Latina epistola de philosophia Melanchtonis, in qua contenditur, Melanchthonem in philosophiae studio fuisse eclecticum. Ex recentiori *ævi* philosophis producitur *Harveus*, cuius doctrinae de circulatione sanguinis fata copiose & cum censura recensentur. Tres ejus præcipui adversarii memorantur, Parisanus, Primirosius, & Plempius, recenseturque Georgii Entii *Apologia pro Harveo*, item Primirosi liber contra Harveum, ac plura scripta huc pertinentia. Laudatur vero Harveus majorem in modum, quod non ipse se immiserit in hanc pugnam, sed veritatem a se detectam permiserit judicio posteritatis. Obiter etiam disputatur, an Harveus omnium primus observarit circulationem

**659-697.** *ph.* sanguinis. Occurrit hinc nobis *Historia totius philosophiae veterum Ægyptiorum*, in qua Autor sequitur vestigia Conringii, cuius accuratissimum opus de sapientia Ægyptiorum extat. Hic docetur, Hermetem falso venditari pro Autore philosophiae Ægyptiacæ, ejusque libros omnes esse suppositios. Docetur etiam secundum singulas disciplinas, statum literatum in vetere Ægypto fuisse miserrimum. De arte alchymica non solum ostenditur, de ea ante Constantini M. tempora nemisern- ullam injecisse mentionem, sed ipsam illam artem *æque esse ex τῷ αἰδυνέτῳ*, ut artem aquam transmutandi in vinum, vel lapides in gemmas. Porro Heumannus ostendit, sub Hermetis fabula latitare Mosem, idque paulo alia methodo, quam qua Hue-

tius

ius usus fuerat, efficere conatur. Rejicit etiam eorum labores, qui aggressi sunt interpretari scripta hieroglyphica, oleum in ea re atque operam perdi existimans. Qua occasione simul exhibetur *enigma* aliquod, rem continens leviculam, sed quod ita nonnulli sunt interpretati, quasi ibi magna mysteria philosophica laterent. Accedimus ad *Historiam philosophie Sinensem*, apud *descriptam a Celeb. Renaudoto*, cuius Germanica hic exhibetur versio, quam Heumannus auxit annotationibus, in hisque (ut cetera omittamus,) & eruditos Sinenses ab atheismi criminis liberavit, & statuit, Confucium videri non ante natum Christum vixisse, sed aliquot seculis post. Ad Renaudotum quod attinet, is lucide demonstravit, vulgo laborari præjudicio peregrinitatis, ac nimis magnifice sentiri de Sinensium sapientia, cum scientia eorum nulla in disciplina sequet eruditionem Europæorum, sed multis parasangis inferior sit. Ultimo loco Autor exhibet *Historiam Philosopharum* medii & recentioris ævi. Generatum hic statuit, inter tot eruditas mulieres perpaucas fuisse philosophas, & inter philosophas fuisse paucissimas, que assurèxerint ultra mediocritatem. Scuderiam censet reginam philosopharum haberi debere. Cornaram vero negat meritam fuisse titulum Magistræ philosophiae, cum ex ejus vita a Bacchinio prescripta pateat, eam superstitioni deditissimam fuisse, adeoque caruisse ingenio philosophico. Sed nec omitenda nobis est dissertatio de *Spinoziana Wirmarfi philosophia*, in qua horum hujus & atheismus & *atheismus* in apricum producitur, ac speciam nuge ejus, quibus historiam Caini impugnat, accuratissime diluuntur.

Hactenus prima classis Dissertationum Historiam philosophicam critice describentium. In secunda classe primum obtinet locum *Dissertatio de dollo Diogenis Cynici*, quod fabulosum esse Autor contendit. Sequitur *Petri Aponensis*, qui *Conciliatoris* nomine inclaruit, *Historia plenissima*, in qua de ejus patria, nomine, studiis literariis, fatis, scriptis, obitu curate exponitur. Eum magis crimine accusatum quidem, sed ianocentem declaratum fuisse, hinc discimus. Ad studia ejus quod attinet, Noster censet, Aponensem fuisse Latine Graecque & Hebraicas

p. 697-712.

717-726.

722.

727.

825-875.

115-144.

58-69.

Conf. 909.

69-115.

- doctum, sed ad nodum mediocriter, philosophum item & medicum mediocrem, at astrologiz cultorem fuisse nimium. Jam p. 253-275. exhibetur *vita Aesopi a Baceto Meziriaco scripta*, & hic quicunque 275-280. dem Germanie reddita, additis subinde notulis. Ei subjungitur dissertatiuncula de *Locmanno*, Arabum philosopho, in qua duce Hottingero ostenditur, Locmannum illum esse Aesopum ipsissimum. Progredimur ad Autoris *Apologia pro Jordano Bruno*, quem non ita pridem Crozius & Buddeus, viri celeberrimi, retulerant inter atheos. Docetur igitur hie, Brunum non ob crimen atheismi Romæ combustum fuisse, sed ob haeresin, adeoque Catalogo Martyrum Lutheranorum inferendum esse. Refutatur etiam vetus fabula, quod Brunus orationem panegyricam Wittebergæ habuerit in laudem Diaboli. Ostenditar denique, quæ ex Bruni scriptis afferuntur ad demonstrandum ejus atheismum, ea falsa niti interpretatione. Subnexa est huic Apologiz *Bruni Oratio valedictoria Latina*, Wittebergæ A. 436-441. 1588 habita: item recensio operis ejus *de triplièt minimo & mensura*. Nec vero acquievit Cl. Crozius, sed longiore Epistola 792-809. Latina ad Heumannum missa, quæ hic exhibetur, defendit suam de atheismo Bruni sententiam. Sed & Heumannus cansam 810-823. Bruni Latina pariter epistola agere perrexit, satisfacere eonatus & novis doctissimi Crozii objectionibus. Reperiuntur hie etiam 579-593. Dissertationem de *Lutheri judicio de philosophia*. Scilicet Lutherus philosophiz, potissimum Aristotelicæ, quæ tunc temporis regnabat, initio Reformationis se præbebat insensibilium, ratus, eam nimis extollere libertatem voluntatis humanæ; adeoque theologicæ adversari. Tandem vero in viam rectam rediit, debitumque pretium philosophiae tribuit, postea nimisquam expertus erat, rationis ministerio opus esse ad errores Pontificiorum detegendos, itemque rationis contemtores fare evadere enthusiastas. Lectu quoque digna est *Dissertatio de nomine Peripateticorum*, in qua docetur, eos namen accepisse non a deambulatione, quæ communis est opinio, nee a Peripato, id est, ambulacro, uti statuit cum Jonfio Menagius, sed a voce περιπάτησις, quatenus ea significat disputare: fuisse enim Aristotelicos animalia disputacissima, ipsumque Aristotelem gloriam
- 376-899. *Peripateticorum*, in qua docetur, eos namen accepisse non a deambulatione, quæ communis est opinio, nee a Peripato, id est, ambulacro, uti statuit cum Jonfio Menagius, sed a voce περιπάτησις, quatenus ea significat disputare: fuisse enim Aristotelicos animalia disputacissima, ipsumque Aristotelem gloriam

tum esse , se omnium primum concinnaſſe artem Disputato-  
riam. Sequitur Dissertatiuncula de decem Cynicis ſuppoſititiis , p. 912-821,  
in qua contendit Autor, non modo Oenomaum falſo annumera-  
ri Cynicis, ſed & alios deceim , e quibus ſolum *Hesperium* com-  
memoramus, ab Jonfio laudatum & Cl. Fabricio , ſed ex his  
Athenzi verbis effictum : Τῶν Κυνικῶν τοῖς ἐπέπεισος ἔλθων ἐρην,  
quæ ita reddita fuere : *Accedens Hesperius*, unus e Cynicis , in-  
quit ; cum ſic reddi ea oporteret : *Cynicorum quidam vespere*  
*& ſerius accedens dixit*. Denique & Catalogi quidam librorum  
ad illuſtrandam Historiam philosophicam conſcriptorum hic  
exhibitentur. P. 173-204 exiftat Catalogus ſcriptorum de phi-  
losophia barbarica, ſpeciatim Chaldaeorum , Perſarum , Indo-  
rum , Phoenicum , Arabum , Egyptiorum : ibique p. 193-199  
leguntur doctifimorum virorum , Hottingeri , Voffii , Morho-  
fii , Clerici , Gundlingii , Windeti , Oweni ſententiaz , quibus *Oe-  
dipus Kircheri* pro ſcētu delirantis ingenii habetur. P. 637-  
650 firmitur Catalogus ſcriptorum de philosophia Epicurea , &  
p. 899-911 de philosophia Cynica. Cumque jam ſuperiore  
Tomo exhibiti ſint Catalogi ſcriptorum de philosophia Py-  
thagorica & Stoica, hic utriusque Supplementa habentur p. 160  
ſqq. 478 ſqq. & 487 ſqq. Etiam ſcriptorum de ſeptein Græciæ  
ſapientibus Catalogus hic exhibitetur p. 494-502 ; itemque  
ſcriptorum de syncretismo philosophico p. 568 ſqq. Quid?  
Etiam larga manu effunduntur variorum elogia in Aristote-  
lem : quibus adjungimus Epigrammata & Epitaphia in philo-  
ſophos præcipuos, quæ legere licet p. 466 ſqq. 650 ſqq. &  
960 ſqq.

Sequitur tertia classium ſupra meineratarum, in qua re-  
cenſetur I Gottl. Stollii *Historia philofophia moralis etbnico-  
rum*, qui liber meliore de nota commendatur ; II Joan. Grunii  
*Historia philofophia*, qui liber valde tenuis pretii elle judicatur ;  
III Everardi Ottonis *Oratio de Stoica veterum & Cetorum philo-  
ſophia*, quæ Oratio laudatur ; IV Mich. Gottl. Hansbii *Diatri-  
ba de enthuſiasmo Platonico*, quæ pariter laudatur, notata tan-  
tum obſcuritate tituli ; V Joan. Jonſti *Opus de ſcriptoribus bi-  
ſtoria philoſophicæ*, editionis Cl. Dornii , quæ editio majorem

711 ſqq.

144.

160.

164.

301.

310.

in

- p. 319. in modum commendatur, non tamen plane sine nota dignittatur; VI *Leonardi Cozzandi Opus de magisterio antiquorum philosophorum*, quod juvenile opus, adeoque immaturum habetur; VII *Georg. Christ. Gebardi Disp. de harmonia colorum Pythagorica*; VIII *Aloysii Pisaureli libellus de prisorum sapientum placitis*; IX *Ambrosii Rbedii Diologus de transmutatione animalium Pythagorica*, qui non magni penditur; X *Jo. Baptista Crispi rarissimum Opus de Platone causa legendi*, quod copiose recensetur, sed simul ostenditur, Crispum illicum & judicii & doctrinæ mediocris fuisse, non singularis; XI *Epbr. Gerhardi Introductio in Hesperiam philosophicam*, qui libellus etsi a juvene scriptus magna tamen laude exornatur; XII *Gombervillæ Doctrina moralis Scotcorum*, qui liber in Regis pueri gratiam satis bene scriptus, sed suo titulo non responderet dicitur.

Poteramus plura ex hoc Opere annotare specialiora, e. g. emendationes & illustrationes Diogenis Laertii, sed jam eo excrevit hæc recensio, ut de brevitate ejus Lectores nostri non videantur justam habere conquerendi causam.

### COLLATIONIS CODICIS GOTLANI QUINTILIANI CUM CAP. IV LIB. X, EDIT. BURMANIANE, CONTINUATIO.

Conf. ACT. ERUD. A. 1721 M. Febr. p. 71 ff.

**N**equem enim loqui possumus) Goth. n. e. l. possunt.  
Proxiham clausulis diligentiam) Goth. proxima clausulis d.  
Nam & ad hæc intentus) Nam & in bac intentus. Goth.  
Non enim coherent aliis nec precedentibus serviunt, sed novum exordium sumunt) Goth. Non enim coherentes: sed precedentibus serviunt, exordium sumunt.

Cum illa quamlibet sit composita &c.) Goth. Cum ea qualibet sit enim composita ipsa gratia perdent, si ad ea rupta vis veniemus.

Namque cum sit, ut videtur, severa Demosthenis compositione) Goth. Cur sicue Demosthenis vera videtur compositione. Ita Vall. lib. & Voss. sec. Kœv

Καὶ μήτω βαθόη, μηδὲ τοξεύη) Goth. καὶ μήτω βαθός,  
μηδὲ ἀν τὸ ζῆν.

Nam balneatori & archipiratē<sup>f</sup> Hæc omissa in Goth.  
Et qui μηδὲ τοξεύη) Goth. qui μὴν ἀν τὸ ζῆν.

At propria sunt ideo severiora) Goth. sed priora sunt idea  
veriora.

Sed etiam ubi quaterna) Goth. Sed etiam quaterna.

Quare hoc quoque vitandum est) Goth. Quare bic quoque  
v. e. Mox & additum est bis; ne plurimum syllabarum bis verbis  
utiamur.

Ut inter se cohærent) Goth. cohæreas.

Quod nunc maximum vitium est) Goth. maxime.

Plurimum momenti habent) Goth. plurimum morati bei  
bent.

Leviter interfusant ut currentium pes &c.) Goth. leviter  
infusunt concurrens. Pes &c.

Atque cludi decet) Goth. includit.

Quæ non dubie contexta sunt, nec respirations intuntur;  
illi vel occulti gradus. Quis enim &c.) Goth. quæ non dubie nec  
respiratione intuntur spirillum sufficiens. Quis enim &c.

Spiritum sustinentes; sicut apud rhythmos estimantur ha  
particulae. Prout sunt &c.) Goth. omissis duabus prioribus vo  
cibus: illi velue occulti gradus sic apud rhythmos estimantur  
ha particulae prout sunt &c.

Proinde id quod ex illis) Goth. p. idem q. e. i.

Aut solutum erit serit deest in Goth.

Non vult po. Ro.) Goth. Nollet p. R.

Versum in oratione fieri) Goth. verrem in omne fieri.

Sicut etiam in parte) Goth. sunt e. i. p.

Aut tursus prior ingressu) aut viuis p. i.

Nam quod est contra) Nam quidem contra Goth.

Quia & cludit interim optime prima pars versus) Goth.  
quia claudit: interim prima pars versus.

Caput cludit, esse videtur. Nam nimis frequens) Goth. ca  
put claudit, esse videatur. Nam nimis frequens. Rectissime  
hæc emendat Cl. Burmannus.

Pp p

Talia

Talia sunt) Alia sunt Goth.

‘Οσην εὐεοιαν) Hæc desiderantur in Goth.

Nec clausulæ clausulæ) Goth. nam clausula clausulæ.

Quanquam sciunt placuisse Catōhi ) quam constituum  
p. c. Goth. qui & τὸ enim omittit in vocibus præcedentibus: ne-  
que enim illi.

Illic minus sunt notabiles) Goth. illi nūmāis sunt n. Mex  
& sermonis pro sermoni.

Itaque & versus hi) Goth. ita & versus hic.

Componendi ductus studio) Goth. componendi durus stu-  
dio. Cl. Burmannus forte, inquit componendi durius studio; sed  
vix crediderim duritatem posse appellari, ubi versus orationi im-  
miniscuntur.

Quis hic illuxit dies) Goth. qui.

Quicquid est ἐγρυθμον) Goth. quicquid emptomon; quod  
quid sit, nemo dixerit. Vulgatam lectionem non multum  
faniorem putem, propter superius dicta. Fortasse legendum,  
ἐγρυθμον ex Quintiliano Aristide lib. I. Verba sunt: τέτων δὲ τον  
χρόνον οἱ μὲν ἐγρυθμοι λέγονται οἱ δὲ ἀγρυθμοι, οἱ δὲ δυθμοιδεῖς  
ἐγρυθμοι μὲν, οἱ δὲ τοι λόγῳ πρὸς αλλήλες συζητεῖσι ταῦτα. Ver-  
tit Meursius: Horum temporum alia rythmum habentia dicun-  
tur, alia rythmo parentia; alia rythmi speciem habentia. Et  
quidem rythmum parentia, que in aliqua ratione mutuum  
inter se ordinem servant, vid. & Mart. Capell. de Nupt. Philo-  
log. c. 9.

Quamvis enim vincita fit) Goth. Q. e. justa fit.

Atqui Plato) Goth. Atque Plato.

Et Anacreontion potius) Goth. Anacetion.

Πλευθημαρεὶς) Goth. Πλουθημαρεὶς.

Et Thucydides ἐν ἐρέμωσ &c.) Goth. Ε Τhucydidis ὑπερ-  
ῆμωσι κάρες ἐφόνησαν, illis timor: Ε ex molissimo morum ge-  
nere excidas.

Sed quia orationem omnem constare pedibus dixi) Goth.  
Sed quia omnem orationem constare dixi. Vox pedibus desi-  
deratur.

Quorum nomina, quoniam) Goth. quorum nomina qua.

Con-

Constituendum est, quod quenque appelleretur) In Goth. deest *tō* est.

Nam is eminentissimos) Goth. *nam is omisos, eminentif-*  
*simos.*

Quod pes tres syllabas) Goth. *quod per mibi r̄gionūdācōs.*  
Præane dochinoque) Goth. *pean e docimioque.* Mox &  
*pro excutir, scatur, legitur; excurrat putatur.*

Supra tres syllabas, ex pluribus est pedibus) Goth. *Supra*  
*r̄gionūdācōs, id est, ex pluribus pedibus.*

Quatuor pedes binis) Goth. *pedibus.*

Choreum nos non ut alii trach.) In Goth. deest *non;*

Retroactum) Goth. *retroactam.*

Totidem longis brevem præcedentibus, huic contrarius  
p. e.) Goth. *buc bis longis b. pr. palimbacius oras.*

Tres breves trochæum, quem tribrachyn dici volunt, qui  
choreo trochæi nomen imponunt) Goth. *t. b. eboreum, quem tri-*  
*bacbum d. v. q. ericho troci n. i.*

Hoc graviorem faciunt) Goth. *is g. f.*

Miuus habere videantur) Goth. *videatur.*

Latrat tamen nescio quid) Goth. non agnoscit *quid.*

Ideoque in his quædam e. c.) Goth. *ideoque in is q. e. c.*

Quam cum eam consonantes) In Goth. deest *cum.*

Nam licet gre brevis, facit tamen longam) Goth. *Brevior*  
*gre. Brevis facit t. l. &c.*

Nisi habeat plus) Goth. *n. haber p.*

Positiones sunt temporum quatuor) Goth. *compositiones &c.*

Licer enim præonomi) Goth. *Lices igitur periambum.*

Ut temperatores) Goth. *ut temperatum.*

Spondeum ac trochæum) *Spondeum ac deest in Goth.*

Alterius tarditate, alterius celeritate damnata) Goth. *al-*  
*terius tarditatem etenim alterius celeritatem damnat.*

Et herous) Goth. *& choreus.*

Eique cordacis) Goth. *Cbordacis.*

Irrumpent etiam ad vicinos) Goth. *i. e adiutor.*

Quia versus raro facit) Goth. *versum.*

Neque augeri neque &c.) Goth. *ne.* Mox & pro corripi;  
*corrumpo.*

Poetam ita lusisse) Goth. declarasse.

Aulta tenet cælum ) Goth. tenent.

Adjungere retro trimetros ) Goth. adiures retro metros.

Quicumque optime ) Goth. que cum quaque optime.

Acres, que ex brevibus ac longis insurgent, lensores quoꝝ).

Acneque e. b. a. L. i. lenitoraque.

Novum crimen C. Caesar lenius, ut Animadverti) Goth. non  
genui crimen lenibus ut amur. Animadv.

Animadverti judices. Quod initium) Goth. Anim. jud. Sed  
pro Cluentio recte quad initium &c.

Retrosum autem neque plus tribus (iique si non &c.)  
Goth. Retrōs. a. que plus tribus sit, que si non.

Que est choreo & pyrrichio) Goth. quod est exc. &c.

Alios omnes quoctusque sint temporum quoꝝ) Goth. ali  
omnes ut quicq. f. t. quid.

Semper per se habet) Goth. pra se habet.

Mollius si tribrachys ) Mollius se tribrachius Goth.

In ipsa divisione verbor.) Deest in.

Qui est utroque syllaba minor) Goth. q. e. utroque : et fil  
lis minor.

Sed & spondeus) Deest &.

Esse pro nobis) Goth. e. p. vobis.

Minus gravis erit spondeus) Deest vox postrema:

Hoc esse velimus) Goth. volumus.

Notabilis clausula est) Goth. nobilis c. e.

Nisi cum id fieri ) Goth. nec tunc id fieri.

Comparatis contra nos) Goth. comparant contra nos.

Vitat choreum, spondeum autem amat) Goth. vel cboreum  
vel spondeum ante amat.

Ut non venena timeres, sed virus timeres) Goth. ut vene  
num timeres.

Contrarius quoque qui est cludet) Goth. contrario quoque  
quis cludet.

Nisi si ultimam longam) Goth. nisi si ultima, si ultimam  
longam.

Ut

Ut & spinis respersum) Goth. *cibis respersum* absque partculis ut *ſ*.

Non possemus) *Nos possemus* Goth.

Cludere choreum præcedenti spondeo) Goth. *claudere*  
*choreum præcedentis pondere.*

Numerus nos posseimus) Goth. *non possemus.*

Si pes idem sibi ipli jungetur) Goth. *idem pes sibi jun-*  
*getur.*

Accipiet ante se choreus & pyrrichium) Goth. *vel acci-*  
*piet ante se choreum & pyrrichium.*

Nam sic p̄son est) Goth. *Nam si p̄eon effet omnes.*

Quam bene eum præcedant) Goth. *qui bene cum præce-*  
*dant. Mox & fine pro fini & sic ut ſe ipſe ſequitur pro-*  
*ſed & f. i. f.*

Sic melius quam) Goth. *ſit.*

Quis non turpe duceret) Deest *quis & mox : si ultima*  
*brevis pro longa ſit, ſed fingamus ſic non turpe, duceret.* Apparat  
librarium verbi duceret bis recurrentis lectione ſupina de-  
ceptum eſſe.

Et turpe illud intervallo quodam) Goth. *At turpe illud*  
*intervallo : quodam.*

Alioqui fit exultantissimum) Deest *ſit.*

Ore ſpiritum excipere liceret) Deest *ſpiritum in* Goth.

Quod in præſentia) Goth. *quod ut præſentia.*

Qui nomen ab eo traxit) Goth. *transit.*

Nam synalophe facit, ut ultimæ syllabæ pro una ſonent) Goth. *Ita in synalophe facit : unde ultimæ syllabæ pro una*  
*ſolent.*

Mollior fiet) Goth. *mellor.*

Nam eſt ipſa una plus) Nam eſt ſe ipſa una plus Goth.  
Mox & Anapæſtos pro Anapæſto.

Quod quid ita placuerit) *Quod quidem i. pl.* Goth. Inſiqq.  
& probaverit pro probayerint.

Choreo : mea facilitas, noſtra facilitas. At præcedente) Goth. *Choreo : nec noſtra facilitas ac præcedente.*

Tum plano ſinis eſt) Goth. rāmen p. f. c.

Poetam ita lusisse) Goth. declarasse.

Aulta tenet cœlum ) Goth. tenere.

Adjungat retro trimetros ) Goth. adiures retro metras.

Quicumque optime ) Goth. qua cum quaque optime.

Actæ, que ex brevibus ac longis insurgunt, lenores quæ)

Acro que e. b. a. l. s. lenioresque.

Novum crimen C. Cæsar lenius, ut Animadvertis) Goth. non  
cum crimen lenibus usumur. Animad.

Animadvertis judicess. Quod initium) Goth. Anim. jud. Sed  
pro Cluentio recte quid initium &c.

Retrorsum autem neque plus tribus (iisque si non &c.)  
Goth. Retrors. a. que plus tribus sit, que si non.

Quæ est ex choreo & pyrrichio) Goth. quod est exc. & p.

Alios omnes quotcumque sint temporum quæ) Goth. ali  
omnes ut quæc. f. t. quæ.

Semper per se habet) Goth. pre se habet.

Mollius si tribrachys ) Mollius sc. tribrachius Goth.

In ipsa divisione verbor.) Deest in.

Qui est utroque syllaba minor) Goth. q. e. utroque : et fil-  
lis minor.

Sed & spondeus) Deest &.

Esse pro nobis) Goth. e. p. eobis.

Minus gravis erit spondeus) Deest vox postrema:

Hoc esse velimus) Goth. volumus.

Notabilis clausula est) Goth. nobilis c. e.

Nisi cum id fieri) Goth. nec tunc id fieri.

Comparatis contra nos) Goth. comparant contra nos.

Vitat choreum, spondeum autem amata) Goth. vel choreum  
vel spondeum ante amata.

Ut non venena timeres, sed virus timeres) Goth. ut vene-  
num timeres.

Contrarius quoque qui est cludet) Goth. contrario quoque  
quis cludet.

Nisi si ultimam longam) Goth. nisi si ultima, si ultimam  
longam.

Ut

Ut & spinis resperfum) Goth. *cibis resperfum* absque partculis ut *S.*

Non possemus) *Nos possemus* Goth.

Cladere choreum præcedenti spondeo) Goth. *claudere choreum præcedentis pondere,*

Numerus nos posseimus) Goth. *non possemus.*

Si pes idem sibi ipsi jungetur) Goth. *idem pes sibi jungetur.*

Accipiet ante se choreus & pyrrichium) Goth. *vel accipiet ante se choreum & pyrrichium.*

Nam sic p<sup>r</sup>on est) Goth. *Nam si p<sup>r</sup>on esset omnes.*

Quam bene eum præcedant) Goth. *qui bene cum præcedant.* Mox & fine pro fini & sicut *S* se ipse sequitur pro sed & s. i. s.

Sic melius quam) Goth. *sit.*

Quis non turpe duceret) Deest *quis & mox : si ultima brevis pro longa sit, sed fingamus sic non turpe, duceret.* Apparet librarium verbi *diceret* bis recurrentis lectione supina deceptum esse.

Et turpe illud intervallo quodam) Goth. *At turpe illud intervallo : quodam.*

Alioqui sit exultantissimum) Deest *sit.*

Ore spiritum excipere liceret) Deest *spiritum in* Goth.

Quod in præsentia) Goth. *quod ut præsentia.*

Qui nomen ab eo traxit) Goth. *transit.*

Nam synalœphe facit, ut ultimæ syllabæ pro una sonent) Goth. *Ita in synalœphe facit : unde ultima syllaba pro una solent.*

Mollior fiet) Goth. *mellor.*

Nam est ipse una plus) Nam est *S ipsa una plus* Goth. Mox & *Anapæstos* pro Anapæsto.

Quod quid ita placuerit) *Quod quidem i. pl.* Goth. In seqq. & probaverit pro probaverint.

Choreo : mea facilitas, nostra facilitas. At præcedente) Goth. *Choreo : nec nostra facilitas ac præcedente.*

Tum plane finis est) Goth. *tamen p. f. e.*

Dimentiendis pedibus) Goth. *dimentiendis p.*

Inter se lexeis commutet) Goth. *in se lexis commutat.*

Sic calor & impetus) Goth. *Sic c. & i.*

Ut equorum cursum qui dirigit &c.) Goth. *Ut equorum  
cursum dirigat. Utimur his passibus ut equorum frangat.*

Quasi numeri non fuerint in compositione) *Quasi vero  
fuerint i. e. Goth.*

Imperito quodam initio) *Perito q. i. Goth.*

Obliv. esse generatum) Goth. *gravatum.*

Ia hoc nos componit) In Goth. *deest nos.*

Indeque illud) Goth. *ideoq. illud.*

Quo & plena sentiunt, & parum expleta desiderant) Goth.  
*que plena sunt & parum expleta considerant.*

Et lenibus mulcentur) *Deest &.*

Quodam vero arte tradi) *Quod. v. tradi arte Goth.*

Si durius is quo coepemus) Goth. *si durius si quo coepe-  
mus.*

Figuræ laboranti etiam compositioni variata saepe suc-  
currunt) Goth. *figura laborant: & compositione variata saepe suc-  
currunt.* Cl. Burmannus legi hic mallet: Figuræ & vel (vel &) compositione variata laboranti saepe succurrunt. Nos sine tra-  
jectione vocis laboranti legeremus; *Figura laborans etiam,  
compositione variata, saepe succurrunt.*

Et cum re præsenti) *Deest &.*

Non esse. Ad sensum igitur referenda sunt. Nequeas satis forte) Goth. *non esse sensum. Igitur referenda sunt, ne quis satis  
forse. Mox & faciant pro facias.*

Et de his prius diximus) Goth. *& de his p. d.*

Sensus numeris conclusus) Goth. *sensus membris con-  
clusus.*

Id enim o callidos homines) Goth. *Ideo callidos homines  
Mox & perfectum esse pro p. ast.*

At remottum a ceteris) Goth. *ac rem. a. e.*

Et o rem excogitatam) *Deest &.*

O ingenia metuenda) Desiderantur in Goth.

Membra mixta sunt) Goth. *m. immixta s.*

Mem:

**Membris & incisis**) Deest conjunctio.

**Prætoris & reliqua**) Goth. *prætoris. Reliqua.*

Membra minimum duo. Medius numerus videtur quatuor) Goth. *membra. Mibi sine dubio diversus numerus videtur quatuor.*

Terminatur. Præstare debet) Goth. *terminatus præstare debet.*

Brevius instabile est) Goth. *brevius stabile est.*

Membratim ex simique) Goth. *membratim sensimque : Sed prior litera s, puncto notata literam e sibi impositam gestat.*

Nam hoc in oratione) Goth. *Nam bac oratione.*

Rebus accommodanda) Goth. *accommodata.*

Æque audientem in horrescere) Goth. *æque audiente in horrib.*

Laxioribus nodis) Goth. *l. modis.*

Ubi sollicitudine) Goth. *quisbus sollic.*

Sed poscitur tum austera) Goth. *s. poscit t. a.*

Totum autem adhibendum) Deest adversativa in Goth.

**Mox quod sit** pro quo sit.

Connexa sunt quoniam) *Connexa sunt & quoniam* Goth.

Nam quis dubitat alia) Goth. *nam dubitatur alia.*

Alia gravius) Goth. *alia gratius.*

Claritate in quoque vocum poscant potius quam his contraria) Goth. *ornata : Claritatem quoque vocabula potius quam iste contraria.*

Ut apud Asinimum dixit) Goth. *ut apud Asinimum dixi.*

Non quia regem hoc bene compositum) Goth. *Non q. r. b. aut bene comp.*

Tam blandi tum flectere) Goth. *tum blanditiis flectere.*

Comp. quoque ratione in desiderant) In Goth. deest *desiderant.*

Non tamen ita, ut trochæsis) Goth. *nondum ita ut trochæsis.*

Etiam si major ex parte) Goth. *etiam : si major ex parte.*

Jambis maxime concitantur) Goth. *J.m. concitatus.*

Omnibus partibus insurgunt) Goth. *o. pedibus insurgunt.*

In epilogis lentes & ipsas) Goth. *In epilogis sed lentes. &*

*ipfas.*

**Quam**

Quam si quidem sciremus doceremus. Sed sit necesse est)

Goth. quam equidem scire nos diceremus; sed sint necesse est.

Per se id queritur) Goth. per se si id queritur.

Musica ratio numeros) Goth. musica ratio numerorum.

Accommodatur naturæ) accommodatur natura Goth.

Tumorem qui ex spondeis) Goth. tumor rerum ex spondes.

Sceptrum mihi liquit) Goth. scripta m. l.

Sed quantum celeritatis habet) Deest habeat.

Asperum vero & maledicuum, etiam in carmine, jambis  
graffatur) Goth. Aspere vero & maledictum, Dixit etiam in car-  
mine jambis graffatur,

Lascivimus) Goth. lascivi sumus.

Et in eosdem semper) Et ideo eisdem s. Goth.

Cujus rei maxime cavenda) Cuius rei maxime cavenda Goth.

Tum etiam similitudinem tedium) Tum etiam ex similitudi-

ne Goth.

Quodque est dulcissimus, magis perit, amittitque & fidem &  
affectionis motusque omnes) Goth. Quodque est dulcissimus, magis per-  
dit atque fidem & affectionis motusque omnis,

Ideoque vincita quædam) Ideo qd interim quedam, Goth.

Industria sunt, illa quidem) Goth. Industria sunt, que-  
dam illa.

Prætermitemus) Goth. permuteamus,

Varietatis & gratiae) Goth. veritatis & gratia,

Usum pro natura rerum quas didicimus) Goth. Usu pro  
natura rei quam dicimus.

Dicimus: Cura magna ut sentiendi atque loquendi prior  
sit. Dissimulatio curæ præcipua, ut numeri sponte fluxisse non  
accersisti &c.) Goth. Dicimus cura magna; ut sentiendi ac lo-  
quendi prior sit dissimulatio. Cura præcipua, ut numerum sponte  
fluxisse non accersisse nec accersisti &c.

*L. C. STURMII aufrechte Entdeckung des höchst-  
nützlichen Niveliren oder Wasserwe-  
gens etc.*

i. e.

FIDE-

**FIDELIS INSTITUTIO ARTIS LIBELLANDI,** vel declivitates aquarum inveniendi Sc.

Autore L. C. STURMIO.

Aug. Vind. impens. Jerem. Wolf, 1715, fol.

Pl. 4<sup>1</sup>. & fig. zn. 4.

**A**D praxin Architecturæ magnum habere momentum scientiam libellandi constat, quæ ratio est, cur explicacioni ejus locum inter cetera scripta Architectonica Autor facere voluerit; ceterum nihil aliud se daturum, quam Picardi hac de re ab Hirso vulgatum librum, cum annotationibus ex propria experientia petitis, ingenue profitetur. Ut adeo cum liber ille pridem in omnium manibus sit, nobis opus fit saltem de hisc additamentis pauca pro instituto nostro exponere. Describit adeo non solum decem varii generis libellas, inter quas occuruntur Picardi, Hugenii, Leupoldi, Römeri, Hirsi, Malleti, Georgii Boëi Senatoris & Mercatoris Lipsiensis, de Autore & liberalibus artibus optime meriti, sed etiam tres ex propria inventione de promtas. Atque ultimo loco processum ipsum operandi satis dilucide explanando finem tractationi imponit.

Unterweisung, wie man Fangschleussen und Rollen  
brücken etc. bauen soll.

i. e.

**L. C. STURMII INSTITUTIO DE CONSTRUCTIONE CATARACTARUM ARTIFICIALIUM, ET PONTIUM,  
SUPER QIBUS NAVIGIA TRANSPORTANTUR Sc.**

Aug. Vind. impens. Jerem. Wolf, 1715, fol.

Plag. 7 fig. zn. 8.

**C**ontroversia, quæ Autori cum opificibus vulgaribus quibusdam, familiaribus sibi adverariis, intercesserunt hunc nobis librum pepererunt, five ad precedentes Architectonicos five ad sequentes Mechanicos tractatus referendum; in quo ostendere voluit, non vanam a se scientiam horum operum.

Qqq. admi-

administrandorum jaſtatam esse. De qua agere eo magis inſtituit, quod nullus de hac in univerſum materia liber extet præter *Baratterii tractatum*, qui inscribitur: *Ars flumina ad navigationem apta reddendi*, & compilatorem ejusdem Gal- lum; nullus vero plane habeatur, qui ad uſum Germanicæ noſtræ de eadem re tractaverit. A Judæis vero universam artem hydrotechnicam ortum potius quam a gentibus habere, ex libello ſuo, quem *de mari aneo Salomonis* inſcriptis, ſatis evinci poſſe ſibi perſuadet. Noſtris temporibus Batavos ſcientia hujus imprimis artis, qua flumina variis modis ad navigationem aptantur, excellere extra dubium eſt poſitum. Describit adeo figuram, partes, dimensiones, materialia, modumque conſtru- ctiōnis cataractæ ejusmodi artificialis. apud Batavos conſtrui ſolitæ. Et quoniam in multis Germanicæ noſtræ locis flumina ſimilibus hujusmodi cataractis instrui præter rem non exiſtit, interim nec tanti ex iisdem redundant fructus & commoda, quam in Batavia, ubi mercaturæ & navigationis major eſt fre- quentia; præterea quoniam non uniuscujusque urbis aut principis ararium fert, ſimiles illis cataractas excitandi, docet non ſolum, quomodo impensarum omnium calculus fieri, opeque e- jusdem ſolida atque iusta deliberatio de opere fuſcipiendo in- ſtitui poſſit; ſed &, ſi rationes quædam ſuadeant impensarum modum atque parsimoniam, qua ratione levioribus impensis atque opera vel ex ligno eadem conſtrui ac comparari valeant. Imprimis vero in eo elaborat, ut alarum, vel januarum, quibus clauduntur, & aqua intercipitur, optimum modum determinet atque explicet. Deinde quoniam multis de cauſis commodum exiſtit, hiſce cataractis pontes addi ductitios, qui tranſitum na- vibus non negent, utrumque vero ripæ latus jungant, explicat non ſolum modum illum Batavicum pontium de cetero lo- co non cedentium, ſed in medio ſui exiguum aliquem ponti- culum vel valvas binas habentium, quæ appellente ad illas ma- lo navis, tranſitum molientis, ſponte cedant tranſitumque per- mittant; verum etiam alterum modum pontis ductitii conſtan- tis duobus planis paulum inclinatis, cojuſ utraq[ue] pars vel bi- nx alæ ab his, qui in altero faltem latere ripæ versantur, de- mitti atque elevari valeant,

Ne-

Neque vero ubique locorum tanto apparatu cataractarum opus est, quin potius, ut Autor ostendit, in fluminibus minoribus, quibus insuper molendina multa agitantur, earum usus incommodus magis existit, unde docet, quomodo earum vicem subire possint pontes quidam, plerumque ligno fieri soliti, super quos in locis, ubi propter precipitia in flumine occurrentia navigatio est periculo aliquo exposita, ipsa navigia transvehantur, fluminique praeterlabenti de cetero liberrimus neque ullo tempore impeditus cursus relinquatur. Inventores hujus artificii suspicatur Sinenses, quos constat ex marmore hujusmodi pontes ad latera riparum applicatos frequentes habere, a quibus non improbabile ei est eductos fuisse Batavos, qui iisdem pariter in fluiis minoribus utantur. Commodiores vero esse & faciliorem navibus transitum facere, si fiant ex ligno, instruanturque cylindris, unde & nomen eorum Germanicum, quo adeo navigia super cylindros circa axes in plano inclinato constitutae & volubiles in sublimiore partem, adhibitis machinis & hominum viribus, pertrahi, deinde vero in inferiorem iterum commodissime & tutissime demitti possint. In exemplis & idem horum operum non solum occurunt octo ex simplicioribus & apud veteres usitatis modis, sed etiam bina exempla ex optimis & apud Batavos usitatis fundamentis constructarum cataractarum; unum exemplum empirici cuiusdam ex vulgo, cum quo Autori certamen intercesserat, nullum sane artificium sed ignorantiam atque stupiditatem insignem pra se ferens; denique exempla pontis lignei & lapidis Batavici, valvis in medio se ad communitatem transiturae navis aperientibus instruti, & ipsius pontis inclinati Cylindris instructi idea.

### Vollständige Mühlen-Baukunst etc.

i. e.

*L. C. STURMII INSTITUTIO ABSOLUTA*

*de constructione varii generis molendinorum.*

Aug. Vind. impens. Jerem. Wolfii, 1718, fol.

Pl. 12<sup>1</sup> fig. 2n. 51.

Qq q 2

Pr-

administrandorum jaftatam esse. De qua agere eo magis instituit, quod nullus de hac in universum materia liber extet præter *Baratterii traxatum*, qui inscribitur: *Ars flumina ad navigationem apta reddendi*, & compilatorem ejusdem Galium; nullus vero plane habeatur, qui ad usum Germaniz nostræ de eadem re tractaverit. A Judæis vero universam artem hydrotechnicam ortum potius quam a gentibus habere, ex libello suo, quem *de mari aneo Salomonis* inscripsit, satis evinci posse sibi persuadet. Nostris temporibus Batavos scientia hujus imprimis artis, qua flumina variis modis ad navigationem aptantur, excellere extra dubium est positum. Describit adeo figuram, partes, dimensiones, materialia, modumque constructionis cataractæ ejusmodi artificialis. apud Batavos construi solitæ. Et quoniam in multis Germaniz nostræ locis flumina similibus hujusmodi cataractis instrui præter rem non existit, interim nec tanti ex iisdem redundant fructus & commoda, quam in Batavia, ubi mercaturæ & navigationis major est frequentia; præterea quoniam non uniuscujusque urbis aut principis ærarium fert, similes illis cataractas excitandi, docet non solum, quomodo impensarum omnium calculus fieri, opeque ejusdem solida atque justa deliberatio de opere suscipiendo institui possit; sed &, si rationes quædam suadeant impensarum modum atque parsimoniam, qua ratione levioribus impensis atque opera vel ex ligno eisdem construi ac comparari valeant. Imprimis vero in eo elaborat, ut alarum, vel januarum, quibus clauduntur, & aqua intercipitur, optimum modum determinet atque explicet. Deinde quoniam multis de causis commodum existit, hisce cataractis pontes addi ductitios, qui transitum navibus non negent, utrumque vero ripæ latus jungant, explicat non solum modum illum Batavicum pontium de cetero loco non cedentium, sed in medio sui exiguum aliquem ponticulum vel valvas binas habentium, quæ appellente ad illas mallo navis, transitum molientis, sponte cedant transitumque permittant; verum etiam alterum modum pontis ductitii constantis duobus planis paulum inclinatis, cuius utraque pars vel binæ alæ ab his, qui in altero saltem latere ripæ versantur, demitti atque elevari valeant.

Ne-

Neque vero ubique locorum tanto apparatu cataractarum opus est, quin potius, ut Autor ostendit, in fluminibus minoribus, quibus insuper molendina multa agitantur, earum usus incommodus magis existit, unde docet, quomodo earum vicem subire possint pontes quidam, plerumque ligno fieri soliti, super quos in locis, ubi propter precipitia in flumine occurrentia navigatio est periculo aliquo expolita, ipsa navigia transvehantur, fluminique praeterlabenti de cetero liberimus neque ullo tempore impeditus cursus relinquatur. Inventores hujus artificii suspicatur Sinenses, quos constat ex marmore hujusmodi pontes ad latera riparum applicatos frequentes habere, a quibus non improbabile ei est eoductos fuisse Batavos, qui iisdem pariter in fluiis minoribus utantur. Commodiores vero esse & faciliorem navibus transitum facere, si fiant ex ligno, instruanturque cylindris, unde & nomen eorum Germanicum, quo adeo navigia super cylindros circa axes in plano inclinato constitutae & volubiles in sublimiore partem, adhibitis machinis & hominum viribus, pertrahi, deinde vero in inferiorem iterum commodissime & tutissime demitti possint. In exemplis & idem horum operum non solum occurunt octo ex simplicioribus & apud veteres usitatis modis, sed etiam bina exempla ex optimis & apud Batavos usitatis fundamentis constructarum cataractarum; unum exemplum empirici cuiusdam ex vulgo, cum quo Autori certamen intercesserat, nullum sane artificium sed ignorantiam atque stupiditatem insignem praeseferens; denique exempla pontis lignei & lapidis Batavici, valvis in medio se ad commoditatem transitus navis aperientibus instruti, & ipsius pontis inclinati Cylindris instructi idea.

### Vollständige Mühlen- Baukunst etc.

i. e.

### L. C. STURMII INSTITUTIO ABSOLUTA

*de constructione variis generis molendinorum.*

Aug. Vind., impens. Jerem. Wolfi, 1718, fol.

Pl. 12 $\frac{1}{2}$  fig. 2n. 51,

Qq q 2

Præ-

Practicarum Matheos disciplinarum illustrandarum studio ab Architectura ad Mechanicam transfit Autor diligentissimus, quantisque defectibus laborent libri, qui Machinarum descriptiones dederunt, in præfatione memorat, quod etiam iis non ignotum, qui *Bæcleri*, *Remelli*, *Sroda*, *Zeifingiique* libros viderint. Maxime vero in iis desiderari potest, quod ipsæ delineationes machinarum obscuræ confusæque sint, nec mensuras operum accuratas exhibeant, breviter vix superficiariam aliquam cognitionem intuentibus concilient, multa præterea falla & in praxi deduci impossibilia pro probis mercibus venditent, explicatione vero & debita illustratione ac discursu, quo rationes omnium comprehenduntur, destitutæ sint. Ipse adeo manus aliquod & accuratissim opus molitus, non solum omnium machinarum *iebnographiam* & *orthographiam*, secundum *mensuras Geometricas, crassitudinem lignorum, eorumque naturam & distinctionem*, querni scilicet ab abietino, fagino, &c. conditionem numerumque *ferramentorum* necessariorum, signis commodis (que quidem in archetypo ipso coloribus expressit) exhibet atque distinguunt. In explicatione vero adjuncta *constructionem, inventiōnem, & calculum*, in *inventionē & ad vires estimandas* necessarium, affert atque exponit. Ut adeo sine dubio optimus hic liber in suo genere dici mereatur; et si quibusdam videatur promissa magnifici ipsius tituli non implere, neque diffidendum sit, quædam manifesto praxi contraria & impossibilia, lapsu humanae imbecillitati facile condonando, in eo occurrere.

Operis vero ordo est talis, ut primo loco de *molendinis ad frumenta* molenda factis agat, adeoque descriptionem molendinorum, quorum *rote primarie* sunt *horizonti paralleles*, impulsuque aquæ conchiformi margine excipiunt, qualia plura inveniri in Provincia Galliæ, Bosnia, &c. dicuntur, præmittat. Deinde de exterioribus molendinorum omnium, quorum rotæ primarie sunt *perpendiculares ad horizontem*, & aqua agitantur, deductione adeo aquarum ad ipsa molendina, de que rotis exterioribus tractationem instituit. Et quoniam in molendinis rotarum retrogradarum altitudo aquæ hieme & pluvialibus temporibus itemque siccioore tempestate variat, rotas-

que

que ipsas modo elevari modo demitti necesse est, quinque modos hoc ipsum praestandi explicat; quorum primus est vulgaris & ubique fere obvius, ultimi specimen Bremæ in molendinis ad pontem Visurgis visitur. Est etiam aliqua commoditas in hisce molendinis, in quibus ope unius axis & rotæ primæ five exterioris plura curricula & lapides molares ( in molendinis intellige frumentariis, quæ exempli loco hic afferuntur) simul circumaguntur, cum pro usu & exigentia mola ita disponi potest, ut ab eodem axe etiam unicum saltem curriculum vel lapis circumagi reliquo quiescente valeat, proinde etiam hoc idem praestandi tres commendat methodos. Ipsorum denique molendinorum farinaceorum multiplicium five cooperatorum, hoc est plures molares lapides in gyrum volventium, constructionem docet, & quomodo octo simul curricula in motum cieri possint ostendere conatur; ubi tamen in figuris Autoris errores quidam totam constructionem evertentes deprehenduntur. Quo facto ad interiora horum molendinorum, quibus frumenta in farinam redigimus, describenda progreditur. Et ab hisce ad alia molendinorum genera, quorum primum est illud, quo frumentum in *granula minora* redigitur (die Perlens-Grauen-Mühlen) quorum descriptionem imperfectiorem se dare non diffitetur, causa existente, quod observationes in aliquo exemplo Harlemi exstante factas, & defecutum descriptionis in libro Belgico sermone de molendinis publicato vulgata suppleturus, negligentia & malitia famuli (quam jacturam, quæ multas alias in Batavia factas observationes involvit, sœpius acerbe deplorat) perdidisset,

Hæc sequuntur molendina ad *papyri confectionem* facientia, in iisque quatuor rerum emendationem desiderari monet, quomodoque illa fieri possit, ostendit. Spectant scilicet illæ maximam partem ad pompas aquam elevantes, & in canalem ubi pannorum facilimenta macerantur, deducentes, & ad modos quibus comminui inque pultem redigi possunt illi panni; inter quos modos cuin is, qui a Batavis ulurpatur, commodissimus existat, in id incutmbit Autor, ut eum accurate explicet. Exempli etiam loco exhibetur delineatio ejusmodi molendini Saerdami in Batavia existentis. His succedunt molendina *oleo*

ex semine lini & papaverum *exprimendo* destinata, ubi cuneo per vices adacto materia seminis comprimitur, eliceturque oleum in supposita vase defluens, ubi iterum Batavici hoc conficiendi modi præstantia commendatur, ejusque imitationes quædam proponuntur. Molendina dein, quibus *pulvis pyrius* præparatur, succincte describuntur. Molendinorum vero, quibus *affires secantur*, occasione varii modi reciprocos motus efficiendi exponuntur, inter quos unus est, ubi elevatio ferræ ope rotarum fit, depresso vero a pondere ipso & impetu concepto delabentis ferræ, de quo jure dubites, an machinæ durabilitati hoc modo consultum sit. Etiam ad *secandos lapides molendinorum usus* est, qualia deinceps delineat Autor. Quæ *tubis tormentariis minoribus perforandis* destinantur, simul etiam accendo poliendaque ferro aptari possunt ( Blinten-Bohe, Schleif- und Polier-Mühlen) proximum occupant locum.

Porro agitur de molendinis vel machinis, quibus *falces messoriae* ceduntur, *metalla malleis* tunduntur, & in *fila tam ferræ* quam *cuprea* ducuntur. Quod posterius genus pridem soli Noribergensi civitati cognitum & usitatum jam apud alios etiam innotuit. In hisce vero molendinis metallæ etiam ad tusionem per fusionem ope ignis factam præparari solent ac debent, propterea ad flammarum excitandam agitatione *folium* opus est, quorum species varias, modique hanc alternationem agitationis præstandi aliquot genera subministrat. Agmen tandem claudunt machinæ *triturariae*, quibus vel aquæ auxilio vel unius hominis labore agitari flagella trituraria duodecim, & simul *fenum* & *palea*, jumentis in pastum cedens, artificiali ratione fecari valeant.

Omnia hæc ad usum Germaniæ nostræ concepta ex eo apparet, quod de sola aqua agitatis & animatis molendinis agat, utpote quod aquæ cum declivitate defluentis copia fere ubique in Germania suppetat, nec, ut in Batavia solet fieri, fluvii minores ad navigationem & mercium transportationem defluantur, cui negotio sane frequentia molendina ripis eorum adjuncta impedimentum atque obicem ponent.

ARCHI-

SUPPLEMENTA. Tom. VII Sect. XI. 495  
ARCHITECTURA CIVILI-MILITARIS,

oder

Anweisung Stadt-Thore, Brücken, Zeughäuser,  
Souterrains &c. behändig anzugeben.

i. e.

L. C. STURMII OPERA UTRIQUE ARCHI-  
TECTURA COMMUNIA EFFICIENDI RATIO.

Aug. Vind. impens. Jerem. Wolf, 1719, fol.  
Pl. 10 $\frac{1}{2}$  fig. 20. 21.

**R**efert in hunc censum operum tam civili quam militari Architecturæ communium cum Goldinanno suo, in cuius verba ubique præmissa commentatur, primo portas urbium, de quibus adeo principe loco agens, sicut regulas operis rustici, quod vocant, iterum illustrat; cui tractationi subjungit utilem sane descriptiōnēm casarum, ut vocant, armatarum, tam sub aliis propugnaculorum ad ipsa opposita propugnacula defendenda, quam sub faciebus eorum ad lunularuin objacenti, num defensione in parataruin, & subterranea opera reliqua ad munimentorum commoditate in perfectionem facientia delineat. Porro spectat ad hujus libri inscriptionem materia de pontibus; adeoque non solum quæ alibi tradiderat de pontibus ligneis & ductariis, breviter repetit, sed & ipsam eorum naturam & constructionem ex professo & distinctius explanat. Commendat inter pontes stabiles illud genus pensilium (ut ita dicam) ex compaginazione trabium artificiosa & cuneiformi (mitte Hängwerk) formatorum, cujus extrema utrinque in ripis firmantur, media vero, fornicem quasi aliquem formantia, pilis & sublicis in flumine adactis opus non habent, & institutionem suam satis perspicuis exemplis & figuris illustrat. Ubi vero latitudo fluminis nimis magna repugnat, pilas aliquot lapideas alveo fluvii interdicari, easdemque pensilibus ejusmodi pontibus interjectis jungi suadet. Ubi vero impensarum mo-

dus

dus facultates rerum publicarum superat, consequens est, ut sublicis in fluvium immissis pons nitatur; quomodoque adeo eisdem contra glaciem cum impetu in vectam muniri, subpublicarumque obliquarum contra ejus cursum directione ab ipsis jugis pontis vis glaciei averti possit, ostendit. De pontibus deinde atrectariis sive mobilibus, & maxime de modo eosdem elevandi demittendique commentatur. Inter pontium vero *lapideorum* laudatissima exempla est quidem a Palladio Architecto Veneto exedificatus, ad cuius imitationem, secundum proportiones & mensuras etiam ejus, binas alias ideas pontium fluminis latitudinis 150 pedum imponendorum efformat; qui quidem cum duabus mediis pilis per trinos arcus junctis constent. Unum exemplum etiam eidein addere visum est pontis in medio rupti, transitumque navium malis concedentis, cui tractationi etiam ea, quae de fundamentis horum pontium jaciendi moneri possunt, juncta exhibentur.

De *armamentariis* porro agere hujus libri manifesto officium est. Præfert adeo in descriptione horum exponenda Autor modum asservandi tubos majorum tormentorum separatis a carris, quibus imponuntur; deque reliquis horum ædificiorum requisitis agit, declivia & magis fastigiata tecta, et si in aliis operibus Architectonicis minus ferenda, heic loci tam non toleranda solum sed & commendanda humilioribusque præferenda judicat. Dein constructionem turris pro pulvere pyrio asservando, quæ fibi videtur firmissima, exponit, facitque eam ex duabus turribus invicem se ambientibus, quorum interior fornices habet aliquot fibi invicem impositos, sed in medio apertos & foramine adeo instructos, quo scilicet vis pulveris infortunio quodam accensi liberius se expandendi spatum habens minus in opposita furat. Extima vero turris spiraculis crebris instructa, superius fornicate tecto prædicta est firmitatis tantæ, quæ viribus incidentium bombarum resisteret valeat. Suadetque pluribus locis sub ipsis valli cortina, ubi injecta terra magis etiam vis bombarum incidentium infringitur, fieri ejusmodi fornicatas cameras.

De

De laboratoriis, ut vocantur, sive ædificiis ubi omnia ad tormentorum fusionem & rem pyrotechnicam spectantia præparantur, de borreis ubi tum alia necessaria tum etiam frumenta affervantur, de casis vel ædificiis militum præfidiorium, vigiliumque & custodum stationibus ultimo loco agit.

Weltstreit der Französischen, Holländischen und Deutschen Kriegs-Bau-Kunst.

i. e.

L. C. STURMII COMPARATIO MODI MUNIENDI Gallici, Batavici & Germani, sive Vaubaniani, Cæbörniani & Rimpleriani.

Aug. Vind. impens. Jerem. Wolf. 1718, fol.  
Pl. 18 fig. an. 19.

DUDUM est, & annus quidem hujus seculi secundus mensisque Martius, quo Autor noster in his Actis primo formæ muniendi *Rimpleriana* elaborationem & perfectionem a se tentatam exposuit, ejusque prærogativam præ ceteris muniendi modis commendavit. Quam inde potissimum arcessit, quod hostibus jam ad interiora urbis aditum noctis propugnaculumque opportum tenentibus tamen defensio intra urbem longius continuari possit, nec omnia opera vel partes munitionis, expugnata una aliqua parte valli, simul & semel eorundem potestati cedere cogantur. Comparationem etiam tunc brevem cum forma muniendi *Vaubaniana*, quam *Novo Brisaco* extrinendo adhibuerat, breviter indicavit potius quam distincte instituit. In hac vero sententia sua euin magis magisque confirmatum ostenderunt posteriora ejus scripta varia, quorum quædam in his Actis etiam nuperime receuimus. Ut autem plane extra omnem dubitationem hanc rem poneret, in tractatu, quem præ manibus habemus, Eugenio Sabaudiaz Principi inscripto, omnia & imprimis comparationem illam *Vaubaniana* & suæ formæ prolixius deducere, ulteriusque novam collationem hujus cum illa celeberrima a *Cæbörni* publicata insti-

Rr tuere

tuere jam connititur. Idque ei præcipue fini, ut, quoniam illa *Vaubaniana* forma utilis præcipue deprehenditur in solo fictiori, ubi fodiendo ad aquarum scaturigines nominis ad profunditatem 10 pedum pervenitur, *Cæhorniana* vero ad solum paludosum, aquas ad profunditatem 4 pedum habens, accommodata est, occasionem habeat ostendendi suam sive *Rimplorianam* methodum in utroque hoc casu usum habere, tum vero quantitate defensionis externæ utraque recensitarum esse præstantiorem, internæ vero defensionis prærogativa gaudere solam atque unicam. Isque hac tractatione, ut ipse in præfatione monet, ita versatur, ut quenvis expositorum modorum, *Vaubanianum* nempe & *Cæhornianum*, & binos suorum, tam scil. illum qui *Vaubaniano*, quam qui *Cæhorniano* opponitur, quatuor figuris teneat illustrat, quarum prima integrum munitionem minori mensura exhibet, altera sectiones soliditatum sive profila, tertia unius polygoni vel lateris distinctiorem representationem ex scala majori descriptam, quarta vero ductum subterraneorum, cuniculorum ex saxo formatorum, operis denique murarii universi, quo exterior vallorum superficies vestitur, accurata in ichnographiam ob oculos ponat. Quibus figuris jungitur descriptio luculenta, quæ continet non solum calculum humi ex fossis egestæ, calculum operis murarii, & in illis munitionibus, ubi opus fuerat, etiam calculum numeri & pretii palorum in humum paludosam adigendorum, calculum porro areæ operum munitionis, & areæ spatii urbici ab hisce operibus inclusi. Atque inde comparationis prima momenta petuntur, quatenus in iis impensis & arearum conclusarum commoditates spectantur.

Cui succedunt reliqua comparationis momenta, in quibus excutitur, quot tormenta aggressoribus de longinquuo per campi apertum spatium venientibus ex vallo & valli partibus quibuslibet opponi possint; dein quantum tormentorum numerum hosti jam ad marginem fossæ & in ruderibus viæ coopertæ stationem obtinenti objicere liceat; tertio quam rationem præsidarios contra ingruentem bombarum & globorum tormentorum & ignivomorum grandinem tegendi subministret quilibet

libet ex hisce modis; quarto recensetur numerus fossarum vel profunditatum, in quas hostis ad munitiones transitus de-scendere cogitur; quinto expenditur commoditas receptus, quem habent praefidarii, ex opere vel parte valli aliqua, jam-jam hostibus relinquenda, transitus facturi ad aliam partem, ex qua defensio continuari possit.

Jam quantas ex singulorum momentorum collatione pro inventionibus & methodo sua prerogativas dedicat, nostrum institutum non est prolixius explicare; breviter saltem mones-mus, potissimum ab ipso urgeri commodiorem linearum sua-rum defendantium situm inter se relativum, propter figuram scilicet operum suorum, quæ ad forcipum, quos vocant, satis acutorum formam accedit, ut vel ex figura illa Actis nostris dicto loco inserta colligatur, ut pote a qua parum novæ hæ formæ abdu-dunt. Ex ea scilicet defensio ad perpendicularē magis accen-dens oritur; præterea extollit commoditatem & facilitatem, qua opera quævis possunt in casu urgentis necessitatis ab invi-cem separari, quam scilicet ut obtineat, ab initio statim & ma-ture factis meatum subterraneorum incisluris, terraque inge-sta iterum coniectis, cryptasque adeo subterraneas milites a furore globorum igneorum lecuras præstituras formantibus, opera sua distinguit. Verum quoniam maximam laudem & dignitatem suæ munitionis inde petit, de quo in illis compara-tionibus agere non poterat, quod nempe Vaubaniana & Cœhor-niana simile aliquod plane non habeant, *defensionis* scilicet *in-te-na facultatem*, ultimo tandem capite separatim de ipsa a-git, & quomodo in ea procedendum, qualesque actus suscipi, & quo ordine debeant, præscribere conatur; nec non quomo-do opera sua ad hunc scopum ordinata fint, exponit. Quo pacto sperat effici posse, ut parte jam urbis capta hostis ad de-sperationem ulterioris progressus adduci, vel tempus dari pos-fit sufficiens iis, qui civitati oppugnatæ suppetias laturi sunt, & longiori mora ad subsidia comparanda opus habent. Et manifestum est sane, pro hoc fine obtinendo duplii lorica val-lum munitionis suæ instrui debere, quarum posterior urbi ob-versa sit. Unde adeo quo ædificia urbis ob propinquitatem neque

neque prospectum defensorum impediunt, nec hosti praefidium praebeant, ea quæ proprius ad vallum pertingunt, ex ligno, & non nisi media urbis ex faxo fieri concedit: ipsa vero edificia lignea ita vult separari, ut instantे jam defensionis internæ necessitate trabes tiguae, ex quibus constant, pro usibus defensorum in munitiones eorum transportari facile possint.

**PRINCIPIA PHILOSOPHIÆ, AUTORE  
G. G. LEIBNITIO.**

**M**onas, de qua dicimus, non est nisi substantia simplex, quæ in composita ingreditur. *Simplex* dicitur, quæ partibus caret. 2 Necesse autem est dari substantias simplices, quia dantur composita: neque enim compositum est nisi aggregatum simplicium. 3 Ubi non dantur partes, ibi nec extensio, nec figura, nec divisibilitas locum habet. Atque monades istæ sunt vera atomi naturæ &, ut verbo dicam, Elementa rerum. 4 Neque etiam in iis metuenda est dissolutio, nec ullus concipi potest modus, quo substantia simplex naturaliter interire potest. 5 Ex eadem ratione non datur modus, quo substantia simplex naturaliter oriri potest, quoniam non aliter nisi per compositionem formati posset. 6 Immo afferere quoque licet, monades nec oriri, nec interire posse nisi in instanti, hoc est, non incipere potest nisi per creationem, nec finiri nisi per annihilationem, cum e contrario composita incipiant ac finiantur per partes. 7 Nullo etiam modo explicari potest, quomodo monas alterari aut in suo interiori mutari queat per creaturam quandam aliam, quoniam in ea nihil transponere, neque ullum motum internum concipere licet, qui excitari, dirigi, augmentari aut diminui possit, quemadmodum in compositis contingit, ubi mutatio inter partes locum habet. Destituantur monades fenestræ, per quas aliquid ingredi aut egredi valet. Accidentia non egrediuntur ex substantiis, quemadmodum alias species sensibiles Scholasticorum. Atque adeo neque substantia, neque accidentis in monadem foris secus intrare potest. 8 Opus tamen est, ut monades habeant aliquas qualia.

qualitates: alias nec entia forent. 9 Immo opus est, ut quilibet monas differat ab alia quamunque. Neque enim unquam dantur in natura duo entia, quorum unum ex esse convenit cum altero, & ubi impossibile fit quandam reperiire differentiam internam aut in denominations intrinseca fundatam. Quodsi substantiae simplices qualitatibus non differrent; nulla etiam in rebus mutatio observari posset: quoniam, quod in composite reperitur, aliunde quam ex simplicibus ingredientibus resultare nequit. Et si monades qualitatibus destituerentur, nec una ab altera distingui posset, quoniam eisdem secundum quantitate differunt: consequenter si plenum supponatur, locus quilibet in motu non recipere nisi quod aequivaleret ei, cui succederet, & unus rerum status indiscernibilis foret ab altero. 10 Assumus etiam tanquam concessum, quod omne ens creatum sit mutationi obnoxium, & consequenter etiam monas creata; immo etiam quod mutatio sit in una qualibet continua. 11 Sequitur ex hactenus dictis, mutationes naturales monadum a principio interno proficiunt, propterea quod causa externa in ejus interius influere nequit. Et generaliter affirmare licet, *vis* non esse nisi principium mutationum. 12 Opus etiam est, ut praeter principium mutationum detur quoddam schema ejus, quod mutatur, quod efficit, ut ita dicamus, specificationem ac varietatem substantiarum simplicium. 13 Involvere istud debet multitudinem in unitate aut simplicitate. Omnis enim mutatio naturalis cum per gradus fiat, aliquid mutatur & aliquid remanet, consequenter in substantia simplici datur quedam pluralitas affectionum & relationum, quamvis partibus careat. 14 Status transiens, qui involvit ac representat multitudinem in unitate seu substantia simplici, non est nisi istud, quod *Perceptionem* appellamus, quam probe distinguere debeamus ab apperceptione seu conscientia, quemadmodum in sequentibus patebit. Atque in hoc lapso sunt Cartesiani, quod pro nihilo reputaverint perceptiones, querunt nobis non solum coascii. Propter hanc quoque rationem sibi persuaserunt, solos spiritus esse monades, nec dari animas brutorum, nec alias entelechias, & cum vulgo longum stuporem

cum morte rigorose sic dicta confuderunt: unde porro in præjudicium Scholasticorum de animabus prorsus separatis profavi & ingenia perversa in opinione de mortalitate animarum confirmata sunt. 15 Actio principii interni, qua fit mutationis seu transitus ab una perceptione ad alteram, *appetitus* appellari potest. Verum equidem est, quod appetitus non semper prorsus pervenire possit ad omnem perceptionem, ad quam tendit; semper tamen aliquid ejus obtinet atque ad novas perceptiones pervenit. 16 Ipsimet experimur multitudinem in substantia simplici, quandoquidem deprehendimus, minimam cogitationem, cuius nobis consciit sumus, involvere varietatem in objecto. Omnes itaque, qui agnoscunt, animam esse substantiam simplicem, hanc multitudinem in monade admittere debent, atque *Balbus* ea in re difficultates facessere non debebat, quemadmodum fecit in suo Dictionario, articulo *Rovarius*. 17 Negari tamen nequit, perceptionem & quod inde pendet per rationes mechanicas explicari non posse, hoc est, per figuram & motum. Quodsi fingamus, dari machinam, quæ per structuram cogitet, sentiat, percipiat; non obstat quo minus iisdem proportionibus retentis sub maiore mole construi concipiatur, ita ut in eam aditus nobis concedatur tanquam in modendum. Hoc supposito, intus nil deprehendemus nisi partes se mutuo impellentes, nec unquam aliud quidpiam, per quod perceptio explicari queat. Hoc itaque in substantia simplici, non in composita seu machina querendum. Imo etiam præter istud in substantia simplici non reperiatur aliud, hoc est, præter perceptiones earumque mutationes in ea nil datur. Atque in hoc solo consistere debent omnes *actiones internæ* substantiarum simplicium. 18 Nomen *Entelechiarum* imponi possit omnibus substantiis simplicibus seu monadibus creatis. Habent enim in se certam quandam perfectionem (*εχεσι τὸ ἐντελὲς*) datur quedam in iis sufficientia (*αὐλόγησις*) vi cuius sunt actionum suarum internarum fontes quali automata incorporea. 19 Quodsi *animam* appellare libet, quicquid perceptionem & appetitum habet in sensu generali, quem modo explicavimus; omnes substantiae simplices aut monades creatæ appell-

appellari possent animæ. Enimvero cum apperceptio aliquid amplius importet quam simplicem quandam perceptionem, consultius est, ut nomen generale monadum & entelechiarum sufficiat substantiis simplicibus, qui simplici perceptione gaudent, & animæ appellantur tantummodo istæ, quarum perceptio est magis distincta & cum memoria conjuncta. 20 In nobis enim ipsis experimur statum quendam, in quo nihil recordamur nec ullam perceptionem distinctam habemus, veluti cum deliquio animi laboramus, aut quando somno profundo absque infomnio oppressi sumus. In hoc statu anima quoad sensum non differt a simplici monade. Sed cum status iste non perduret, aliquid amplius sit necesse est. 21 Atque inde non sequitur, quod tunc substantia simplex careret omni perceptione. Fieri hoc nequit per rationes modo dictas: neque enim perire, nec sine omni variatione subsistere posset, quia aliud esse nequit quam ipsius perceptio. Enimvero quando ingens adeat exiguarum perceptionum multitudo, ubi nihil distincti occurrit, mens stupet, quemadmodum in gyrum aliquoties celeriter acti vertigine corripinatur, qui attentionem evanescere facit, ita ut nihil distinguere valeamus. Itiusundi statum ad tempus animalibus mors conciliare valet. 22 Et quemadmodum omnis praesens substantia simplicis status naturaliter ex statu precedente consequitur, ita ut praesens sit gravidus futuro; 23 itaque cum evigilantes ab isto stupore perceptionum nostrarum consci solum, necesse omnino est ut alias in immediate antea habuerint, quainvis earum conscientia non fuerimus. Etenim perceptio naturaliter non oritur nisi ex alia perceptione, quemadmodum motus naturaliter non oritur nisi ex motu. 24 Apparet inde, nos, quando nihil distincti & ut ita loquar, sublimis ac gustus altioris in nostris perceptionibus habemus, in perpetuo fore stupore. Atque is monadum undarum status est. 25 Videmus etiam, naturam dedisse animalibus perceptiones sublimes, dum iis organa concessit, quæ complures radios luminis aut complures undulationes aeris colligunt, ut per unionem fiant magis efficaces. Simile quid in odore, sapore & tactu, forsitan in aliis etiam sensationibus  
bené

bene multis, sed nobis incognitis, occurrit : atque mox explicabo, quomodo, quod in anima accidit, representet illud, quod sit in organis. 26 Memoria speciem *consecutionis* suppeditat animabus, quae rationem imitatur, sed ab ea distingui debet. Videmus ideo, animantia, dum percipiunt objectum, quod ipsa ferit, & cuius finilem perceptionem antea habuere, per representationem memorie expectare, quod eidei in perceptione praecedente jungetur, & ad sensationes ferri similes iis, quas tum habuerant. E. gr. Quando baculus monstratur canibus, doloris, quem ipsis causatus est, recordantur, clamant & fugiunt. 27 Et imaginatio fortis, quae ipsis ferit ac movet, vel a magnitudine, vel a multitudine perceptorum praecedentium proficiuntur. Interdum enim idem est impressionis fortis uno iectu factae effectus, qui diurni habitus aut multarum perceptionum mediocrium saepius repetitarum. 28 Homines bestiarum instar agunt, quatenus consecutiones perceptionum, quas habent, non nisi a principio memorie pendent, & instar Medicorum empiricorum agunt, qui simplici praxi abeque theoria utuntur. Et nos aequaliter empirici sumus in tribus actionum nostrarum quartis e. gr. quando lucem diei crastini expectamus, empirice agimus, propterea quod constanter ita factum fuit. Soli Astronomi per rationem judicant. 29 Enimvero cognitio veritatum necessariarum & aeternarum est id, quod nos ab animalibus simplicibus distinguere & rationis scientiarum compotes reddit, dum nos ad cognitionem nostri atque Dei elevat. Atque hoc est istud, quod in nobis *anima rationalis* sive *spiritus* appellatur. 30 Cognitioni veritatum necessariarum & earum abstractiōnibus acceptum referri debet, quod ad actus reflexos elevati sumus, quorum vi istud cogitamus, quod *Ego* appellatur, & hoc vel istud in nobis esse consideramus. Et inde etiam est, quod nosmet ipsis cogitantes de ente, de substantia cum simplici, tum composita, de immateriali & ipso Deo cogitemus, dum concipimus, quod in nobis limitatum est, in ipso sine limitibus existere. Atque huius reflexi praecipua larguntur objecta ratiociniorum nostrorum. 31 Ratiocinia nostra duobus magnis principiis superstructa

fructa sunt. Unum est *principium contradictionis*, vi cuius *falsum* judicamus, quod contradictionem involvit, & *verum*, quod falso opponitur vel contradicit. 32 Alterum est *principium rationis sufficiens*, vi cuius consideramus, nullum factum reperiri posse verum, aut veram existere aliquam enunciationem, nisi ad sit ratio sufficiens, cur potius ita sit quam aliter, quamvis rationes istae sepiissime nobis incognitæ esse queant. 33 Quando veritas necessaria, ratio reperiri potest per analysisin, dum eam resolvimus in ideas & veritates simpliciores, donec ad primitivas perventum fuerit. 34 Hoc pacto apud Mathematicos *theorematum speculationis & canonum* praxeos reducuntur per analysisin ad definitiones, axiomata & postulata. 35 Et dantur tandem *ideas simplices*, quarum definitiones dare non licet. Dantur etiam axiomata & postulata, aut verbo *principia primitiva*, quæ probari nequeunt, nec probatione indigent, atque ista sunt enunciations identicæ. 36 Enimvero *ratio sufficiens* reperiri etiam debet in veritatibus contingentibus vel facti, hoc est, in serie rerum, quæ reperitur in universo creaturarum, ubi resolutio in rationes particulares progreedi posset in infinitum, propter immensam rerum naturalium varietatem & divisionem corporum in infinitum. Datur infinitudo figuratum & motuum presentium atque præteriorum, qui ingrediuntur in causam efficientem scripturæ mez presentis, & infinitudo exiguarum inclinationum ac dispositionum animæ mez, presentium atque præteriorum, quæ ingrediuntur in causam finalem. 37 Et quemadmodum tota hæc series nonnisi alia contingentia anteriora involvit, quorum unumquodque similis analysi opus habet, ubi rationem reddere voluerimus, progressus nil juvat: necesse est, rationem sufficientem seu ultimam extra seriem contingentium reperiri, quantumvis infinita ponatur. 38 Propterea quoque ratio ultima rerum in substantia quadam necessaria contineri debet, in qua series mutationum nonnisi eminenter existat, tanquam in fonte suo. Atque istud ens est, quod *Deum* appellamus. 39 Jam cum substantia ista sit ratio sufficiens omnis illius seriei, quæ etiam prorsus connexa est; non nisi unus datur Deus, atque hic Deus

S: 8 suffi-

sufficit. 40 Judicare etiam licet, quod substantia ista ~~suprema~~, quæ est unica, universalis & necessaria, cum nihil extra se habeat, quod ab ea non dependeat, & simplex rerum possibilium series existat, limitum capax esse nequit & omnem realitatem possibilem continere debet. 41 Unde sequitur, Deum esse absolute perfectum, cum perfectio non sit nisi magnitudo realitatis positivæ præcise sumta, depositis rerum limitationibus. 42 Sequitur hinc etiam, creature habere perfectiones suas ab influxu Dei; sed imperfectiones a propria natura, essentia sine limitibus incapaci. In eo enim a Deo distinguuntur. 43 Verum etiam est, in Deo non modo esse fontem existentiarum, verum etiam essentiarum, quatenus reales sunt, aut ejus, quod in possibilitate reale est. Propterea intellectus Dei est regio veritatum æternarum aut idealium, unde dependent, & sine ipso nihil realitatis foret in possibilitatibus, & nihil non modo existaret, sed nihil etiam possibile foret. 44 Etenim opus est, ut, si quid realitatis in essentiis aut possibilitatibus, aut potius in veritatibus æternis fuerit, hæc realitas fundetur in aliqua re existente & actuali, & consequenter in existentia entis necessarii, in quo essentia includit existentiam, aut in quo sufficit esse possibile ut sit actuale. 45 Ita Deus solus (seu eius necessarium) hoc privilegio gaudet, quod a necessario existat, si possibilis est. Et quemadmodum nihil possibilitatem ejus impedit, quod limitum expers, nec ullam negationem, consequenter nec contradictionem involvit; hoc unicum sufficit ad cognoscendum existentiam Dei *a priori*. Nos eam quoque probavimus per realitatem veritatum æternarum. 46 Enimvero eandem jam probabimus *a posteriori*, quia scilicet res contingentes existunt, quæ rationem ultimam seu sufficientem habere nequeunt, nisi in ente necessario, quod rationem existentiaz suæ in se ipso habet. 47 Nihilominus tamen cum nonnullis nobis imaginari debemus, veritates æternas, cum a Deo dependant, arbitrari. s esse & a voluntate ipsius pendere, quemadmodum Cartesius & postea Poiretus statuit. Id verum non est nisi de veritatibus contingentibus, cum e contrario necessariæ unice dependant ab intellectu ejus & sint objectum ipsius internum.

num. 48 Ita DEUS solus est unitas primitiva seu substantia simplex originaria, cuius productiones sunt omnes monades creatae aut derivativae, & nascuntur, ut ita loquar, per continuas divinitatis fulgurationes per receptivitatem creature limitatas, cui essentialis est esse limitatum. 49 Datur in DEO potentia, quae est fons omnium, deinde cognitio, quae continet ideacum schema, & tandem voluntas, quae mutationes efficit seu productiones secundum principium melioris. 50 Atque hoc est istud, quod respondet ei, quod in monadibus creatis facit subjectum seu basin facultatis perceptivae & facultatis appetitivae. Sed in Deo haec attributa sunt absolute infinita aut perfecta, & in monadibus creatis aut entelechiis (aut perfecti-habiis, que a quadam modum Hermolaus Barbarus traduxit hanc vocem) non sunt nisi imitationes, pro mensura perfectionis, quam habent. 51 Creatura dicitur agere extra se, quatenus habet perfectionem, & passi ad alia, quatenus est imperfecta. Ita monadi actionem tribuimus, quatenus habet perceptiones distinctas, & passiones, quatenus confusas habet. 52 Et una creatura perfectior est altera in eo, quod reperiamus in ea, quod inservit rationi reddendae de eo, quod in altera contingit, & propterea dicimus, quod in alteram agat. 53 Sed in substantiis simplicibus influxus unius monadis in alteram tantum idealis est, qui effectum sortiri nequit nisi Deo interveniente, quatenus in ideis Dei una monas cum ratione postulat, ut Deus ordinans ceteras in principio rerum, ipsius rationem habeat. Quoniam enim mox una physice influere nequit in interius alterius; aliud non datur medium, per quod una ab altera dependere valet. 54 Atque ideo actiones & passiones creaturarum mutuae sunt. Deus enim duas substantias simplices inter se comparans in unaquilibet rationes deprehendit, quibus obligatur unam aptare alteri, & consequenter id, quod activum est, quatenus certo respectu passivum secundum alium considerandi modum; activum nempe, quatenus id, quod distincte in eo cognoscitur, inservit rationi reddendae de eo, quod in alia contingit, & passivum, quatenus ratio de eo, quod in ipsa contingit, reperitur in eo, quod distincte cognoscitur in altera. 55

Quemadmodum vero infinita sunt universa possibilia in ideis Dei & eorum nisi unicum existere potest; ita necesse est dari rationem sufficientem electionis divinæ, quæ Deum ad unum potius, quam ad alterum determinet. 56 Atque hæc ratio repræsiri nequit nisi in gradibus perfectionis, quam hi mundi continent, cum quodvis possibile habeat jus prætendendi existentiam pro ratione perfectionis, quam involvit. 57 Atque id ipsum causa est existentia melioris, quod Deus vi sapientiae cognoscit, vi bonitatis eligit & vi potentiae producit. 58 Atque huic adaptationi rerum omnium creatarum ad unamquamque & uniuscuusque ad ceteras omnia tribuendum, quod quælibet substantia simplex habeat respectus, quibus exprimuntur ceteræ omnes, & per consequens speculum vivum perpetuum universi existat. 59 Et sicuti eadem urbs ex diversis locis spectata alia apparet & optice quasi multiplicatur; ita similiter accidit, ut propter multitudinem infinitam substantiarum simplicium dentur quasi totidem differentia universa, quæ tamen non sunt nisi scenographicæ representationis unici secundum differentia puncta visus uniuscuusque monadis. 60 Atque hoc ipsum medium est obtinendi tantum varietatis, quantum possibile, sed cum maximo ordine qui fieri potest, hoc est, medium obtinendi tantum perfectionis, quantum possibile. 61 Neque etiam alia datur, quam hæc hypothesis ( quam demonstratam esse affirmare audeo) quæ, prout fieri debet, magnitudinem Dei elevat: id quod *Baltius* agnovit, cum in Dictionario suo (articulo: *Rorarius*) objectiones quasdam proposuit: immo sibi persuasit, quod Deo nimium & ultra, quod possibile est, tribuam. Sed nullam rationem allegare potuit, cur hæc harmonia, ob quam quælibet substantia exacte exprimit ceteras omnes per respectus, quos ad eas habet, sit impossibilis. 62 Ceterum ex eo, quod modo retuli de rationibus a priori, videmus, cur res aliter se habere nequeant, quoniam Deus totum ordinans respexit ad quamlibet partem & in primis ad unamquamque monadem, cuius natura cum sit representativa, nihil est quod eam limitare posset ad unam tantum rerum partem representandam, quanquam verum sit, quod hæc representatio non fit

fit nisi confusa respectu partium universi, nec distincta esse possit, nisi quoad exiguum rerum partem, hoc est earum, quae aut propiores sunt, aut maiores respectu uniuscujusque monadis, alias quælibet monas foret aliqua divinitas. Non in obiecto, sed in modificatione cognitionis objecti monades limitatae sunt. Omnes confuse ad infinitum tendunt, sed limitantur & distinguuntur per gradus perceptionum distinctarum. 63 Atque in eo compositæ cum simplicibus convenient. Quoniam enim omnia plena sunt & per consequens omnis materia connexa, & quemadmodum in pleno omnis motus effectum quandam sortitur in corporibus distantibus pro ratione distantiarum, ita ut unumquodque corpus non modo afficiatur ab illis, quæ ipsum tangunt, & quodammodo percipiat, quod ipsis accidit, verum etiam mediantibus ipsis adhuc percipiat ea, quæ prima tangunt, a quibus ipsum immediate tangitur; ideo inde sequitur, hanc communicationem procedere ad quamlibet distantiam. Et per consequens omne corpus ab omni eo afficitur, quod in universo accedit, ita ut is, qui omnia perspicit, in unoquoque legere possit, quod per totum accedit, immo etiam quod jam factum, aut adhuc futurum, in praesenti observans, quicquid tam secundum tempus, quam secundum spatium elongatur. Σύμποντα πάντα dicebat Hippocrates. Enimvero anima in se ipsa legere nequit, nisi quod distincte in ipsa representatur; non omnes suas perceptiones una evolvere valet, quoniam ad infinitum tendunt. 64 Quamvis itaque quælibet monas creata totum universum representet; multo tamen distinctius representat corpus, quod ipsis peculiari ratione adaptatum est & cuius entelechia existit. Et sicuti hoc corpus exprimit totum universum per connexionem omnis materiarum in pleno, ita etiam anima totum representat universum, dum representat hoc corpus, quod ad ipsam spectat peculiari quadam ratione. 65 Corpus spectans ad monadem, cuius entelechia vel anima existit, constituit cum entelechia id, quod *vivens* appellatur, & cum anima id, quod *animal* salutatur. 66 Est vero corpus viventis vel animalis semper organicum. Etenim cum quælibet monas sit speculum universi suo modo & universum perfecto-

ordine gaudeat, ordo etiam esse debet in repræsentante, hoc est, in perceptionibus animæ, & per consequens in corporibus, secundum quæ universum in eis repræsentatur. 67 Ita quodlibet corpus organicum viventis est species machinæ divinæ aut automati naturalis, quod omnia automata artificialia infinitis modis antecellit, quoniam machina arte hominis facta non est machina in qualibet parte. E. gr. Dentes rotæ partes habent seu fragmina, quæ non amplius artificiale quid sunt, nec quicquam habent, quod machinam connotet respectu usus, cui rotæ destinatur. Machinæ vero naturæ, hoc est, corpora viventia, sunt adhuc machinæ in minimis partibus usque in infinitum. Atque in eo consistit discrimen inter Naturam & Artem, hoc est, inter artem divinam & nostram. 68 Et fieri potuit, ut Autor Naturæ hoc artificium divinum & prorsus mirabile in praxin deduceret, quia portio quælibet materiæ non modo divisibilis in infinitum, sicuti veteres agnovere, verum etiam actu subdivisa in infinitum, quælibet parte peculiari motu gaudente: alias fieri haudquaquam posset, ut quælibet portio materiæ totum exprimeret universum. 69 Liqueat inde, in minima portione materiæ dari mundum creaturarum viventium, animalium, entelechiarum, animalium. 70 Quælibet materiæ portio concipi potest instar horti pleni plantis & instar piscinæ plenæ piscibus. Sed quilibet ramus plantæ, quodlibet membrum animalis, quælibet gutta humorum iplius est denuo hortus aut piscina istiusmodi. 71 Et quamvis terra atque aer inter plantas horti, aut aqua inter pisces piscinæ intercepta non sit planta, neque piscis, nihilominus plantas & pisces continent, sed plerumque subtilitate nobis imperceptibili. 72 Ita nihil incultum, nihil sterile, nil mortuum datur in universo, nullum chaos, nulla confusio, nisi quoad apparentiam, quemadmodum in piscina ad aliquam distantiam appareret, ubi motus confusus piscium videtur, nec tamen ipsos pisces discernere licet. 73 Videlimus hinc, quodlibet corpus vivum habere entelechiam unam dominantem, quæ est anima in animali; sed membra hujus corporis viventis plena sunt aliis viventibus, plantis, animalibus, quorum uniuersumque iterum suam habet entelechiam seu animam.

mam dominantein. 74 Enimvero hancquaquam nobis cum nonnullis imaginari debemus, qui mentem meam parum perspexerunt, animam unamquamque habere massam quandam aut portionem materie propriæ, & per consequens possidere alia viventia inferiora semper ad ipsius servitia destinata. Omnia enim corpora riorum instar in perpetuo sunt fluxu & partes aliae continuo ingrediuntur, aliae egrediuntur. 75 Ita anima non mutat corpus nisi sensim sensimque & per gradus, ita ut nunquam omnibus suis organis uno quasi ictu privetur. Et dantur sœpius metamorphoses in animalibus, sed nunquam Metempsychoseis seu transmigratio animarum locum habet. Neque etiam dantur animæ propterea separatae. 76 Atque ideo etiam nulla datur generatio, nec mors perfecta, rigorose loquendo. Sunt enim evolutiones & accretiones, quas generaciones appellamus; quemadmodum involutiones & diminutiones, quod mortem vocamus. 77 Perplexos reddidit Philosophos origo formarum, entelechiarum aut animarum; sed postquam hodie observationibus exactis de plantis, insectis & animalibus compertum est, quod hæc corpora organica naturæ nunquam ex chao seu putrefactione prodeant, sed constanter per feminam, in quibus sine omni dubio datur quædam præformatio; hinc concluditur, corpus non modo organicum jam præexistisse ante conceptionem, sed etiam animam in hoc corpore, hoc est, animal ipsum. Et per conceptionem animal istud tantummodo disponitur ad magnam quandam transformationem, ut fiat animal alterius speciei. Simile quid videmus extra generationem, e. gr. quando vermes fiunt muscae & cruciferæ papiliones. 78 Animalia, quorum nonnulla elevantur ad gradum maximorum animalium, ope conceptionis, appellari possunt Spermatika: sed ea, quæ speciem non mutant, nascuntur, multiplicantur & destruuntur, quemadmodum animalia magna. Parvus admodum numerus est electorum, qui ad theatrum maius progrediuntur. 79 Sed hæc non nisi dimidia veritatis pars est. Judicavi igitur, si animal nunquam naturaliter incipit, nec unquam naturaliter finiri debere, & non modo nullam dari generationem, verum etiam nullam destructionem totalem

seu

## §17 ACTORUM ERUDITORUM

seu mortem rigorose sumtam. Atque ratiocinia ista a posteriori facta optime cum principiis meis ante a priori deductis concordant. 80 Ita afferere licet, non modo animam (mundi indestructibilis speculum) esse indestructibilem; verum etiam animal ipsum, quamvis machina ipsius sèpius ex parte pereat & involucra organica linquat, vel capiat. 81 Hæc principia dederi mihi medium naturaliter explicandi unionem aut potius conformitatem animæ at corporis organici. Anima sua sequitur leges & corpus itidem suas: convenienter inter se vi harmonizæ inter omnes substantias præstabilitæ, quoniam omnes representationes sunt ejusdem universi. 82 Animæ agunt secundum leges causarum finalium per appetitiones, fines & media. Corpora agunt secundum leges causarum efficientium seu motuum. Et duo regna, alterum nempe causarum efficientium, alterum causarum finalium, sunt harmonica inter se. 83 Cognovit *Cartesius*, animam non posse dare vim corporibus, quoniam eadem semper virium quantitas in materia conservatur; credidit tamen, animam posse mutare directionem corporum. Id quidem ideo factum est, quod ipsius tempore lex naturæ ignoraretur, quæ vult eandem semper directionem totalem conservari in materia. Quod si hoc observasset, in sistema meum harmonizæ præstabilitæ incidisset. 84 In hoc systemate corpora agunt, ac si (per impossibile) nulla darentur animæ, & animæ agunt, ac si corpora nulla darentur, & ambo agunt, ac si unum influeret in alterum. 85 Quod spiritus seu animas rationales conceruit, quamvis reperiam, eodem modo se rem habere cum omnibus viventibus & animantibus, quemadmodum dixi, scilicet quod animal & anima nec orientur nisi cum mundo, nec intereant nisi cum mundo: id tamen peculiare est in animalibus rationalibus, quod ipsorum animalcula spermatica, qua talia, habeant tantum animas ordinarias seu sensitivas, sed quæ electa sunt, ut ita dicam, & ad naturam humanam ope conceptionis actualis pervenient, eorum animæ sensitivæ elevantur ad gradum rationis & prærogativam spirituum. 86 Inter alias differentias, quæ inter animas ordinarias & spiritus intercedunt, & quarum partem jam exposui, etiam illa datur, quod

quod animæ in genere sint specula viventium seu imagines universi creaturarum; sed quod spiritus insuper sint imagines ipsius divinitatis, seu Autoris naturæ, quæ systema universi cognoscere & aliquid ejus per scintillulas architectonicas imitari possunt, cum spiritus unusquisque sit parva quedam divinitas in suo genere. 87 Atque inde est, quod spiritus sint capaces societatis alicuius cum Deo ineundæ, & quod ipse eorum respectu non solum sit inventor, qualis est respectu creaturarum ceterarum, sed insuper Princeps & parens, hoc est, eam habeat ad ipsos relationem, quam Princeps ad suos subditos & parens ad liberos suos. 88 Inde haud difficulter infertur, omnes spiritus simul sumtos constituere civitatem Dei, hoc est, regnum omnium perfectissimum sub perfectissimo Monarcha. 89 Hæc civitas Dei, hæc Monarchia, vere universalis, est mundus moralis in mundo naturali, & id maxime sublime atque divinum est in operibus Dei, atque in hoc revera gloria Dei consistit, quoniam nulla daretur, nisi magnitudo & bonitas ejus a spiritibus cognosceretur ipsisque admirationi esset. Respectu humi civitatis divinæ datur bonitas proprie sic dicta, cum e contrario sapientia & potentia ubique eluceant. 90 Quemadmodum supra harmoniam perfectam stabilivimus inter duo regna naturalia, alterum causarum efficientium, alterum finalium; ita hæc nobis alia-harmonia coimmemoranda venit, quæ inter regnum physicum naturæ & regnum morale gratiæ intercedit, hoc est, inter Deum, quatenus consideratur ut Architectus machinæ, & inter Deum eundem, quatenus ut Monarcha civitatis divinæ spirituum spectatur. 91 Ab hac harmonia pendet, quod res deducant ad gratiam per ipsas vias naturæ & quod hic globus e. gr. destrui & reparari debeat per media naturalia iis momeatis, quando regnum spirituum id postulat ad aliquos pnniendos, ceteros remunerandos. 92 Asseverare etiam licet, Deum tanquam architectum satisfacere Deo tanquam legislatori exesse, atque sic peccata consequi debere poenas per ordinem naturæ & structuræ mechanicæ rerum, bonas etiam actiones secum trahere remunerationes per media machinalia respectu corporum, quævis ideæ nec possit, nec debeat con-

T t stanter

stanter extemplo accidere. 93 Tandem sub perfectissimo hoc regimine nulla datur actio bona sine remuneratione, nulla mala sine poena, & omnia vergere debent in salutem bonorum, hoc est eorum, qui regimine divino contenti sunt in magno hoc regno, qui confidunt in providentia divina & qui amant atque imitantur, ut par est, Autorem omissis boni, voluptatem percipientes ex consideratione perfectionum ipsius, secundum naturam amoris puri atque veri, vi cuius voluptatem percipimus ex ejus, quem amamus, felicitate. Atque ideo per sonae sapientes ac virtuosae perficere conantur, quicquid voluntati divinae presumtivae & antecedenti conforme apparet, & hoc non obstante in iis acquiescunt, quae per voluntatem divinam secretam, consequentem & decisivam acta contingunt, quoniam agnoscent, quod, si ordinem naturae satis intelligeremus, comprehensuri sumus, eadem vota sapientissimi longe superare, nec fieri posse, ut meliora reddantur sive intuitu totius universi in genere, sive etiam respectu nostrum in specie. Siquidem, prout par est, Autori omnium adhæremus, non modo tanquam Architecto & causæ efficienti essentiae nostræ, verum etiam tanquam Magistro nostro atque causæ finali, cuius est efficere quod volumus & qui solus nos felices reddere valet.

**P E T R I A N T O N I I C O R S I G N A N I D E**  
*Aniene ac via Valeriae pontibus synoprica  
enarratio.*

Romæ, typis Antonii de Rubeis, 1718. 4, pl. 18.

**Q**ui in Arcadia *Eningius Burenſis* & Montisalti apud Calabros *Planitus* audit, Celeberrimus Corsignani, inter Marſos natus, opus hoc, dum Em. Cardinalem Astallium, antiflitem Sabinensem, per visitationes sacras comitaretur, villicationis tempore in Tiburtinæ urbis Bibliotheca, Candiotæ vulgo nurcupata, A. 1717 duorum mensium spatio congeffit, Alexandro que Albano, Clementis XI ex fratre Nepoti, iam Cardinali, dicavit. Ultra haſtenus edita & ſupra in his Actis A. 1718 Menf. Maj. p. 224 ex parte recenſite, *Historiam Marſorum ampliſſi-*  
*mam,*

*mam, Commentaria ad iam editum librum singularem Virorum Illustrium Matforum, & a Sanctorum ejus Diocesis, & opus Canonicum morale de pulpitib[us] ecclesiis expectare jussi, nunc quidem ad Anienis aminem admittimur, præmissa, cum Anio æquorum agros riget, veterisque Latii fines dirimat, de Equicolis ex antiquitate disquisitione.* Ab his æqui colendi tenacissimis populis Tullian, Regem facialium, sacrae impetrationis & supernoru[m] naminum invocationis ritum petuisse, Romanosque militaris gloria plura specimina cepisse Cl. Autor refert, donec & ip[s]i post cruenta per 70 annos bella A. V. C. CDXLIX a Pompejo Sempronio Cos. ad internecionem pene deleti, insurgentes tamen a C. Junio Dictatore subigerentur. Capite II probatur Parensium, quem sequior ætas, eo quod Anius Hetruscorum Rex Cethegum filie raptorem persecuturus ejus unda extinctus est, Anienem dixit, non, ut vult Coronellius, e Fucino lacu, sed ex montibus Hernicis prope Trebarum oppido originem ducere: nec Marsicanas sed Simbruinas & Sublacenses valles, inde Equicolanas & Tiburtinas oras percurre, atque ad Tibur pervenientem, relicto alveo, ex alta rupe tanto cum impetu in voriscenti defltere, ut, immensa illius voragine profunditate impleta, aquæ aliis e precipiti irruentibus reluctantes, in aeris sublimitatem magno murmure efferantur, ad instar alluvionis continuo circumferantur, & protinus in subterraneos meatus divisa per Tiburtinos agros hinc labantur illinc emergant. Quam Parensi, vulgo Teverone nuncupati, cataractam illustrarunt & Josephus Silos Theatinus caetens:

Qua præcep[er]t Anio nullo ruit obice, grandi

Et strepitu casus ingemit ipse suos. ---

Aspicis? it cursu celeri in sua fata, suasque

Indignabundus mergitur inter aquas.

Præcipites torrent fluctus, horrendus & aures

Verberat attonitas excita inde fragor.

Frangitur & frangit foopulos, seseque resorbet,

Dum cadit, unda furit, dum furit, unda cadit. &c.

& marmorea tabula ipsi a Mutinensis Ducum villa excurrenti posita, addita epigraphe:

p. i.

2.

3.

5.

7.

8.

p. 9.

Regios Estenium Principum hortos  
immenso Card. Hippolyti sumptu  
præruptæ rupis asperannis cautibus  
in mollissimi clivi  
peniles ambulationes conversis  
ac terebrati per montis viscera ductis  
ex Aniene

ianumeris fontibus admirandos  
ab Aloysio & Alexandro Cardinalibus  
magna splendidissimi cultus accessione adornatos.

- ii seqq. 16. Devolvi tandem Anienem in Tiberim, in veterem & novum distingui, variisque aqueductibus nobilitari traditur, inter quos maxime memorandus, qui eum in Tiburtinam planitatem, inde vero Romanam usque feros hac inscriptione supra Neviam portam insignitur:

Ti. Claudio, Drusi F. Casar  
Augustus Germanicus Post. Max.  
Tribunitia potestate XII,  
Col. V. Imperator XVIII, Pater Patriæ  
aquas Claudiæ ex fontibus  
qui vocantur Ceruleus & Curius  
a milliario XXXV. Item  
Anienem a milliario LII.  
sua impedita  
in urbem perducendas curavit.

17. Ubi Capite III Anienis salubritas ex decreto Senatus ipsius  
aqua urbi potus gratia inferandi A. V. C. CDLXXX facta,  
nec non virtus ebori & dentibus hominum lotis singularem conciliandi albedinem, & amoenitas ejus ostensa fuit, pontes, qui eum jungunt, inter Tibur & Romanam numerantur quatuor, Lucanus, Nomentanus, Salarius & Mammiolus, Caput IV populus  
recenset Anienem ecclesias Arsolanos, Augiavanos, Rivifrigidanos, Risenenses, Nomentanos, Monticulanos, Tiburripias, Varroenses, Sambucienses, Sarcoconenses, Catalupenses, Castridamenses, Empolitanos, posteaque subiungit nobiliores. Valerium Maximum Dictatorem Caput V docet non Masses solum fatigasse,
- 19 - 30. 31. 33.

tigasse, sed & in eorum agro prope Fucini lacus ripam civitatem municipii jure præditam excitasse, Valeriam scilicet, quam utrum dictus lacus an Longobardorum furor dastruxit, incertum perhibetur; eundem etiam, cum ante dictaturam A. V. C. CCXLI censor esset, viam Valeriam publica persecisse impensa. Hujus pontes 34 Capite VI curiosus exputantur, quos inter Scantonicus statua & tabula marimorea his verbis notatae sit compi-  
cuas:

p. 35;

41. lqq.

Imp. Cæsar \*.

Divi F. \* \*

Augustus \* \*.

ex S. C. \*.

Additur etiam sequens titulus in monte Imeo apud Marsos re-  
pertus: 77.

Ti. Claudius

Cæsar

Aug. Germ. Pont. Max.

Trib. Pot. VIII. Imp. XVI.

Cos. IIII. P. P. Censor. \*\*.

Giam Claudiām q̄ Alex.

munit, idemque

Pontes fecit XLIII.

Viam Valeriam persequendo Autor ad Carcolorum, Subisci, Salmonis, urbiū, & fontis D. Gregorii, item Corfiniebis ci-  
vitas laudes descendit, & Corfinii quidem CCCXX Deorum  
de dubra fuisse assertit, quorum præcipua Deo Magaz. nempe  
Vesta seu Terra, Minervz, Veneri, Iudi & Atis (in Phrygiae  
Sedam appellant) iesibus allegatis inscriptionibus, dicata fuerint.  
Nostro autem ævo præclarissimæ hujus civitatis amplitudinem  
vix inter ruinas cerni addit, præter oppidum Pentinam ex e-  
jus ruinis exstructum. Exporrigitur via Valeria secundum Ap-  
porem a Tibure ad Corfinium usque per septuaginta stadiis.  
Menabuit postea Noster statua marimorez ad hanc viam effos-  
sis, quam licet snutilatam ex ornamento tamen, quibus inter  
duas victorias pro Mithre sacrificio trophyum designatur,  
supponit, aut Trajanus aut Claudio possum suus. Tandem Ti-  
bur-

78.

89.

94.

T t 3

burtinis monumentis nostra tempestate accessisse ait, Colonizæ Sibyllinæ institutionem , collegium nempe Virorum in hetru-  
 scō carmine operas ponentium, qui in horto domus Brigantia  
 p. 304 Columnæ convenire soleant. Appendix Sambuci oppidi, 23  
 milliaria ab urbe distantis, descriptionem habet, cuius nomen  
 vel a S. Bucio, vel a Sambuceis in vicinia plantis, vel a Sambuca  
 instrumento pastorum musico repetendum dicitor; ipsum ve-  
 ro oppidum ab amplitudine , subjecto viridario aquarium &  
 cypressorum copia instructissimo, atrocentate & Juveniani flumi-  
 nis in Anienem sese exonerantis salubritate , quæ Romanos  
 323. per se statim ad se allicant, denique a benigno hodie Astalliae  
 gentis dominio commendatur.

**JOANNIS OLIVÆ, RHODIGINI, DE AN-**  
*tiqua in Romanis Scholis Grammaticorum di-*  
*sciplina Dissertatione ludicra.*

Venetiis, typis Laurentii Basili, 1718, 8, plag. 6 $\frac{1}{2}$ .

- c. I. **A**gricultura antiquissimum fuit Romanorum studium, adeo  
 commendatum plebi patribusque, ut homines, qui ruri  
 operam dabant, milites, qui ex agro legebantur, tribus, rustica-  
 rum nomen adeptæ, viris, militibus, tribubus urbanis nobiliores  
 2. haberentur. Pueri calculandi artem addiscebant, majores natu-  
 juris scientiam sectabantur, donec post bellum Punicum se-  
 cundum literæ Romam migrarent, & Grammaticen quoque  
 Crates Melletos urbi inferret, nobilissimam artem, cuius a Ro-  
 manis cultæ tot in bonis autoribus superfunt indicia, ut Doctissi-  
 mus Oliva Grammaticorum in Romanis scholis disciplinam dis-  
 3. sertatione ludicra illustrandam sibi sumserit. At enim vero sub  
 excellenti Grammaticæ nomine bene loquendi artem intelligi  
 non vult, Grammatistis, Literatoribus, Pædagogis Literariis, Vo-  
 cis edomatoribus relinquendam. Lectionibus, Poetarum inpri-  
 mis, Prælectionibus, Dictatis, Declamationibus, Criticæ Gram-  
 matici cum suis vacabant, eratque necessaria omnium disciplina-  
 4. rum cognitio illi, qui recte legere atque explicare bonos autores  
 5. evipiebat. Ingregiatur, qui volet, cum Oliya nostro Ludum, &  
 offen-

offendet ibi Virum doctissimum, in sella sedentem, pannulatum, eo enim habitu ipsa Grammatica apud Martianum in Senatum Deorum ingreditur, nisi forte Orbilius fuerit, quem palliatum ostendit statua Beneventi. Mane autem surgendum est, ut initio intersit. Ita solebant Magistri, ut ille de quo Martialis:

Nondum cristati rupere silentia galli,

Murmure jam fovo verberibusque tonas.

Affident magistro discipuli; fed hi in suas tribus & classes discreti. Qui classem ducebat, reliquis dignior habebatur; hoc erat illius, qui inter juvenes studia simulantes vicerat, præmium: erant & alia, libri imprimis pulchriores rarioresque victoribus donati. In negligentes plagosii Orbilius verberibus deserviebant, quamvis Fabius harum rerum callentissimus id minime velit. Erat Magistro merces, Minerval; Feriæ pueris quinquatribus; erat & pietati locus, precibus ad Minervam fusis, teste Ovidio:

Pallada nunc pueri, teneræque ornate puellæ,

Qui bene placarit Pallada, doctus erit.

Servus capsarius servabat libros. Antiquum obtinent Grammati, dum arrogantia sua reliquis ridendi materiali præbent, & more majorum faciunt, quos vide apud ipsum Olivera depictos, ne de exiguo libro sermonem faciamus longissimum.

c. 12

13

14

*DANIELIS FRIDERICI JANI DE DOCTORIBUS UMBRATICIS EORUMQUE VARIIS INCOMMODIS IN RE PUBLICA LITTERARIA COMMENTARIUS.* Accedit ejusdem *dissertatio Lipsiensis de nimio Latinitatis studio, accessionibus aucta.*

Vitembergæ, ap. Chr. Theoph. Ludovicum, 1720, 8.

Plag. II.

**I**nstitutum Autoris est, speciatim doctores umbraticos, quos Galli pedants vocant, perlungare. Primum autem præsumtam quorumdam opinionem removet, qui eos hoc nomine dignos censent, quorum industria in excolandis literis versatur. Neque vero difficitur, esse nonnullos ex eorum ordine, qui, quoniam non ita, ut æquum est, in bona mentis curfa se instituerunt, hoc nomine ex condigno appellantur. Reprehendit cum primis eos, qui

qui I'riscipio iuventutis moderatores suat, exemplisque tum illistrum, tum aliorum inferioris sortis hominum docet, tales duces magnum rei literariz inferre detrimentum. Ut autem cognoscatur, quinam illi doctores sint umbratici, primo loco nominat eos, qui in questiones inutiles propendent, fontemque amoris in eas aperit. Ostentatoris & miserimi meminit, qui, facta questione, conticuit. Indicationem facit Philelphi ac Timothae & Deorum Sorbonicorum de pronunciatione lingue Latianaz ligantium; de dubia scriptura, de inutilibus in re poetica, de inconsulto allegationis apparatu sermonem instituit. Doctores umbratici de sua re libraria crebro verba faciunt; sunt invidi, sunt saepe rerum ignari. Libros manu scriptos praedican, nec ullum eruditus in conspectum possunt afferre. Sunt elato animo ob varias causas; quod documentis confirmatur eorum, quorum sententia nihil novi fiat in disciplinis contra majorum instituta: malunt errare cum eis, aut se suis numeribus abdicare, quam quid novi afferre. Nimia veneratio antiquorum; perversus imitandi amor, quantum detrimentum faciant literis, demonstratur. Inventas res ut novas praedican, quae insolitis nominibus inscribuntur. Nationem, ex qua orti sunt, laudant, aliis per ignominiam posthabit. Quid sit Andr. Baileti *pedanteie cavaliere*, re & exemplis probatur. Attingit vero Cl. Autor aliam umbraticorum hominum speciem, quae ad cives pertinet: quo facto, eorum confutacionem cum aliis, & quid judicandum sit de silentio Pythagorico, docet, verumque usum cum aliis vivendi edstruit. Mores tandem incompositos, incessum, usum manuum, sermonem, cultum considerat, inque originem vocis Schufodus inquirit. Sub finem libelli monet nonnulla de nomine Excellentiae & de actionibus singularibus, concluditque eo: virtus est, vitium fugere, & sapientia prima, stultitia caruisse. Quod ad dissertationem Lipiensem de nimio Latinitatis studio attinet, quam adjecit, sedulitatem nimium argutam Bembi, Politiani, Calderini, Lati, Sannazarii, Castellionis, Longolii, Nizolii, Manutii, Brunelli, Bonomici, Maffei, Naudzei, Sigonii, Budzei, Ringelbergii, Campiani, aliorumque reprehendit, variaque notat ad Latinitatem facientia, ac ultimo loco Inchoferi meminit, qui existimat, beatos in celo Latine aliquando esse locuturos.

• • • •

# ACTORUM ERUDITORUM,

*Quæ Lipsie publicantur.*

## SUPPLEMENTA.

*Tom. VII Sect. XII.*

TRES SATYRÆ MENIPPEÆ, L. ANNÆI  
SENECAE Ἀποκλοκόντωσις; J. LIPSII Somnium; P.

CUNÆI Sardi Venales; recensitæ & notis  
perpetuis illustratæ.

Lipsia, apud G. C. Wintzer, 1720, 8.

Plag. 14.

**A**Utor Cl. Annotationum in elegantissimos hosce libellos, quæ in literis G.C.B. occultus esse voluit, non vana ratione ductus hos Tresviro Satyræ Menippeæ, ut ipse vocat, conjunctos prodire jussit. Factum id esse profitetur, ut juniores haberent imaginem, ex qua discerent, quomodo veterorum deliciæ in oratione sint ab ipsis exprimendæ. Quamobrem adjecit Præfationem, quæ de modo imitandi præclara quædam quasi punctis signat: in qua simul Autor ipse non sententias tantum, sed & plerasque formulas dicendi ab antiquis mutuo summis. Quod vero & Seneca Ludum Menippeam Satyram nominat, in eo fortasse secutus est Casp. Barthium, qui olim hoc titulo illum ornavit: quoniam Carmen Prosa, Græca Latinis, pro more illarum, ibi miscentur: vide notas pag. 48. Ex his aliqua hic notanda sunt. Pag. 3 Senecæ verba: *illi pro rati bono municio nemo credidit*, ita interpretatur: *quod nimis bonus nuncius esset, illi nemo credidit*: idque Sallustii ac Flori verbis illustravit. Pag. 5 pro *nimiris rusticæ acquirescunt oneri Poeta*, legero

Uuu

dubi-

dubitanter inavult: *nimirum rusticus oneri.* Pag. 13 vulgatam scripturam contra Gronovium defendit, tantum quod particulam *etiam* divisim vel legit, vel intelligit: *ut qui & jam non omnia monstra timuerit;* aut, si conjecturis in corruptissimo scripto agendum sit, addit suam: *ut qui etiam tum omnia monstra timuerit,* quæ sane proxima vero esse videtur. Pag. 29 vexatissimum locum: *Etiam si Phormia Gracem nescit, ego scio, ērto mororū qnq; senscit,* qui monstra alere omnibus interpretibus virus est, commodo satis sensu ita restituit: *Etiam si Phormeo Gracem nescit, ego scio. ērto mororū nescit neque Diis senscit:* loquitur enim Augustus de domesticis suis malis, quæ passus est a Claudio. Pag. 35 Cap. XV, ut Editor primus numeravit, ex MSS. storum *cordatus Jano* facit *cordatus Lando*, ita ut propter metrum I non audiatur, ut apud Aufonium *omnium* quasi *omnum*. Pag. 45 contra Boxhornium afferit, a fine quidem huic Satyræ nihil deesse, licet ex ipsa serie scripti multa exciderint. In J. Lipsii Somnii explicatione gratissimum erit legentibus, quod Author non modo obsoletam dictionem, quam Lipsius consulto consilio affectavit, una cum indicio unde hausta sit, planam reddiderit; sed etiam Criticos illos, qui occulte tanguntur, manifestaverit: vide pag. 64 & impr. mis. p. 76. Præterea antiquorum morum, maxime qui fuere Senatus Romani, rationem habuit, vide pag. 55, 56 & passim; quia tota Satyra *apta ad ritum prisci Senatus*, pag. 51. Denique cum orationes insitas Ciceronis, Sallustii, Ovidii, Varronis proxime ad stylum cuiusque effinxerit Lipsius, in notis loca invenies adducta, quæ ille expressit, ut p. 61, 66, 69 aliis. In Cunzœ Cellarii vestigia pressit Editor & largiter fontes aperuit, unde elegantia Cunzœ sint derivata, quod Cellarius propter festinationem obiter tantum facere potuerat. Nunc vero videre licet, Cunzœ Sallustium imitari in primis fuisse propositum. Nulla enim sere pagina est, ubi ejus dictionem non sentias. Inspergit tamen & hic observationes non spernendas; ut ubi p. 100 & 101 Horatii formulas *caudam trabere, & de Menenii gente esse* interpretatur. Et p. 105 Claudiani *blando risu prætexere fraudem* aliter ac Cellarius accipit, *prætexere nempe pro simplici tegere positum autumat,*

imat, nec opus esse existimat Hypallagen hic fingere : adde pag.  
124, 125, 149, 177. Ceterum aliunde cognovimus, Cl. Autorem  
similes etiam in Orationes Cunzi (quæ hoc anno apud nos re-  
cussæ sunt) Annotationes paratas habuisse, quibus Cellarii su-  
per alterum tantum potuissent augeri; eas vero, quod se-  
rius aliquanto ad manus Bibliopolæ pervenerunt, ineditas esse  
remissas.

Gründlicher Beweß, daß das niederknien vor denen Ho-  
stien in der Messe denen Gewohnheiten und Sazun-  
gen der alten Kirche zuwider etc.

h. e.

*SOLIDA DEMONSTRATIO, QUA OSTEN-  
ditur genuflexionem illam, quæ pani eucharistico in missâ  
exhibetur, ritibus ac institutis veteris ecclesiæ adversam,  
necessitatem autem ejus Tridentina demum Synodo intro-  
ductam esse; simul de transubstantiationis dogmate, &  
utrum idolatria sit illa hostiæ adoratio? modeste dispu-  
tatur, & quam recens sit institutum communio Laicorum  
sub una, ostenditur; subjiciuntur monita quedam ad Ro-  
mano-Catholicos pariter, & Evangelicos, huic temporis  
accommodata; Autore JOHANNE WILHELMO  
von der LITH, S. Theol. D. Serenissimo Marchioni  
Brandenburgico Anspacensi a Consiliis Ecclesiasticis  
& Consistorialibus, urbisque ditionis il-  
lius Pastore primario.*

Schwobaci, apud Joh. Wilh. Rönnagel, Bibliop. Anspac.  
& Norimb. 1720, 8. plag. 18.

**P**lacuit integrum libelli indicem proponere, quum eo singu-  
lorum capitum argumenta breviter indicentur. Videamus,  
quomodo ea pertractaverit Summe Rev. Autor, cui præter dispu-  
tationes varias, in quibus eminent duæ de imbecillitate luminis  
natu-

*naturalis, in demonstrando statu mentis humanae post mortem, ac inauguralis de superstitione Jubilei Pontificis, ipso seculari anno 1700 Halz, præside S. R. Paulo Antonio habita, & hermenevtico-ascetica quædam, itemque polemica avocata edita, debemus, debituri procul dubio plura amoenissimo Viri ingenio, nisi gravissimæ sacri munera occupationes doctos ejusmodi labores maximam partem interciperent. Jam ad rem ipsam. In præfatione refert Vir S. R. controversias, super quæstione LXXX catecheseos Palatinæ tanta animorum contentione agitatas, primo inquirendi sibi commentandique, tum etiam scribendi occasionem suppeditasse. Hic non diffinetur, consultius longe esse, si lenioribus verbis veritatem tucare, quam si reprehensionis asperitate vulnus, quod sanandum erat, magis etiam inflammas: sed idem monet, non jam rem agi de libro in lucem edendo, sed de eo libro, qui diu ante Westphalicam pacem, tanquam symbolicus, juventuti ediscendus propositus fuerit. Lutheranorum quoque rem agi, quorum Symbolici libri non minus, quam Palatina cathechesis, abusus missæ detestentur. Neque modestius nobiscum agere Romano-Catholicos in formula Tridentina, qui tamen æquo nobiscum jure uti Westphalica lege jubeantur. Qua ex re tamen maledicendi jus nobis nequaquam oriri docet, qui bona precari execrantibus nos Christi lege jubemur. Itaque hominibus ipsis optime cupientes, honorem tamen soli DEO debitum rebus ab ipso creatis tribui, probare non possumus. Illud vero indignum videtur S. Reverendo Autori, quod vi quibusdam in locis nostrates adigunt Romano-Catholici, ut eum honorem hostiæ habeant, qui rei creatæ, qualē putant hostiam, minime competit. Cum vero rationibus parum apud plerosque efficiatur, antiquitatis opinione execratos nimurum ipsis, aut fucum facere aliis cupientes; ex antiquitate redargendum illum errorem sibi sūmisit Summe Rev. Autor, cuius jam argumenta breviter strictimque*

C. i §. i sq. referemus. Igitur cum probasset, veteres Christianos non adorare solitos religioso, sive λατεραῖς cultu Symbola eucharistia 13, 14. ca, quin diebus dominicis, quibus cum maxime administraretur hoc sacramentum, plane flectere genua non licuisse, & qui-

quibusdam in ecclesiis preces omnes astantibus fusas, & eucharistiam astantibus celebratam, saeculo ipso XII, fatetur saeculo XIII, superstitionum feracissimo, illum etiam adorandi hostias morem exortum esse, nondum tamen saeculo XIV in legem universalem hunc ritum abiisse, ac ne XV quidem homines coactos ad genua flectenda, in Gallia autem Henrico II regnante Lugduni astantibus celebratam missam, ac hodieum astante Diacono sancta Symbola sedentem accipere Pontificem Romanum, idoneis autoribus demonstrat, ut adeo plus honoris habeatur apud nos hostiz, quam ab ipso praefule Romano. Tum proponit S. R. Autor veram Romano-Catholicorum, recentiorum etiam, & qui praeclare sapientia reliquis videntur, de transubstantiatione sententiam, redarguitque inter alia ex narratione de hostiis tribus, quas surto a magis ablatas tandem conjuratus cacodazon reddidisse, bona inter Romano-Catholicas fide narratur. Expellit deinde eos praefidiis, quae in variis SS. Patrum locis querunt: sed fatetur, saeculo XI Nicolaum II Berengario sententiam plane Capernaiticam & sensibus omnibus repugnantem obtrusisse, a quo tempore transubstantiationis dogma in Romana Ecclesia obtinuerit. Ex inostro illo transubstantiationis dogmate fluxit adoratio & latræ cultus, quem Tridentini Patres tribui Sacramento jubent, sed quem pro idolatria, non minus quam Reformati, habent ac detestantur libri nostri Symbolici, siquidem illud adorant, & adorari a nobis volunt Romano-Catholici, quod oculis videtur, quodque pro specie panis ipfi habent. Ad quartum dicendorum caput delatus Summe Reverendus Autor, per saecula singula eundo idoneis autoribus confirmat, XII integris saeculis calicem eucharisticum omnibus omnino Christianis impertitum, qua in re Bonæ in primis Cardinalis bonam fidem laudat (*eret Papa bonus, si Bona Papa foret*) contra eundem tamen ostendit, ne XII quidem saeculo ablatum laicis calicem. Quin Albertum M. qui saeculum XIII, miserum alioquin & barbarum, illustravit, utriusque necessitate Symboli agnovisse, luculenter ostendit. Hunc cum nemo nostratum laudaverit, Summe Reverendus Autor plu- scula illius verba ex MS. Bibliothecæ Heilbronnenfis (quod co-

§. 15. 16.

17.

18. sq.

21 sq.

23.

24.

25.

C.II. §. 1. sq.

7.

§. 8 - 14.

15.

C. III.

C.IV. §. r. sq.

14.

15. sq.

19. sq.

- nobium alias fuit, nunc Gymnasium Sereniss. March. Brandenburgensium) duos Alberti M. tractatus *de missa & corpore Christi, seu Sacramento Altaris* complexo profert, quibus nihil est ad evincendam Pontificii dogmatis, de uno tantum Symbolo Eucharistico novitatem, validius. Thomam Aquinatem, Alberti discipulum, primum putat, qui moris hujus, sed in quibusdam tantum ecclesiis recepti, mentionem iniciat, cuius quidem originem & causas investigare arduum esse, non negat, cum neque ad *culinares*, quas vocant, neque ad *curiales* Romanae ecclesiæ errores commode referri queat. In eam tamen ingreditur sententiam, occasionem illi dedisse ineptam Gregori II constitutionem, qui uno tantum calice uti ecclesiæ jussit, cuius, crescente indies per aliquot secula superstitione, ea vis fuerit, uti primo calices majores invenirentur, qui cum difficilis, & cum effundendi periculo a senibus imprimis tractarentur, intingere hostias, tum, isto intingendi more a Pontificibus improbatæ, fistulis quibusdam aut siphonibus uti, tum consecrati vini reliquiis aliud infundere, contagione ipsa consecrandum, tum primoribus tantum civitatis utrumque symbolum præbere, denique laicos omnes excludere, cœperunt: approbante & confirmante, quod quibusdam placet, Innocentio IV, aut quod potius Sunne Reverendo Autori videtur, Nicolao III, in quem optime ea suspicio convenit, quod Radulpho de Rivo teste, qui Tongrensis in Leodiensi Episcopatu Decanus fuit, hic Pontifex A. 1277 *Antipbonarios, Missalia, Gradualia, & alios libros officii antiquos ----removeri jussit----unde bodie omnes libri in Roma sunt novi & Franciscani.* Neque tamen ad tempora usque Hussi defuere, qui calicis necessitatem agnoscerent, quod ejusdem Radulphi autoritate confirmat doctissimus Autor, quem etiam fuisse Hussi ostendit, & fortunam ejus miratur, quia non tantum censuram effugerit ejus liber, *de canonum observancia*, sed Bibliothecæ Patrum etiam sit insertus. Concludit hanc tractationem Ferdinandi I & Maximiliani II Imperatorum pro obtinendo calice Eucharistico studiis, quamque parum illis ad summam rei profectum sit, declarat. Monet deinde Romano-Catholicos, I) ut definant putare, suam religionem esse antiquissimam, catholicam &
- C. V. §. I.

